hominum multitudine contingere necesse est, excedant delinquantve aliqui de populo, dudum impunitum nunquam dimittatur; aut si quid est aliquando remissius ac socordius factum, id officialium Sedis Apostolicæ, penes, quos omnis jurisdictionis & imperii ac dominii civitatis autoritas principaliter esse dignoscitur, causatione contingit, in quos & non in cives culpa meritò esset referenda. Quod autem à sapientibus Regiæ Majestatis consultum dicitur, verba illa regiæ protectionis sic accipienda fore, ut Papæ autoritatem, cujus Rex ipse vassallus existit, non includat, cùm vassalli fides erga dominum sincera simplexque adeo esse debeat, ut in omnibus domino morem gerat, nec in parte nostri quoque Jurisconsulti autoritatis & litteraturæ non contemnendæ id jure inficiantur: eo quod non requirit populus Bononiensis, contra Pontificem injustè & perperam arma regia moveri, aut quicquam mali injustè moliri, imo justitiam jusque populi, sub quibus rectè & legitimè vivitur, tueri postulat: justa siquidem & legi non contraria dominorum jussa vassallos adimplere juri convenit & rationi; injusta verò & juri adversantia servare, non meriti, sed demeriti est; & interpellati nulla ratione servare tenentur: cùm populus Bononiensis, non exoret protectionem à Regia Majestate, ut injuriam Pontifici aut Ecclesiæ irroget, aut jura Ecclesiæ salva esse non velit, vel se ab illius obedientia & devotione contumaciter subtrahat. Verùm protectionem & defensionem regiam humiliter implorat, ne civitas populusque Bononiensis contra fas & jus à Pontifice, aut quocumque alio, conculcetur, & sub velamento allegatæ reformationis jura populi violentur & pereant. Ad id verò quod his prænarratis Regiæ Majestatis nomine idem D. Claudius orator magistratibus & Bentivolis protestando subjunxit: prædicti domini nuntii prædictorum dominorum sexdecim, à quibus missi sunt, nominibus gratum, ratum, atque acceptissimum habent, & sponte admittunt, aguntque Majestati Suæ cumulatissimas gratias, tanquam ejus veri iidemque gratissimi servitores & filii, eo quod præfata Regia Majestas bona cum gratia & benevolentia eorum, ac totius civitatis & populi, eo quo semper prosequutus fuit, prosequatur amore & in suscepta civitatis ac Bentivolorum protectione perseverare velle profiteatur; cui protectioni adjecta conditio illa, quæ & si expressa non fuisset, tacitè poterat sano sensu intelligi, *Si sanctissimi Domini nostri, & Romanæ Ecclesiæ obedientiæ populus Bononiensis se subjicere voluerit*, non solùm ipsis molesta non est, sed & illam addi non oportuisse arbitratur; nam superfluenter videtur agi, ut nunc civitas ipsa obedientiæ Romanæ Ecclesiæ subjiciatur, quæ semper à tempore recuperationis prædictæ populi officio subjecta fuerit, cujus, Ecclesiæ nomine, cuncta in ipsa civitate dominium respicientia geruntur & expediuntur, ac geri & expediri volunt, consensu tamen interveniente magistrorum D. Ancianorum, aut D. sexdecim, quoniam ea lege & conditione inter Romanam Ecclesiam, & populum Bononiensem, super ipsius civitatis regimine conventum & firmatum est per capitula prædicti D. Nicolai Papæ V. populo Bononiensi concessa, & per ejus successores Romanos Pontifices, & Dominos, Calixtum III. Pium II. Sixtum IV. Innocentium VIII. & novissimè per sanctissimum Dominum nostrum, Dominum Alexandrum Papam VI. primo in principio felicissimi sui Pontificatus, & deinde, anno præsente & mense januarii, intervenientibus illustrissimi Romandiolæ Ducis promissionibus & fide, & manus suæ clarissimis subscriptionibus, per ejusdem sanctissimi Domini nostri litteras in

forma

forma brevis ex certa ſcientia approbata, confirmata, & denuo conceſſa ipſi populo Bononienſi, qui ſemper perſeveravit ac perſeverare vult & intendit in bona gratia, fide, devotione, obedientiæ, reverentia, & ſubjectione ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, ſub modo & tenore ipſorum capitulorum & pactorum hactenus ex parte populi prædicti inviolabiliter obſervatorum quæ Sedis Apoſtolicæ honore ſemper ſalvo non licet ipſi Pontifici, neque jure ullo conceſſum eſt infringere aut violare, ſeu illis in parte aliqua detrahere: & ob hoc populus ipſe Bononienſis, ac illius cives & magiſtratus, non poſſunt per quempiam alicujus contumaciæ vel pervicaciæ labe notari, neque velut inobedientes Regiæ Majeſtatis ſalutari protectione privari, ſed potius in ſtatûs ſui, quem juſto ac ſancto titulo adepti ſunt, poſſeſſione conſervari. Nec obloquitur aut contradicit capitulis præſentibus, quod ex his Romana Eccleſia enormiter lædatur; cùm hujuſmodi regiminis admiſſa ſocietas in evidentem Eccleſiæ ipſius utilitatem cedere noſcatur; conceſſiones, ſi quidem modificationes, & approbationes prædictæ, in ſummam Eccleſiæ reverentiam autoritate & quietem redundant: nam Eccleſia ipſa, quæ aliàs civitatis dominium nullum obtinebat, nullamque utilitatem percipiebat ante hujuſmodi conceſſiones, ex poſt in ipſa civitate legatum officialeſque plurimos, qui juriſdictioni & regimini præſunt, conſtituit non modicam æris quantitatem ex ærario publico quotannis percipientes. Quæ cum ita ſint, iidem duo nuntii & oratores, nomine quo ſupra, Regiam Majeſtatem hoc ſcripto ſuppliciter rogant atque obſecrant, ut civitatem & populum Bononienſem, & D. Joannem Bentivolum, prædictos, ſicut hactenus commendatos habere ac ſuſcipere dignetur; præcluſiſque auribus his quæ neque jure, neque ex veritate ad eamdem Majeſtatem perferuntur, in ſuſcepta ſemel juſtè ac ſanctè protectione promovere, & quos ſemel benignè & paternè complexus eſt, eoſdem nunc in eo ſtatu in quo, tempore ſuſceptæ protectionis, inveniebantur, hoc infeſto & turbulento tempore non dimittere, ſed conſervare dignetur, cùm & ipſi Domini ſexdecim quæcumque Regiæ Majeſtati promiſerint, convenerint, & pacti ſint, integrè irrefragabiliterque obſervare, &, ſi oportuerit pro eorum obſervatione & Majeſtatis ejuſdem obſequio, facultates & vitam ſine ulla cunctatione exponere parati ſint.

Super quibus omnibus prædicti domini oratores rogaverunt & petierunt, per me notarium ſibi fieri unum vel plura publica inſtrumenta.

TRAITÉ DE CONFEDERATION ET ALLIANCE entre le Roi Louis XII. & Maximilien I. Roi des Romains, contre les Venitiens. A Blois le 22. ſeptembre 1504.

CAROLUS de Carretto, Marchio Finarii, Electus Thebanus, & Petrus Filholi, Epiſcopus Siſtaricenſis ſanctiſſimi domini noſtri, & Philbertus Naturelli, præpoſitus Trajectenſis, & Cyprianus de Serntain, Cancellarius Tirolis ſereniſſimi ac excelſi domini Romanorum Regis nuntii, oratores ac procuratores, ab eis ſpecialiter ad ſequentia conſtituti. Cunctis pateat & ſit manifeſtum,

Autriche. Veniſe. 1504. 22. ſept.

Quòd cum ſanctiſſimus dominus noſter Julius Papa II. per nos antè dictos

Marchionem, & Sistaricensem, & alios, ac etiam Brevibus apostolicis, serenissimos atque excelsos Principes, Maximilianum Romanorum, & Ludovicum Francorum Reges, repetitis vicibus instantissime admonuerit, ut tanquam veri & devoti filii ecclesiæ vellent Sanctitati suæ totis viribus assistere, ad recuperationem eorum, quæ postposita fide, spreto numine, ac religione omni neglecta, Veneti pluribus jam lapsis annorum curriculis de beati Petri ac Romanæ Ecclesiæ patrimonio invaserunt, ac in præsenti occupant & detinent indebitè. Quare ipsi æquam de his considerationem, ut par est, habentes, atque assiduè ante oculos præponentes, quantum Apostolicæ Sedi, (quæ ipsos protectoris & primi filii loco semper habuit, debeant, quantaque prædecessores eorum pro illius tutela & defensione sæpius egerunt, pro qua bellum toties adversùs illius invasores susceperunt, susceptum & nunquam desertum pertinaciter gesserunt tot annos. Adeo ut sæpe summum in discrimen deventum sit. Ac etiam consulta frequentique mente revolventes illud peculiare ac universo christiano orbi perutile fœdus, jam dudum multis seculis inter Cæsares ac universum Sacrum Romanum Imperium, & Christianissimos Reges prædecessores eorum, contractum, & hodiernum usque in diem inviolabiliter inconcusseque observatum; cui accedit illa unanimis fraternitas atque indissolubilis unio, nuper inter dictum sanctissimum dominum nostrum, ac præfatos Romanorum & Francorum Reges contracta, cujus periocundam possessionem nemo nisi mors ab ipsis auferet, jugiterque & alto animo cogitantes prægrandia, damna injurias, & rapinas, quas ipsi Veneti multis jam labentibus annis, non solum ipsi Romanæ Ecclesiæ, & Romano Imperio, necnon serenissimo Romanorum Regi, ac toti inclitæ domui Austriæ, verùm etiam præfato Francorum Regi Christianissimo, & suis prædecessoribus Ducibus Mediolani intulerunt, & in dies inferre non desinunt, in grave animarum suarum detrimentum, Apostolicæ Sedis, Imperii, ac dictorum Romanorum & Francorum Regum dedecus enorme, damnum, atque ignominiam, plerasque splendidissimas provincias, insignes urbes, arces, & opulentissima dominia, quorum nonnulla de beati Petri, aliqua de ipsius Imperii, & domus Austriæ, ac etiam de Ducum Mediolanensium patrimonio sunt & fuere, pluribus annis tirannicè detinendo. Quæ in præsenti etiam detinent & usurpant. Hinc est quod præfati Romanorum & Francorum Reges, veri & obedientes filii Ecclesiæ, apostolicæ monitioni in hac parte, ut tenentur, parere volentes, & tali tantæque injuriæ, damno, & ignominiæ occurrere, atque providere super omnia cupientes, pro communi commodo, honore, atque amplificatione Apostolicæ Sedis, & ipsorum Romanorum & Francorum Regum, ac eorumdem successorum, cum eodem sanctissimo domino nostro Julio Papa II. per nos ante dictos oratores suos, scilicet ipse Christianissimus Rex personaliter, & ante dicti dominus Philbertus præpositus, & dominus, Cyprianus, Cancellarius præfati serenissimi Romanorum Regis oratores, nuntii, & procuratores, ab eis ad hoc specialiter constituti, & eam ob rem ad eumdem Christianissimum Francorum Regem missi, fecimus, inivimus, tractavimus, & conclusimus pacta, conventiones, & fœdera subsequentia, & in præsentibus litteris specificè designata.

Imprimis, quoniam ante dicti Veneti Apostolicæ Sedi, ac Sacro Romano Imperio, serenissimo Romanorum, & Christianissimo Francorum Regibus, ac eorum prædecessoribus, jam dudum, ut dictum est, usurparunt, atque usurpant & detinent plurimas urbes, provincias, & dominia, quæ Apostolicæ Sedi antiquitùs &

præfatis Regibus avito atque hæreditario jure spectant & pertinent; tractatum & conventum est inter nos, quòd Sanctissimus Dominus noster, serenissimus Romanorum, & Christianissimus Francorum Reges, infra kalendas majas proximè venturas, ad tardius, commutibus armis ad recuperationem eorum, quæ dicti Veneti eis detinent, hostiliter eosdem Venetos invadent cum sufficiendi numero & exercitu militum, equitum, & peditum, quem uniusquisque eorum infra dictum tempus in limitibus dictorum Venetorum conducet & mittet; nec prius à prædicta Venetorum invasione seu guerra desistent, quàm omnino & integrè Apostolica Sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam, Ariminum, earumque districtus, aliaque oppida Imolæ, & Cæsenæ, cum portu Cesenatico, cum omnibus eorum juribus & pertinentiis, ac omnia alia, quæ de statu & juribus Ecclesiæ dicti Veneti occupant; & præfatus serenissimus Romanorum Rex recuperaverit Roveretum, Veronam, Paduam, Vicentiam, Trevisum, Forum-julium cum territoriis eorum, & omnia, quæ ipsi Veneti ab Imperio & continenti, & à domo & principibus Austriæ usurpant, & detinent. Ac etiam donec præfatus Christianissimus Francorum Rex recuperaverit totaliter omnia & singula, quæ ipsi Veneti à domo & Ducibus Mediolani usurpant, & detinent, videlicet urbem Brissiæ, & universum Brissiensem districtum, & territorium Cremense, Bergamum & territorium Bergami, Cremonam & territorium Cremonense, Giraldadam, & generaliter omnia, quæ fuerunt antiquitùs de Ducibus Mediolani, & prædecessoribus suis.

Item. Et si durante guerra seu bello unus exercitus egeat alterius auxilio, eo quod sit solus ab hostibus invasus, alter exercitus omni dilatione semota tenebitur illi succurrere.

Item. Et si unus eorum prius recuperaverit terras & dominia sua, tenebitur ingente, & sine dolo, alios adjuvare cum exercitu suo, quoad usque illi etiam omnia sua à dictis Venetis integre recuperaverint.

Item. Poterunt etiam illustrissimi Ferrariæ Dux, Marchio Mantuæ, & Dominium Florentinum, pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti eis detinent, se huic ligæ adjungere, dum tamen condecenter, & secundum quod videbitur Sanctissimo Domino nostro, & præfatis Romanorum & Francorum Regibus rationabile, rebus & sumptibus ad hanc rem necessariis conferant.

Item. Quod præfati Romanorum & Francorum Reges, ac alii confœderati, debeant conservare personam Sanctiss. Domini nostri, dignitatem, jurisdictionem, & auctoritatem Sedis Apostolicæ, contra quoscumque hostes eam perturbare aut inquietare volentes.

Item. Dicti Romanorum & Francorum Reges, ac alii confœderati, recipient in eorum protectionem illustrissimum dominum Guidonem, Ducem Urbini, ac etiam illustrissimum D. Francorum Mariam de Rovere urbi præfectum, & in eorum statibus, quos depræsenti tenent, vel deinceps legitime tenebunt, illos defendent contra quoscumque offendere volentes.

Item. Quòd præfati serenissimi Reges, neque aliquis eorum, possit capere seu ad stipendium ejus conducere aliquem Baronem, seu domicellum, seu alicujus terræ vicarium, seu capitaneum, vel aliquem armigerum equitem, sive peditem, subditorum Sanctissimi Domini nostri, sine expresso ejus consensu; similiter faciet Sanctissimus Dominus noster de subditis, capitaneis, aut servitoribus dictorum Regum,

Item. Conclusum est, quòd Sanctissimus Dominus noster, & præfati Romanorum & Francorum Reges, non poterunt ullo modo cum prædictis Venetis, nisi communi & unanimi consensu, facere aut inire pacem, treugas seu inducias, aut quomodolibet aliud appunctamentum.

Item. Si pro recuperatione dictarum terrarum per ipsos Venetos occupatarum Sanctissimo Domino nostro, & præfatis Regibus, videbitur per censuras, & maxime per interdictum, procedere contra præfatos Venetos, Ducem & Magistratus Venetiarum, terrasque & dominia eis subjecta, ac eorum subditos, teneatur Sanctitas sua per dictas censuras & interdictum procedere contra supra dictos Venetos; & è contra teneantur Sanctitati suæ adesse præfati Reges, & alii confœderati, & quilibet ex eis, illam adjuvare; quo dictæ censuræ & interdictum effectum habeant, maximè concedendo repressalias contra subditos dictorum Venetorum, & bona illorum dando in prædam, prout aliàs factum fuit, & ipsi confœderati teneantur ex toto posse, cum effectu procurare, quòd dicta ordinatio executioni debite demandetur.

Item. Præfatus Sanctissimus Dominus noster, & dicti Romanorum & Francorum Reges, scribent Regi Hungariæ ad alliciendum & inducendum eum ad recuperationem eorum quæ dicti Veneti sibi indebitè detinent, ad hoc ut se præparet ad inferendum eis bellum circa dictas kalendas majas.

Item. Fuit conventum, quòd si spurcissimus Turca fidei nostræ inimicus, ab ipsis Venetis ascitus, præd. Rom.Regem, aut alios invadat christicolas, quòd præfati S.D.N. & Reges, ac alii confœderati, qui hanc ligam ingressi fuerint, totis viribus, tanquam unum in robur conjecti, communi hosti veluti ad commune incendium extinguendum occurrent secundum quod per Sanctissimum Dominum nostrum, & præfatos Reges pro communi utilitate conclusum extiterit.

Item. Quòd infra tempus trium mensium quilibet eorum teneatur nominare & in scriptis dare confœderatos, adhærentes & recommendatos quos unusquisque eorum teneatur recipere, & quod ipsi confœderati & nominati gaudeant beneficio præsentis ligæ & confœderationis, exceptis Venetis, cum terris & subditis eorum, qui nullo modo recipi possint.

Item. Quòd infra dictum tempus trium mensium præfatis Sanctissimi Dominus noster ac dictus dominus Romanorum Rex, ratificabunt hanc ligam & confœderationem, & alter alteri, ac etiam Regi Christianissimo ratificationem suam in autentica forma mittent, & quòd in litteris ratificationis omnes & singuli suprascripti atticuli specificè inserentur; & quòd Sanctissimus Dominur noster, quoties requisitus fuerit, faciet omnia & singula prædicta rata habere per sacrum collegium reverendissimorum dominorum Cardinalium.

Cùmque præmissa fœderis ligæ & amicitiæ capitula, omniaque & singula in illis contenta, nobis gratissima sint, promittimus nominibus quibus supra, præfatos Sanctissimum Dominum nostrum, & serenissimum dominum Regem Romanorum, libentissimo animo, omnia ea facere servare, exequi, & complere, ac facturos, servaturos, executuros, & completuros, quæ pro eorum parte, pro executione præinsertorum capitulorum ligæ & amicitiæ, servanda exequenda sint & complenda. Idcirco, præsentibus litteris nostris, & virtute mandatorum nostrorum, omnibus melioribus via, modo, & forma, quibus meliùs & validiùs de jure possumus & debemus, præinserta fœderis liga, & amicitiæ capitula, omniaque in

illis & quolibet eorum contenta juxta sui seriem & tenorem laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac rata, grata, & firma habemus & firmamus, nominibus quibus supra.

Et insuper promittimus & juramus in animas præfatorum Sanctissimi Domini nostri, & serenissimi domini Romanorum Regis, dominorum nostrorum, ac Dominum Deum nostrum, & ejus sanctam Crucem, ad sancta quatuor evangelia manibus nostris corporaliter tacta, bona fide, & in verbo Pontificis, & Regis, Sanctitatem suam pro se & successoribus suis, & Cæsaream Majestatem tenere & adimplere, & inviolabiliter observare pro se, hæredibus & successoribus, regnis, terris, dominiis, & jurisdictionibus suis, omnia & singula in præinsertis fœderis, ligæ, & amicitiæ capitulis contenta, prout in eisdem cavetur & continetur, & contra, quovis modo, directè vel indirectè non facere, nec venire, sub obligatione & hipoteca omnium bonorum suorum præsentium & futurorum, necnon sub pœna perjurii, quam Sanctissimus Dominus noster, & dominus Romanorum Rex, possint incurrere.

Item. Quòd præfati Sanctissimus Dominus noster, & dominus Romanorum Rex, & quilibet eorum, tenebitur personaliter, & in propria persona, ad sancta Dei evangelia jurare, & firmare omnia suprascripta, coram & præsentibus vel præsente eis, vel eo, quem vel quos videlicet Sanctissimus Dominus noster ad dominum Regem Romanorum, & dominus Romanorum Rex ad Sanctissimum Dominum nostrum, & Christianissimus Rex ad præfatum Sanctissimum Dominum nostrum, & serenissimum Romanorum Regem, pro hujusmodi juramento ad ipsos mittent.

Et si (quod Deus avertat) non adimplerentur integrè omnia & singula per nos nominibus prædictis præfato Christianissimo Regi promissa, volumus & consentimus ex nunc, prout ex tunc, nominibus quibus supra, quòd sua christianissima Majestas in nullo penitus sit obligata præfatis Sanctissimo Domino nostro, & domino Romanorum Regi.

In quorum omnium & singulorum testimonium præsentes litteras manibus nostris signavimus, & nos præfati Carolus Marchio, & Petrus Filholi, Episcopus, & Philbertus præpositus, sigillis nostris, & ego Cyprianus sigillo ipsius præpositi in mei absentia fecimus muniri.

Datum Blesis, vigesima-secunda mensis septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto. *Ainsi signé*, Carolus de Carretto, P. Filholi, Episcopus Sistaricensis, Philbertus Naturelli, Præpositus Trajectensis, & Serntein.

Et sont lesdites lettres scellées de cinq seaux sur cire rouge.

TRAITE' DE PAIX ENTRE LE ROI LOUIS XII, d'une part, Maximilien I. Roi des Romains, & Philippe, Roi de Castille, d'autre. A Blois le 22. septembre 1504.

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementia Romanorum Rex semper augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carintiæ, Carniolæ, Limburgiæ, Luxemburgiæ & Gheldriæ, Lantgravius Alsatiæ, *Autriche 1504. 22. sept.*

Princeps Sueviæ, Palatinus Habspurgiæ & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Tirolis, Goritiæ, Artesii, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferreti, Kiburgiæ, Namurci, & Zutphaniæ, Marchio Sacri Romani Imperii super anasum, & Burgoviæ, dominus Frisiæ, Marchiæ Sclavonicæ, Mecliniæ, Portus Naonis & Salinarum, &c. Notum facimus universis præsentibus & futuris, Quòd ad laudem & gloriam omnipotentis redemptoris nostri Jesu-Christi, exaltationem atque amplificationem, totius christianæ religionis, orthodoxæque fidei honorem, commodum, tranquillitatem, & conservationem statuum, & subditorum nostrorum, atque serenissimi Principis, Domini Ludovici Francorum Regis, fratris & consanguinei nostri carissimi, necnon serenissimi Principis, Domini Philippi, Castellæ, Legionis & Granatæ Regis, Archiducis Austriæ, Principis Aragonum, & Ducis Burgundiæ, &c. filii nostri carissimi, bona, vera, secura, fidelis, sincera, atque perpetua pax, unio, amicitia, fœdus, & confœderatio, omni ævo duratura, facta, firmata ac conclusa fuit & est, die vigesimo secundo mensis septembris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto, inter præfatum Franciæ Regem, parte ex una; & honorabiles, devotos & fideles nostros, dilectos Philbertum Naturellum, præpositum Ecclesiæ Trajectensis inferioris, & Cyprianum de Serntein, Cancellarium Comitatus nostri Tirolis, oratores nostros, & nobiles & honorabiles, devotos & fideles nostros dilectos, Joannem de Luxemburgo, dominum de Ville, Carolum de Ranchicourt, præpositum Attrebatensem, & Magistrum du Bliol ipsius Regis Castellæ oratores, nuncios, ac procuratores speciales ad hoc specialiter deputatos, parte ex altera, in hunc qui sequitur modum.

Imprimis, quòd prædicti Principes, videlicet dictus serenissimus Rex Romanorum, & Christianissimus Francorum Rex, & serenissimus Castellæ Rex nunc, tunc vero Archidux Austriæ, faciunt, ineunt, tractant, & concludunt unam veram, bonam, sinceram, & indissolubilem inter se fraternitatem, fœdus, confœderationem, & amicitiam, pro ipsis hæredibus & successoribus suis, omni ævo & tempore duraturam, adeò quòd, tanquam una anima in tribus corporibus, erunt amici amicorum, & inimici inimicorum. Ita & taliter quod neuter eorum dabit unquam directè, vel per indirectum, sub quocumque colore, causa, aut occasione, quæ dici aut excogitari possit, ulli Principi, Domino, Communitati, aut potentatui, seu alicui quicumque sit, favorem, opem, auxilium aut subsidium contra & adversus alium; quin imo tenebuntur dare sibi vicissim omne auxilium eis possibile contra, & adversùs omnes & singulos cujuscumque status aut conditionis existant, eis seu alteri eorum bellum inferentibus.

Item. Cum tanta sit amicitia inter serenissimos præfatos Reges, ut ipsi sint amici amicorum, idcirco inter ipsas partes conventum est, quòd serenissimus atque excellentissimus Romanorum Rex nihil faciet aut attentabit tam in ducatu Mediolani, & patriis sibi in Italia spectantibus, quàm etiam in terris & dominiis confœderatorum, & recommendatorum suæ celsitudini, qui sunt illustrissimi Sabaudiæ, & Ferrariæ Duces, Montisferrati, & Mantuæ Marchiones, Dominium Florentinum, communitates Senensis & Lucensis, dominus Albertus de Carpi, & Joannes Petrus de Gonzaga, nisi superioritatem, honorem, & obedientiam, quam ipsi debent Suæ Majestati, & Sacro Romano Imperio, denegaverint.

Si tamen contingat, præfatam Cæsaream Majestatem transire per Ducatum Mediolanensem, aut alia præfati Christianissimi Regis trans alpes dominia, faciet

exhiberi, ut par est, dictæ Cesareæ Majestati omnem honorem, & comitatem quam poterit, & faciet eam associari per suos locatenentes, Cancellarium, & alios principales officiales, quòd libentius sua celsitudo faceret personaliter, si ibi adesset.

Item. Ad serenissimi & christianissimi Regis Francorum petitionem & instantiam, serenissimus Romanorum Rex vult indulgere, & induget per præsentes, Duci Ferrariæ, Marchionibus Montisferrati & Mantuæ, Florentinis, Lucensibus, Senensibus, & domino Alberto de Carpi, & Joanni Petro de Gonzaga, omnia quæ ab eo die & tempore, quo christianissimus Rex Carolus novissime defunctus, primùm ingessus est Italiam, usque in hunc diem, contra suam Majestatem tanquam Romanorum Regem, & Sacrum Imperium commiserunt, aut quovis modo committere potuerunt, tam faciendo, quam omittendo, & propter quæ feuda eorum, quæ à Sacro Imperio tenent, ipsi serenissimo Romanorum Regi devoluta, & confiscata fuissent, & eos ad præfati Francorum Regis petitionem absolvit, & permittit redire in gratiam, & sub favorem & tutelam Sacri Imperii; & nihilominus poterunt prænominati Dux Ferrariæ, & cæteri, remanere confœderati, servitores, & recommendati Christianissimi Francorum Regis, juxta tenorem tractatus apud Tridentum inter Cæsaream Majestatem, & reverendissimum dominum Legatum confecti, pro quo ipsi deinceps Romanorum Regi, & Sacro Imperio, sicut cæteri subditi, fideles, obedientes, subditi & dediti esse debent & tenentur.

Et si de cætero in his, quæ Romanorum Regi & sacro Imperio exhibere tenentur, rebelles, & minus obedientes erunt, aut aliquod aliud contra eum committerent, quòd tunc unusquisque Romanorum Rex, aut Imperator, eos secundùm viam, ordinem, aut legem Imperii punire possit, & in isto neque in aliis quibuscumque principatibus, communitatibus, civitatibus, provinciis, dominiis & jurisdictionibus totius Italiæ, quocumque nomine appellentur, & ubicumque situatæ sint, quæ Romanorum Regi aut Imperio quovis modo spectarent, nullus Rex Franciæ unquam Romanorum Regi, aut Imperatori, neque Imperio, aliquod impedimentum inferre, neque præfatis aut aliquibus contrariis, aut rebellibus Imperii, adjumentum, directè neque indirectè dare, sed de his omnibus penitus abstinere velit & debeat.

Item. Tractatum est, quòd præfatus christianissimus Francorum Rex, non vult neque intelligit se ingerere, neque intromittere se subditis, feudis, & rebus Imperii, sive in Italia, sive extra Italiam, nisi secundùm quod supra dictum est, & formam tractatus apud Tridentinum inter serenissimam & excellentissimam Cæsaream Majestatem & dictum reverendissimum Dominum Legatum confecti.

Item. Quoad investituram Ducatus Mediolani, quam christianissimus Dominus Francorum Rex cupit habere pro se & hæredibus suis, conventum est, quòd serenissimus Dominus Romanorum Rex dabit infra tres menses, à conclusione pacis, ut supra, investituram ipsi Christianissimo domino Regi pro se, & hæredibus suis masculis, ex suo corpore descendentibus, & eis deficientibus, pro filia sua primogenita, & pro domino Duce de Luxemburgo, ejus sponso, conjunctim. Et si contingeret eam mori, pro alia primogenita, quæ nubet prædicto domino Duci, vel alteri filiorum serenissimi domini Regis Castellæ, & eis deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati Christianissimi domini Regis, qui illo tempore venient ad capiendum investituram, & pro dicta investitura, & quibuscumque aliis

rebus, Christianissimus Rex dabit serenissimo domino Romanorum Regi ducenta millia Francorum, secundùm quod fuit tractatum Blesis, ita quod infra tres menses post datam hujus pacis, præfatus Christianissimus Rex mittat pro investitura, & ipse Dominus Romanorum Rex faciet & dabit eam pro prædictis Christianissimo Rege & Domina Claudia filia sua primogenita, & domino Duce de Luxemburgo ejus sponso; & si contingeret eam mori, pro alia filia ipsius Christianissimi Regis, quæ nubet dicto domino Duci, vel alteri filiorum serenissimi domini Regis Castellæ, ut dictum est; & si contingeret, ut supra dictum est, illos decedere absque liberis, & præfatus Romanorum Rex non daret investituram prædictis hæredibus Christianissimi Regis, tunc Majestas Cæsarea tenebitur restituere dictis hæredibus prædicta ducenta millia francorum; jure tamen, quod dicti hæredes in dicto Ducatu, tunc habebunt, non obstante restitutione dictæ summæ, ipsis integrè salvo remanente, intellecto tamen, quod si contingeret in prædicto casu hæredes supra dictos mittere pro investitura, tunc illi hæredes teneantur solvere juxta consueta dictæ investituræ.

Et quoad Regnum Neapolitanum attinet præfatus Christianissimus Rex promittit præfato serenissimo Romanorum Regi, quòd de cætero non tractabit, neque apunctuabit de dicto regno Neapolitano, cum Regibus Hispaniarum, & Rege Friderico de Aragonia, nisi de voluntate dicti serenissimi & excellentissimi Romanorum Regis; proviso tamen, quòd præfatus serenissimus Romanorum Rex polliceatur ipsi Christianissimo Regi, quòd non faciet aut non concludet de cætero tractatum aut apunctuamentum ullum cum dictis Regibus & Regina Hispaniarum, & Friderico, nisi de scitu & voluntate ipsius Christianissimi Regis.

Et si contingeret, quod dicti Rex & Regina Hispaniarum non velint concludere pacem cum præfato Rege Christianissimo, hoc casu dictus serenissimus Romanorum Rex non dabit directè vel indirectè, sub quovis colore, dictis Regibus Hispaniarum auxilium, suppetias, vel favorem contra vel adversùs dictum Christianissimum Regem, quinimò apertè se declarabit bonum amicum, fratrem & confœderatum dicti Christianissimi Regis.

Et quoad filios domini Ludovici *Sfortiæ*, quanquam ipse Christianissimus Francorum Rex in nullo eis teneatur, est tamen contentus ob honorem & amorem præfati serenissimi Romanorum Regis, habita præfata investitura, dare prædictis liberis aliquas terras seu statum in regno Franciæ, unde poterunt honorabiliter vivere, postea quàm tamen prædicti liberi ad hoc Franciæ regnum se contulerint, & quamdiu in eo residebunt.

Item. Quoad bannitos Mediolanenses præfatus Christianissimus Rex est contentus remittere & remittit eis bona eorum & absolvit eos ab omnibus delictis, criminibus læsæ majestatis, & offensionibus eorum, & illos in gratiam suam redire permittit, modò ipsi teneant & adimpleant quæ ipsi per eos, aut procuratores & negotiorum gestores, suæ celsitudini promiserunt, exceptis tamen domino Galea Sfortia, Alexandro Sfortia, Michaele Sclafeta, Joanne Philippo Afflico, quondam Magistro hospitii dicti domini Ludovici, Masino Lodensi, Ludovico de Landriano, & fratre suo, Petro de Porres, Blasino Grinol, Hieronimo de Carcano, Oldrado Lampugnani, Bonogalea de Castronovate, Joanne-Angelo, Frederico, & Ludovico de Landriano, fratribus; Comite Ludovico Bergamin, Sforza Sfortia, Generale Humiliatorum, Episcopo Lodensi, Protonotario sancti Celsi, Protonotario Tri-

pelle,

mèlle, Petro Corsiæ Comite Hannibale de Balbiano, Lazaro Immerat, Comite; Frederico de Verine, Francisco de Verine, Comite; Petro de Verine, Comite; Fregosino Joanne Antonio Bilia, Vincenno de la Taille, Silvestro Ladensi, Antonio de Landtiano, Francisco de Magno, qui non residebunt Mediolani, nec in aliis suis dominiis in Italia existentibus, & nihilominus recipient fructus, reditus, & emolumenta bonorum suorum in dictis dominiis existentium, tenebuntur tamen omnes & singuli, qui redibunt ad Ducatum Mediolanensem, & cætera christianissimi Regis trans Alpes dominia, præstare juramentum ad sancta Dei evangelia, in manibus officialium locorum ad quæ redibunt, quòd de cætero ipsi erunt boni & fideles subditi Regiæ Majestatis, nec aliquid contra suam Majestatem, aut statum, molientur.

Convenerunt etiam partes prædictæ, quòd sacri Romani Imperii Principes Electores, & ipsum universum Romanum Imperium, sint hujus pacis, unionis, fœderum, & concordiæ, & singulorum in eis contentorum conservatores, ita, & taliter quòd possint & debeant totis viribus assistere ei, qui prædicta observaverit contra alium non observantem.

Item. Conventum est, quòd prædicti serenissimi & excelsi domini Romanorum, Franciæ, & Castellæ Reges poterunt, infra tres menses, à die pacis factæ numerandos, suos confœderatos, quos in hac pace intelligunt esse comprehensos, alter alteri nominare, & ex nunc præfatus christianissimus Francorum Rex, declarat & nominat pro suo primo & præcipuo confœderato S. D. N. Julium II. Papam modernum.

Poterit etiam catholicus & serenissimus Princeps dominus Ferdinandus, Rex Hispaniarum, ingredi hoc fœdus & amicitiam infra quatuor menses, à die pacis factæ, modò velit remittere regnum Neapolitanum, quantùm ad eum attinet, illustrissimo domino Luxemburgiæ, Duci; & christianissimus Francorum Rex, similiter remittere portionem sibi in dicto regno competentem dictæ Claudiæ filiæ suæ; cujus quidem regni administratio spectabit prædicto Castellæ Regi, quousque fuerit consummatum matrimonium inter prædictos Ducem, & dominam Claudiam, aut alio modo, de consensu prædictorum Romanorum, Francorum, Hispaniarum, & Castellæ Regum, super hoc regnum Neapolitanum fuerit conventum.

Cumque præinserta pacis, fœderis, concordiæ & amicitiæ capitula, omniaque & singula in illis contenta, nobis gratissima sint, ac libentissimo animo ea omnia servare, exequi & complere, quæ pro parte nostra præinsertorum capitulorum pacis virtute servanda & exequenda sint & complenda, idcirco præsentibus litteris nostris, omnibus melioribus via, modo & forma quibus meliùs & validiùs de jure possumus & debemus, præinserta pacis, fœderis, concordiæ & amicitiæ capitula, omniaque in illis & quolibet eorum contenta, juxta sui seriem & tenorem, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus & corroboramus, ac rata, grata, & firma, habemus & firmamus. Et insuper promittimus & juramus ad Dominum Deum nostrum, & ejus sanctam Crucem, & sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, bona fide, & in verbo regio, & sub censuris apostolicis, quibus nos in hoc casu contraventionis subjicimus, tenere, adimplere & inviolabiliter observare, pro nobis, hæredibus & successoribus, regnis, terris, dominiis, & ditionibus nostris, omnia & sin-

gula in præſentis pacis, fœderis, concordiæ, & amicitiæ capitulis contenta, prout in eiſdem cavetur & continetur, & contra ipſam quovis modo directè vel indirectè non facere nec venire, ſub obligatione & hipoteca omnium bonorum noſtrorum præſentium & futurorum, nec non ſub pœna perjurii, quam Rex poſſit tali caſu incurrere, & ſi, quod Deus avertat, non adimplerentur integrè omnia & ſingula, per nos prædictis ſereniſſimis Principibus promiſſa, volumus & conſentimus ex nunc, prout ex tunc, quòd ipſi, & neuter eorum, in nullo ſit nobis penitus obligatus.

In quorum omnium & ſingulorum prædictorum teſtimonium, præſentes litteras manu noſtra ſignavimus, ſigillique noſtri munimine juſſimus roborari. Datum in noſtro & Imperii ſacri oppido Haguenavv, die quarto menſis aprilis, anno Domini milleſimo quingenteſimo quinto, regnorum noſtrorum, Romani vigeſimo; Hungariæ decimo ſexto. Ainſi ſigné, Maximilianus.

Et ſont leſdites lettres ſcellees ſur le repli en lacs ou cordons d'or & ſoie noire, d'un grand ſcel ſur cire rouge.

Et ſur led. repli eſt écrit, *Ad mandatum domini Regis proprium.* Signé au deſſous, Serntein. Et ſur le dos, *Regiſtrata.* J. Collaver.

TRAITE' ENTRE LE ROI LOUIS XII. ET MAXIMILIEN, Roi des Romains, pour le mariage de Charles, Duc de Luxembourg, depuis Empereur V. du nom, avec Madame Claude de France, fille dudit Roi Louis XII. à Blois le 22. ſeptembre 1504.

Autriche mariage. 1504. 22. ſept.

NOS Philbertus Naturelli, præpoſitus Eccleſiæ Trajectenſis inferioris, & Cyprianus de Serntein, Cancellarius Tirolenſis, & Vicecancellarius Curiæ ſereniſſimi ac invictiſſimi Principis, domini Maximiliani, Dei gratia Romanorum Regis ſemper auguſti, ejus conſiliarii, & illius apud excellentiſſimum & chriſtianiſſimum Francorum Regem oratores, & Joannes de Luxembourg, dominus de Ville, primus Cambellanus; Carolus de Ranchicourt, præpoſitus Eccleſię Attrebatenſis, conſiliarius; & Laurentius du Blioul, ſecretarius ſereniſſimi Principis domini Philippi, Archiducis Auſtriæ, & Hiſpaniarum Principis; & ejus etiam apud præfatum excellentiſſimum & chriſtianiſſimum Francorum Regem oratores: notum facimus univerſis, quòd nos prædictorum ſereniſſimorum dominorum noſtrorum Romanorum Regis, & Philippi Auſtriæ Archiducis, ejus filii nomine, de ſuo expreſſo mandato, & ſuorum ad hoc ſpecialium procuratoriorum, in bona & ampla forma expeditorum, virtute, cum eodem excellentiſſimo ac chriſtianiſſimo Rege, ad majorem & firmiorem matrimonii, antea inter illuſtriſſimum dominum Carolum, Ducem Luxemburgi, ipſius Archiducis primogenitum, & ſereniſſimam dominam Claudiam, præfati Chriſtianiſſimi Regis filiam, tractati, ſecuritatem, & ejuſdem matrimonii complementum & obſervationem, in hunc qui ſequitur modum inivimus, tractavimus, & concluſimus.

Pro complemento & conſummatione matrimonii tractati & concluſi inter illuſtriſſimum dominum Carolum, Ducem Luxemburgiæ, & ſereniſſimam dominam Claudiam, Franciæ fuerunt adviſatæ & concluſæ ſecuritates quæ ſequuntur.

Primò, quòd Christianissimus Rex faciet obligari Dominum Comitem Nivernensem, gubernatorem Burgundiæ, quòd si acciderit ipsum Christiassimum Regem sine hæredibus masculis decedere, quòd eo casu dictus comes restituet purè & liberè ad manus illustrissimi domini Archiducis ducatum Burgundiæ, comitatus Auxoniæ, Matisconensis, & Antissiodorensis, & Barruni supra Sequanam, ad utilitatem dominæ Claudiæ, & Ducis Luxemburgiæ, si tunc temporum ipse Dux non erit in ætate nubili; & si sit in ea ætate, prædicti ducatus & comitatus, & dominium prædictum Barrense, ponentur ad manus, suas, ad suam & dictæ dominæ Claudiæ & liberorum suorum utilitatem, proviso tamen, quòd dictum matrimonium sit consummatum, & quòd non stet quominus non sit consummatum per dictos dominos Archiducem & Ducem Luxemburgiæ, & de prædictis etiam dictus dominus Comes tenebitur præstare juramentum ipsi domino Archiduci; & si contigerit dictum Comitem Nivernensem mori vel destitui, ille vel illi qui in locum suum sufficientur, pares litteras, & simile juramentum tenebuntur præstare.

Item. pro majore securitate prædictorum, & ne sit in eis defectus, dominus Dux Clivensis, Comites de Dunois & de Vendosme, qui tenent & possident aliquas terras & dominia in patria domini Archiducis, quas quoad hoc obligabunt, dabunt sigilla sua pro observatione prædictorum.

Item. Quo magis pateat omnibus affectio, quam serenissimi Romanorum & Franciæ Reges, & illustrissimus dominus Archidux, habent ad hujus matrimonii complementum, & ad auferendam omnem suspicionem in contrarium, prædictus Christianissimus Francorum Rex est contentus, casu quo non habeat aliquos liberos masculos, & post habitam investituram Ducatus Mediolanensis, quòd gubernatores dicti Ducatus Mediolanensis, ducatum Januæ & Britanniæ, comitatuum Astensis & Blesis, & aliarum terrarum & dominiorum, quæ sunt de suo patrimonio, & pariter & capitanei & custodes arcium & fortalitiorum dictorum, ducatuum, comitatuum & dominiorum, faciant juramentum, quòd si contingat ipsum Christianissimum Regem sine liberis masculis decedere, ut dictum, incontinenti post consummationem dicti matrimonii, vel quòd non stet per dictos dominos Archiducem & Ducem Luxemburgiæ, quominus consummetur; quòd ante dicti gubernatores & capitanei dabunt & ponent ad manus dictæ dominæ Claudiæ & Ducis Luxemburgiæ, dictos ducatus, comitatus, terras, & dominia; & si contingat aliquem gubernatorem vel capitaneum dictarum terrarum & dominiorum mori vel destitui ab officiis suis, ii qui sufficientur in loco eorum facient simile sacramentum, ut supra, dicto domino Archiduci.

Conventum tamen est, quod Rege Christianissimo decedente sine liberis masculis, ita quod secundum conventionem supra dictam prædicti ducatus, comitatus, & dominia spectent dictæ dominæ Claudiæ, ut dictum est, superstitibus una vel pluribus filiabus dicti Christianissimi Regis, sororibus præfatæ dominæ Claudiæ, quòd ipsa tenebitur sufficienter & honorificè, secundum status earum condecentiam, in pecunia dotare.

Et casu quo per defectum dicti Christianissimi Regis Franciæ, aut dictæ Reginæ ejus consortis, seu dictæ dominæ Claudiæ, dictum matrimonium non fiat, dictus Christianissimus Rex vult, & ex nunc consentit, quòd dicti ducatus Burgundiæ & Mediolani, & comitatus Astensis remaneant dicto Duci Luxemburgiæ,

& ex nunc casu prædicto cedit & transfert dicta dominia cum omnibus juribus, quæ in eis habet & posset habere.

Et similiter, si per defectum dicti serenissimi Romanorum Regis, aut illustrissimi domini Archiducis, aut illustrissimæ dominæ Archiducissæ consortis suæ, aut illustrissimi domini Ducis Luxemburgensis, dictum matrimonium non fiat, hoc casu, præfatus serenissimus dominus Romanorum Rex renuntiabit omnibus querelis, nominibus, rationibus, & actionibus, quas nunc vel tempore futuro potest petere vel querelare, pro quacumque causa, colore aut occasione quæ sit aut esse possit in dictis Ducatu Mediolani, & aliis patriis, terris, aut dominiis, quæ dictus Christianissimus Rex tenet in Imperio. Et etiam dictus illustrissimus dominus Archidux renuntiabit omnibus juribus, querelis & actionibus, quæcumque sint, quæ & quas posset habere, & prætendere in dictis ducatu Burgundiæ, comitatibus Matisconensi & Antisiodorensi, & dominio de Barro supra Sequanam, & etiam cedit & transfert ex nunc, casu prædicto, Christianissimo Regi & illustrissimæ dominæ Claudiæ comitatus Artesii, Quadralesii, & dominia de Noyers & Chastelchinon.

Item. Pro majori securitate, & amore & affectione, quos Christianissimus Rex gerit dicto domino Archiduci & Duci de Luxemburgo, & favore dicti matrimonii, ex nunc donat liberaliter dictis dominis Archiduci & Duci Luxemburgiæ, vita eorum dumtaxat durante, subsidium & compositionem Artesii, eo modo & forma, quo aliàs fuit donata quondam Duci Philippo Burgundiæ, & Duci Carolo, filio suo; proviso tamen, quòd se habeant erga dictum Christianissimum Regem sicuti tenentur facere. Reservatis tamen per Regiam Majestatem omnibus juribus regalibus & supremitatis, quæ sub colore dicti doni non intelligit in aliquo diminuere, neque contravenire eis; & de hoc fient litteræ in bona forma: & etiam æquum & rationabile est, quòd præfati Domini dent litteras suas Regiæ Majestati, per quas recognoscent, non jure suo, sed per munificentiam & liberalitatem suam, dictam compositionem & subsidium habere, ne in futurum delapsis multis annis aliqui harum rerum ignari possint contrarium prætendere.

Convenerunt etiam partes prædictæ, quòd sacri Romani Imperii Principes Electores, & ipsum universum Sacro-Romanum Imperium sint hujus matrimonii, & omnium in articulis prædictis contentorum conservatores, ita & taliter, quòd possint & debeant totis viribus assistere ei, qui prædicta observaverit contra alium non observantem.

Cumque præmissa capitula, ac omnia & singula in iis, & eorum quolibet contenta, nobis grata sint, idcircò illa omnia & illorum quodlibet juxta sui formam & tenorem nominibus prædictorum dominorum nostrorum Romanorum Regis, & Philippi, Archiducis, ejus filii & suorum mandatorum virtute acceptavimus, & per præsentes acceptamus, & eisdem nominibus & eorumdem suorum mandatorum virtute, omnibus melioribus via, modo & forma, quibus meliùs validè & de jure possumus & debemus, promittimus & in animas prædictorum dominorum nostrorum Romanorum Regis, & Archiducis, & eorum cujuslibet, ad Deum omnipotentem, & ad sancta quatuor evangelia corporaliter nostris manibus tacta, bona fide, & sub censuris apostolicis, quibus virtute mandatorum quæ supra, præfatos dominos nostros, & eorum quemlibet in casu contraventionis, subjicimus,

juramus prædictos dominos nostros, pro se, & hæredibus, successoribus, regnis, dominiis & ditionibus suis etiam sub suorum præsentium & futurorum bonorum obligatione & hipoteca, necnon sub pœna perjurii, talem qualem ipsi Romanorum Rex, & Archidux, in casu tali incurrere possunt, omnia & singula præinserta capitula, & eorum quodlibet, secundùm sui formam & tenorem debere tenere, adimplere, & inviolabiliter observare, nec eos dominos nostros, vel eorum alterum, per se, alium vel alios, directè seu indirectè, aut aliàs quovis modo, eisdem articulis in aliquo unquàm contravenire. Promittimus insuper nominibus & virtute mandatorum, quæ supra, eosdem dominos nostros Regem, & ejus filium Archiducem, & eorum quemlibet, omnia & singula, quæ supra per nos tractata, acceptata, promissa, & jurata, acceptaturos, ratificaturos, approbaturos, & personaliter etiam super sanctis quatuor evangeliis suis manibus corporaliter tactis, necnon sub censuris, & aliis, quæ supra, pœnis & obligationibus juraturos, & suas desuper litteras patentes in bona ac debita forma expediri mandaturos, & easdem ipsi Christianissimo Regi, vel suo legitimo oratori, nuncio, vel procuratori, ad manus daturos, quàm primùm id ab eis ex parte ejusdem Christianissimi Regis exquiretur, aut postulabitur; & si, quod Deus avertat, præfati domini nostri Romanorum Rex, & Archidux, omnia prædicta pro se per nos tractata, acceptata & jurata, non observaverint, nos hoc casu suis nominibus & suorum mandatorum virtute volumus & consentimus ex nunc prout ex tunc, quòd ipse Christianissimus Rex eisdem dominis nostris, & eorum cuilibet, in nullo sit obligatus.

In quorum omnium & singulorum testimonium, nos præsentes litteras manibus nostris subsignavimus, & eas nos Philbertus Naturelli, Joannes de Luxemburgo, & Carolus de Ranchicourt, propriis sigillis nostris, & nos Cyprianus de Serntein, sigillo ipsius Philberti, & Laurentius du Blioul, sigillo præfati Caroli, in nostrorum absentia accommodatis fecimus muniri. Datum Blesis, vicesima secunda die mensis septembris, anno Domini 1504.

Ainsi signé, Philbertus Naturelli, præpositus Trajectensis. Serntein. Joannes de Luxembourg. E. Ranchicourt. Du Blioul.

Et sont lesdites lettres scellées de cinq seaux, ou cachets, sur cire rouge.

TRAITE' DE TREVE POUR TROIS ANS, ENTRE LE ROI Louis XII. & Ferdinand & Isabelle, Roi & Reine d'Espagne. En l'Abbaie de Nôtre-Dame de la Mejorada, le 31. mars 1504.

FERDINANDUS & Elisabet, Dei gratiâ Rex & Regina Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ citra & ultra Farum, Hierusalem, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galleciæ, Majoricarum, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbii, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Canariæ, Comes & Comitissa Barchinonæ, Domini Viscaiæ & Molinæ, Duces Athenarum & Neopatriæ, Comites Rossilionis & Ceritaniæ, Marchiones Oristani & Goceani, universis & singulis præsentes litteras inspecturis, notum facimus, Quòd inter nos, ex una, & altissimum & potentissimum

Espagne. 1504. 31. *mars.*

Principem Ludovicum, Regem Franciæ, Ducem Mediolani, &c. & consanguineum nostrum, ex altera, fuerunt tractati, facti & conclusi, ac facta & conclusa articuli & capitula induciarum & treugarum tenoris sequentis.

Imprimis fuit & est concordatum, quòd sit bona, secura, & legalis treuga, guerræque abstinentia per tempus trium annorum, inter altissimum & potentissimum Principem Ludovicum, Regem Franciæ, Ducem Mediolani, &c. christianissimum, parte ex una: & altissimos & potentissimos Principem & Principissam Ferdinandum & Elisabet, Regem & Reginam Castellæ, Legionis, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c. catholicos, parte ex altera; tam per mare, & terram, quàm aquas dulces, pro ipsis & omnibus eorum regnis, terris, dominationibus, subditis, alligatis, & confœderatis, in quibuscumque partibus existentibus, tam citra quàm ultra montes, & signanter per totum regnum Siciliæ citra Farum, per mare & terram. Quæ quidem treugæ erunt communicativæ & mercantiles tali modo & formâ, quòd durantibus illis subditi & sequentes dictas partes, seu alteram illarum, poterunt ire & proficisci, mercari & vehi facere, securè & sine aliquo impedimento personarum & bonorum suorum, omnes mercantias & bona quæcumque, in omnibus partibus & qualibet illarum supradictorum Principum, ibidemque morari, ire & redire, tam pro facto mercantiæ, quàm alia quavis causâ, proviso tamen, quòd prætextu & sub umbra præsentis prædictæ treugæ, dicti commorantes, frequentantes, euntes & redeuntes hinc inde, non facient, neque procurabunt, directè, neque indirectè, aliquid in præjudicium principis, in patria seu in partito cujus ipsi se invenient.

Item. Fuit & est concordatum, quòd durante dicta treuga nulla executio, seu aliquod guerræ expleitum fiet hinc inde ab una parte, neque ab alia; nec capientur aliquæ civitates, villæ, plateæ, oppida, fortalitia, minusque prisonerii ullius partiti, nec navigia, nec alia bona per mare, nec per terram, quinimo id quod invenietur captum & innovatum qualicumque modo, à dictis partibus, seu altera illarum, post diem quo præsens treuga publicabitur, ut inferiùs continetur, restituetur, reponetur, & reintegrabitur in eo statu, quo erit captum & innovatum, tempore dictæ captionis seu innovationis.

Item. Fuit & est concordatum, quòd quamvis superius dicitur, quod dictæ præsentes treugę sint communicativæ & mercantiles, quòd hoc intelligatur in omnibus regnis, terris, & dominiis prædictorum Regum & Reginæ, pręterquam in prædicto Siciliæ citra Farum regno, sicuti in aliis regnis, terris, & dominiis prædictorum Regum & Reginæ, tam per mare quàm per terram.

Item. Fuit & est concordatum, quòd pręsens treuga publicetur & præconisetur in civitate Neapolis, die vicesima-quinta mensis februarii proximè venturi, anni præsentis millesimi quingentesimi quarti, & quod à dicta die incipiant currere prædicti tres anni ejusdem treugæ, & subsequantur deinde consecutivè: Quæ treuga publicabitur etiam & præconisabitur in civitatibus & villis Narbonæ, Perpiniani, Vaionæ, & Fontisarabiæ, vicesimo-nono die prædicti mensis februarii proximè venturi.

Item. Fuit & est concordatum, quòd durante dicto tempore treugæ, subditi & alii qui tenent, & sequuntur de præsenti partes seu partitum dictorum Principum, poterunt residendo in illo seu in illis, liberè, securè, & sine aliquo impedimento, gaudere, uti, & frui terris, hæreditatibus, & bonis quibuscumque, quæ

dicto tempore publicationis præsentis treugæ habebunt & possidebunt corporaliter & cum effectu in alio partito.

Item. Fuit & est concordatum, quòd si, durante dicta treuga, aliqui populi, Barones, seu aliæ personæ ex his quæ dicta die vicesima quinta mense februarii proximè venturi, qua dicta treuga publicabitur, ut præfertur, erunt sub obedientia prædicti Regis Franciæ, ubicumque sint, ab eadem obedientia deficient, & se rebellabunt, & erigent signa prædictorum Regis & Reginæ Castellæ & Aragonum, vel aliquis Baro, aut alia persona ex his quæ sequuntur, aut non sequuntur prædictos Regem & Reginam Castellæ & Aragonum, fecerit rebellare aliquas terras ex his, quę dicta die publicationis treugæ erunt sub obedientia prædicti Regis Franciæ, ubicumque fuerint, quòd illis talibus, qui durante dicta treuga terras rebellare facient, non possit peperci, per quamcumque pacem inter dictas partes faciendam, nec per easdem partes, aut earum alteram, possit eis præstari auxilium, directè vel indirectè, quinimò tanquam rebelles & præsentis treugæ fractores puniantur; & illud quod rebellare fecerint à dicta die vicesima quinta mensis februarii, proximè venturi, in antea, à qua die dicta treuga incipiet currere, restituatur statim, in eo statu in quo erat antequam illud rebellare fecissent; possitque pars, contra quam innovabitur, propria sua autoritate illud recuperare, & altera pars illud resistere, seu favore, aut alio quovis modo, impedire non possit.

Item. Pari modo fuit & est concordatum, quòd si durante dicta treuga aliqui populi, Barones, seu aliæ personæ ex his, quæ dicta die vicesima quinta februarii proximè venturi, qua dicta treuga publicabitur, ut præfertur, erunt sub obedientia prædictorum Regis & Reginæ Castellæ & Aragonum, ubicumque sint, ab eadem obedientia deficient & se rebellabunt, & erigent signa prædicti Regis Franciæ, vel aliquis Baro, aut alia persona ex his, quæ sequuntur, aut non sequuntur prædictum Franciæ Regem, fecerit rebellare aliquas terras ex his, quæ dicta die publicationis treugæ erunt sub obedientia prædictorum Regis & Reginæ Castellæ & Aragonum, ubicumque fuerint, quod illis talibus, qui durante dicta treuga terras rebellare fecerint, non possit peperci per quamcumque pacem inter dictas partes faciendam, nec per easdem partes, aut earum alteram, possit eis præstari auxilium directè vel indirectè, quinimò tanquam rebelles & præsentis treugæ fractores puniantur; & illud quod rebellare fecerint, à dicta die vicesima quinta mensis februarii proximè venturi, in antea, à qua die dicta treuga incipiet currere, ut præfertur, restituatur illico in eo statu, in quo erat antequam illud rebellare fecissent; possitque pars, contra quam innovabitur, propria sua autoritate illud recuperare, & altera pars illud resistere, seu favore, aut alio quovis modo, impedire non possit.

Item. Et casu, quo pendente dicto tempore dictæ treugæ aliquid per capitaneos, seu aliquas illorum, seu dictorum Principum, gentes aut alios quoscumque sequentes eorum partes, vel partitum tenentes, fieret contra & in præjudicium dictæ treugæ, propterea tamen non censebitur dicta treuga rupta, neque infracta, sed neque præjudicabit dicta infractio seu innovatio supradictis Principibus, sed dumtaxat infractori & interrumpenti dictam treugam, qui punietur & castigabitur per partem, in cujus terra deliquerit, & ad id restituetur per alteram

partem ubi fuerit, infra mensem post requisitionem; & illud quod innovabitur & fiet per prædictos contra dictam treugam, restituatur statim in eo statu in quo erat anteaquam innovaretur, possitque pars, contra quam innovabitur, propria sua autoritate illud recuperare, & altera pars illud resistere, seu favore, aut alio quovis modo, impedire non possit.

Item. Fuit & est concordatum, quòd quoniam impræsentiarum prædicti Rex & Regina Castellæ & Aragonum habent possessionem totius prædicti Siciliæ citra Farum regni, & accidere posset, quòd posteaquam hujusmodi treuga ad aliquorum notitiam devenerit, aliqui populi, Barones, aut aliæ personæ in dicto regno ad discordiam & bellum seminandum, ut hujusmodi treuga non servetur, sub obedientia alterius Principis stare vellent, & non sub obedientia dictorum Regis & Reginæ Castellæ & Aragonum, volunt dictæ partes quòd si durante dicto tempore treugæ, terræ, aut Barones, aut aliquæ aliæ personæ intra dictum Siciliæ citra Farum regnum, sub alia obedientia, præterquam dictorum Regis & Reginæ Castellæ & Aragonum, stare voluerint, quòd ipsi Rex & Regina possint inobedientes sibi in dicto regno ad obedientiam suam reducere quocumque modo voluerint; & hanc ob causam treuga non intelligatur esse fracta.

Item. Fuit & est concordatum, quod durante dicta treuga altera dictarum partium non possit præstare auxilium, aut favorem alicui Principi, potentatui, aut alicui aliæ personæ, contra alteram partem, directè nec indirectè.

Item. Et pariter tenebuntur dicti Reges & Regina nominare infra tres menses, à die præsentium immediatè sequentes, dictos eorum alligatos & confœderatos, quos intendunt esse comprehensos intra dictam treugam, gaudereque, uti, & frui effectu ejusdem.

Item. Fuit & est concordatum, quòd prædicti Reges & Regina firmabunt personaliter & jurabunt hujusmodi articulos & capitula treugæ, infra sexdecim dies proximè sequentes, qui currere incipient à tricesima prima die hujus mensis januarii: anni præsentis 1504. & quod infra dictum tempus hujusmodi capitula treugæ tradantur ab una parte ad aliam vicissim, videlicet ipsismet Principibus, vel pro eis, oratoribus suis.

Et licet præinserti articuli & capitula fuerint aliàs per nos ratificata, firmata & juramento vallata, infra tempus in eisdem articulis contentum, nihilominus tamen, quia voluntas nostra est illos & illa, & omnia in illis contenta, tenere, adimplere, & observare; igitur præsentium tenore approbamus, concedimus, & firmamus præinserta treugæ, bellique abstinentiæ, capitula & articulos, & omnia in illis contenta, & promittimus & juramus ad Dominum Deum nostrum, & ejus sanctam Crucem, & sancta quatuor evangelia, manibus nostris corporaliter tacta, in præsentia spectabilis Joannis de Levi, Marescalli fidei, domini de Mirapice, & Senescalli Carcassonæ, oratoris per eumdem altissimum & potentissimum Francorum Regem ad nos destinati, quòd tenebimus, implebimus, & observabimus præinserta capitula & articulos, & omnia in illis contenta, videlicet ea omnia & singula, quæ nos prædictorum articulorum & capitulorum virtute adimplere tenemur & astricti sumus, bona fide, omnique fraude, dolo & cautela cessantibus, sub clausulis, pactis, obligationibus, & vinculis in præinsertis articulis contentis.

In quorum fidem & testimonium præsentes fieri jussimus manibus nostris signatas,

tas, sigilloque nostro impendenti munitas. Datum in Cœnobio Beatæ Virginis Mariæ *de la Mejorada*, ordinis sancti Hieronimi, ultimo die mensis martii, anno à nativitate Domini 1504. Sic signatum, *Yo el Rey*, *Yo la Reina*.

Ego Michael Perez d'Almaçan, secretarius Regis & Reginæ dominorum meorum, eam scribi feci mandato Majestatum suarum.

POUVOIR DU ROI FERDINAND A SES AMBASSADEURS, de faire la même ligue & union, avec Monsieur François, Duc de Valois, futur successeur au roiaume de France, qu'il avoit faite, avec le Roi Louis XII. A Segovie le 10. septembre 1505.

Espagne 1505. 10. sept.

FERDINANDUS, Dei gratia Rex Hispaniæ, Siciliæ citra & ultra Farum, Jerusalem, &c. universis & singulis, ad quorum notitiam præsentes litteræ pervenerint, salutem. Quamvis inter nos & altissimum, potentissimum, & excellentissimum Principem Ludovicum, Franciæ Regem, Mediolanique Ducem, &c. Christianissimum carissimum ac amantissimum fratrem & confœderatum nostrum, peracta, firmata, composita, perpetuòque stabilita pax, fraternitas, & confœderatio sit pro nobis nostrisque successoribus, & tota demum posteritate, quam nos custodimus, & omnibus vitæ nostræ diebus illibatam æterno & immortali Deo medio custodiemus. Et licet nobis cum ipsius carissimi Francorum Regis fratris nostri successoribus nequaquam necessarium sit eam amicitiam & confœderationem majori vinculo, quàm est, connectere; verùm nos prospiciendo ingentia bona quæ inde omnibus populis & nationibus, eidem Christianissimo Regi fratri nostro, nobisque, & subditis subsequuntur, & toti demum religioni christianæ, neutiquam indecens videtur, quod res de qua tot & tam magna oriuntur bona, veluti eadem amicitia & confœderatio est, connectatur, iterumque firmetur omnibus modis, quibus connecti, firmarique magis queat, privatimque componatur, consolideturque inter nos, nostrosque hæredes & successores, & illustrissimum dominum Franciscum, Delphinum Viennensem * consanguineum nostrum, qui post longa tempora & felices decursos dies eidem Christianissimo Regi fratri nostro in Gallia gratia divina media successurus est, & suos quoque hæredes & successores; præcipuè cum hoc idem velit & cupiat idem Christianissimus Rex fratrer noster. Quapropter confidentes de fide singulari, prudentia, & integritate virorum spectabilium, magnificorum, & reverendorum, consiliariorum nostrorum, Joannis de Silva, comitis Cifontis, & affinis nostri, assistentis urbis Hispalensis, & Thomæ Malferiti, Regentis Cancellariæ nostræ, & fratris Joannis Enguera, Magistri in sacra Theologia, Inquisitoris hæreticæ pravitatis in principatu Cataloniæ, tenore præsentis, de nostra certa scientia, deliberatè & consulto, eos omnibus melioribus via, modo, & forma, quibus de jure & aliàs possumus & valemus, facimus, constituimus, creamus, & ordinamus nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, oratores, & nuncios speciales, & ad infra scripta generales, ita tamen, quòd specialitas generalitati non deroget, nec è contra; vos eosdem, Joannem de Silva, Comitem Cifontis, Thomam Malferitum, & fratrem Joannem Enguera, ut pro nobis & nomine nostro possitis & valeatis tractare, concordare, facere, & fir-

* Il n'avoit point céte qualité, n'étant ni fils de France, ni fils aîné du Roi. Ainsi, c'est une erreur du secretaire de Ferdinand, qui l'a cru Daufin, parce qu'il étoit l'heritier présomptif de la Couronne.

mare cum prædicto illustrissimo domino Francisco, Delphino Viennensi, consanguineo nostro, seu cum illis, qui suas vices & potestatem habebunt ejus nomine, unionem, fraternitatem, ligam, & confœderationem strictissimam, perpetuam ac indissolubilem, cunctis futuris temporibus duraturam, scilicet inter nos hæredesque & successores nostros, ac regna & dominia nostra, & alias terras omnes & subditos nostros, tam regnorum & dominiorum nostrorum, quam regnorum & dominiorum Castellæ, Legionis, Granatæ, &c. quorum administrationem & gubernationem perpetuam habemus, nobisque optimo jure pertinet, parte ex una; & eumdem illustrissimum dominum Franciscum, Delphinum Viennensem, consanguineum nostrum, & successores suos, & regnum Franciæ, & dominia, & subditos coronæ Franciæ, parte ex altera; & possitis quæcumque capitula & instrumenta & quoscumque tractatus concordiæ, unionis, & confœderationis & ligæ, pro nobis & nomine nostro, cum eodem illustrissimo Delphino Viennensi, consanguineo nostro, stipulari, facere & firmare, fieri facere, petere, & instare, cum illis pactis, vinculis, conditionibus, promissionibus, pœnis, summissionibus, juramentis, clausulis & cautelis quibus volueritis & vobis bene visum fuerit; possitisque nomine nostro, si oportuerit nominare conservatorem dictæ unionis, confœderationis & ligæ, ac etiam nominare confœderatos nostros, qui in eadem confederatione & liga includi debeant; & demum possitis facere & firmare pro nobis, & nomine nostro, omnia alia & singula, quæ pro expeditione, securitate, & complemento dictæ unionis, confederationis & ligæ, necessaria, convenientia, & opportuna vobis videbuntur. Et de prædictis omnibus & singulis, & uno quoque eorum possitis, concordare, facere, & firmare nomine nostro, cum præfato illustrissimo Delphino Viennensi, consanguineo nostro, fierique facere, petere, & instare quæcumque capitula, & quoscumque contractus cum illis pactis, conditionibus, obligationibus, juramentis, securitatibus, pœnis, summissionibus, renunciationibus & promissionibus, quibus volueritis, & generaliter omnia & alia singula facere & firmare, cujuscumque naturæ & importantiæ fuerint necessaria & opportuna, & quæ nos facere possemus, etiamsi talia sint, quæ ad ea conficiendum præceptum exigant magis speciale. Damus præterea & concedimus vobis prænominatis oratoribus nostris plenum posse, ut possitis jurare pro nobis & in animam nostram, quòd tenebimus, observabimus, & adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula, quæ in prædictis circa ea nomine nostro concordabitis, capitulabitis, assecurabitis, promittetis, jurabitis & firmabitis, omni fraude, cautela, & dolo cessantibus, & illa ratificabimus eis modo & forma, quibus vos ea concordabitis, capitulabitis, assecurabitis, promittetis, jurabitis, & firmabitis; & quòd nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea aut eorum aliquid faciemus, vel veniemus, sub obligatione omnium bonorum nostrorum patrimonialium & fiscalium. In quorum testimonium, præsentes fieri jussimus manu nostra signatas, sigilloque nostro impendenti munitas. Datum in civitate Segoviæ, die decimâ mensis septembris, anno à nativitate Domini 1505. Sic signatum, *Yo el Rey*.

Ego Michael Perez d'Almaçan prædicti altissimi, potentissimi, & catholici Regis, domini mei, secretarius præsentes litteras mandato Majestatis suæ scribi feci.

TRAITE' DE PAIX, DE CONFEDERATION, ET ALLIANCE entre Louis XII. Roi de France, & Ferdinand, Roi d'Espagne, & du mariage de Germaine de Foix, niéce du Roi, avec ledit Roi Ferdinand. A Blois le 12. octobre 1505. ratifié par le Roi d'Espagne à Segovie le 16. octobre 1505.

PATEAT cunctis & evidenter sit notum, Quòd ad laudem & gloriam omnipotentis redemptoris Domini nostri Jesu Christi, exaltationem & amplificationem totius Christianæ Religionis, ortodoxæque fidei, honorem, commodum & tranquillitatem,& tutelam & conservationem statuum, regnorum & subditorum serenissimi & excelsi Principis domini Ludovici, hujus nominis duodecimi, Dei gratiâ Christianissimi Regis Francorum, Ducis Mediolani, domini Januæ, &c. & etiam ad honorem, commodum & tranquillitatem, tutelam & conservationem statuum, regnorum & subditorum serenissimi & excelsi Principis domini Ferdinandi, Dei gratiâ Catolici Hispaniarum Regis, Siciliæ citra & ultra Farum, Jerusalem, &c. bona, vera, secura, legalis, sincera & perpetua pax, unio, fraternitas, amicitia, fœdus & confœderatio, omni ævo duratura, facta, jurata, firmata, ac conclusa extitit, & est, inter præfatum Christianissimum Regem, hæredes & successores suos, regna, patrias, & dominia sua quæcumque parte ex una; & nos dominum Joannem de Silva, Comitem de Cifuentes; Thomam Malferit, Doctorem, Regentem Cancellariæ; Fratrem Joannem Enguera, Doctorem in Theologia, Provincialem & Inquisitorem in Principatu Cataloniæ, oratores, nuncios, & procuratores speciales ante dicti serenissimi domini Ferdinandi, Catolici Hispaniarum Regis, pro dicto Catolico Rege, hæredibus & successoribus, regnis, patriis, & dominiis suis quibuscumque, parte ex altera, in hunc, qui sequitur, modum.

Espagne 1505. 12. *octob.*

Videlicet quòd dicti Christianissimus & Catolicus Reges erunt tanquam duæ animæ in uno & eodem corpore, amici amicorum, & inimici inimicorum; & quòd causa, colore, vel occasione quacumque, quæ sit, vel esse possit, non poterit, nec possit aliquis eorum, nec etiam eorum hæredes & successores possint, directè vel indirectè, modo aliquo dare auxilium, succursum, aut favorem contra alterum, inimicis aut adversariis suis, sed tenebuntur & obnoxii erunt auxiliari & succurrere unus alteri, adversùs & contrà omnes, pro securitate, custodia, defensione & tuitione eorum statuum, regnorum,& terrarum, dominiorum,& jurium quorumcumque; videlicet Rex Christianissimus de mille hominibus armorum, seu lancearum ad modum Franciæ; & dictus Catolicus Rex tenebitur dare auxilium trium millium Janetarirorum ad modum Hispaniæ instructorum, non obstantibus quibuscumque aliis ligis per prænominatos Reges antea factis, vel de cætero faciendis cum quibuscumque Principibus, Dominationibus, seu Communitatibus quibuscumque. Quibus quoad hæc ipsi Christianissimus & Catolicus Reges per præsentem pacem & ligam expressè renunciarunt & renunciant.

Item. Poterunt omnes subditi utriusque dictorum Regum, cujuscumque status aut qualitatis sint, ire, frequentare, morari, & stare mercantiliter & aliter, ut eis videbitur, per terram, mare, & aquas dulces, & per terras & dominia dictorum

Regum, ſicut ipſi poſſunt facere in terris & dominiis ſui proprii Regis. Et erunt ſuſpenſæ & ſuperſeſſæ executiones omnium marcarum & repreſaliarum, quæ fuerunt conceſſæ ex utraque parte per ſpatium ſex menſium ſequentium, quo tempore pendente fiet debita diligentia per dictos Reges, vel ſuos commiſſarios de concordando & concordari faciendo querelas & actiones, ſub occaſione & colore quarum dictæ marcæ ſeu repreſaliæ fuerunt conceſſæ.

Item. Erunt remiſſa odia & rancores omnes, & omnes offenſæ utriuſque partis, omnibus illis qui tenuerunt & ſequuti ſunt partes alterius dictorum Regum contra alterum, & maximè dictus Rex Catolicus integrè quittavit & remiſit, quittat & remittit per præſentes, omnibus, Principibus & Baronibus, & aliis dicti Regni Siciliæ citrà Farum, & ſimiliter omnibus cujuſcumque nationis ſint, qui tenuerunt partem dicti Chriſtianiſſimi Regis, totum odium, & omnem rancorem, & malam voluntatem, quam poſſet habere contra eos prædicta de cauſa, dummodò ipſi faciant dicto Catolico & Reginæ ejus conſorti, quæ erit, homagia & debitæ fidelitatis juramentum, prout facere tenentur. Et poterunt omnes prænominati, cujuſcumque ſtatus ſint, ſtare & reſidere, ubicumque eis benè videbitur, excepto quòd non ſtent in terris inimicorum dictorum Regis & Reginæ Catolicorum, aut eis ſuſpectorum. Et nihilominus utentur & gaudebunt dictis bonis ſuis in dicto regno exiſtentibus, dummodo ipſi non impediant, quòd officiales dictorum Regis & Reginæ non explectent, exequantur, & officient in principatibus, terris, baroniis, & dominiis in dicto regno Siciliæ citra Farum exiſtentibus, ſic & eo modo & forma, qua antehac tempore aliorum Regum Siciliæ citra Farum factum exiſtit.

Item. Fuit concordatum, quòd Princeps Roſani, Marchio Bitonti, Honoratus & Alfonſus de ſancto Severino, & Fabricius de Jezualdo, & alii cujuſcumque qualitatis, ſtatus, & nationis fuerint, qui pendente bello inter dictos præfatos Reges captivi fuerunt, & etiam carcerati detinentur per præfatum Catolicum Regem, vel per eos, qui ejus partes ſequuntur, tam in Italia, Hiſpania, Caſtella, Aragonia, & aliis quibuſcumque locis, illicò ponentur in pura & plena liberatione, abſque alicujus pecuniæ ſolutione. Et pari modo fiet per prædictum Chriſtianiſſimum Francorum Regem, ſi ſunt aliqui ſubditorum prædicti Catolici Regis, vel alii, qui ejus partes tenuerunt, qui detineantur prædicta ex cauſa in terris obedientiæ præfati Chriſtianiſſimi Regis.

Item. Pari modo fuit tractatum & concordatum, quòd omnes & ſinguli Principes, Barones, Domini, Milites, & alii cujuſcumque ſtatus vel conditionis ſint prædicti Siciliæ citra Farum regni, vel aliundè, qui partem dicti Chriſtianiſſimi Regis, contra præfatum Catolicum Regem tenuerunt & ſequuti ſunt, vel eorum hæredes legitimi, illicò poſt matrimonium per verba de præſenti factum & concluſum inter præfatum Catolicum Regem, & illuſtriſſimam Dominam Germanam de Fuxo, reponentur & reſtituentur integrè in poſſeſſione & fruitione ſuorum principatuum, terrarum, dominiorum, & bonorum ſuorum immobilium quorumcumque, quæ ipſi poſſidebant in initio dicti belli, quod fuit anno Domini 1502. in æſtate, tempore quo armigeri Regis Catolici Hiſpaniæ venerunt ad Tribaldam, & dominus d'Aubigny venit contra eos, quamvis per præfatum Catolicum Regem, vel ſuos locum tenentes, vel alios ad id poteſtatem habentes, fuerint, vel ſint alienata aut tranſlata in alios, quacumque cauſa, quæ ſit aut eſſe poſſit. Et

similiter erunt restituti in possessione & fruitione prædictorum suorum bonorum quæ possidebant prædicto tempore, & habebunt illa effectualiter, quamvis illa fuerint alienata & translata in alios, quacumque causa, quæ sit aut esse possit, per Regem Federicum, aut suos locum tenentes, vel alios ad id habentes ab eo potestatem, sicut dictum est. Quæ alienationes per omnes prædictos factæ non poterunt præjudicare juri petitorii nec possessorii dictorum Principum, Baronum, & aliorum eis spectantium ad bona, quæ ipsi possidebant in initio dicti belli, dummodò prænominati præstent juramenta & homagia debitæ fidelitatis præfatis Catolicis Regi & Reginæ.

Item. In honorem Sanctissimi Domini nostri Julii Papæ secundi, Domino Præfecto ejus nepoti, tanquam illi, qui sequutus fuit partes Regis Francorum, restituentur omnes terræ & dominia, quæ & quas possidebat tempore aperti belli inter Christianissimum & Catolicum Reges. De aliis autem terris & dominiis, quæ tunc non possidebat, fiet sibi prompta & expedita justitia per præfatum Catolicum Regem, seu ab eo potestatem habentes.

Item. Et pari modo erit restitutus & repositus reverendissimus in Christo Pater dominus Cardinalis Ambasiæ, Legatus Apostolicus in regno Franciæ, in possessione & fruitione, & proprietate libera comitatus, terræ, & dominii de Sarno, & terræ & dominii de Gando, & eorum juribus, dependentiis, & pertinentiis quibuscumque, sicut, & in modo & forma, quibus stabat initio dicti belli, non obstantibus alienationibus factis, vel quæ fieri potuissent per dictum Regem Catolicum, vel ejus locum tenentes, vel alios quoscumque. Qui comitatus, terræ, & dominia virtute hujus pacis remanebunt sibi in omni jure proprietatis, dominii, & possessionis.

Item. Restituentur pari modo Reginæ Elisabet, viduæ Regis Federici quondam, omnes terræ omniaque dominia & bona immobilia, quæ ei pertinuerunt in dicto regno ante dictum bellum, dum tamen dicta Elisabet, & ejus liberi moram trahant, ubi prædicto Catolico Regi placuerit; & ad cognoscendum & decidendum, quid dictæ Reginæ pertinuerit in dicto regno, eligentur duo viri, videlicet unus per præfatum Regem Catolicum; & alter per dictam Reginam Elisabet; & interim antequam prædicti viri prædictam decisionem faciant, tenebitur præfatus Rex Catolicus providere condecenter pro victu dictæ Reginæ, & liberis suis, dummodò ipsa & liberi ejus morentur, ut dictum est.

Et pro majori securitate & manutenentia, & augmento dictæ pacis, unionis, & ligæ, extitit & est de præsenti tractatum & concordatum (dicto Christianissimo Rege se fortem faciente, quantum ad hoc illustrissimæ dominæ Germanæ de Fuxo, ejus propriæ neptis, scilicet filiæ sororis suæ, & per supradictos oratores, procuratores, pro & nomine Regis Catolici, virtute potestatis eis concessæ, promittentes facere ratificari per dictum Catolicum Regem, & etiam omnia contenta in præsenti pace,) matrimonium dicti Catolici Regis, & dictæ illustrissimæ dominæ Germanæ de Fuxo. Quod fiet per verba de præsenti per præfatum Comitem de Cifuentes, procuratorem quoad hoc dicti Catolici Regis illicò, quod dicta illustrissima Domina applicuerit apud Christianissimum Regem avunculum suum, & consummabitur & complebitur dictum matrimonium citius quàm fieri poterit, & ad hunc finem dictus Christianissimus Rex, postquam dictum matrimonium fuerit contractum per verba de præsenti, mittet illicò dictam illustrissimam Dominam

neptem suam, honorificè associatam, sicut decet, usque ad confines regni Franciæ, quæ sunt versus Rossilionem, vel in parte Fontisarabiæ ad electionem Regis Catolici.

Item, In favorem & contemplationem dicti matrimonii dictus Christianissimus Rex donavit, dedit, cessit, & transtulit, donat, cedit, & transfert per præsentes dictæ illustrissimæ dominæ in dotem & matrimonium omnem titulum Regis, jus, partem & portionem, quam habet, & sibi competere & pertinere possunt in dicto regno Siciliæ citra Farum, secundum portionem & divisionem dicti regni scriptam & contentam in tractatu super hoc facto inter dictos Christianissimum & Catolicum Reges, & omne aliud jus, quod quolibet modo poterit prætendere habere in dicto regno, vel in illius parte, & similiter regnum Jerusalem, quibus dicta illustrissima Domina perpetuò & semper fruatur, tanquam sua propria dote, ac hæreditate, & post ejus obitum pro filiis masculis ex eà descendentibus in infinitum; & in defectum masculorum, pro filiabus ex ea descendentibus in infinitum; in quorum quarumque defectum dictæ pars & portio, & jus dicti regni Siciliæ citrà Farum, & similiter regni Jerusalem constitutum & constituta in dotem præfatæ illustrissimæ dominæ Germanæ, ut dictum est, revertantur pleno jure præfato Christianissimo Regi, suisque hæredibus & successoribus, & ab eo causam habentibus; tenebiturque nihilominus præfatus Christianissimus Rex, post consummatum dictum matrimonium dare & realiter tradere dicto Catolico Regi omnes titulos, litteras, instrumenta quæcumque, quos, quas & quæ, ipse habet de dicto Regno Siciliæ citrà Farum.

Item. Ad recompensandum aliquantulum præfatum Christianissimum Regem, pro magnis sumptibus & expensis, quos & quas ex causa prædicti regni Siciliæ citra Farum sufferre oportuit, præfatus Catolicus Rex tenebitur dare & solvere eidem Christianissimo Regi; quantitatem & summam decem centum millium ducatorum boni auri, & recti ponderis, in decem annis immediatè sequentibus, æquis portionibus, scilicet in unoquoque dictorum decem annorum centum mille ducatos; incipietque primus terminus & prima solutio uno anno, postquam dictum matrimonium per verba de præsenti celebratum fuerit, ut præfertur. Quas quantitates præfatus Catolicus Rex tradi facere tenebitur purè & liberè propriis suis expensis in civitate Narbonæ; & ad hoc faciendum & implendum, & similiter solvendum omnia damna & interesse, quæ & quas præfatus Christianissimus Rex habere posset per defectum dictarum solutionum, vel alicujus earum, dictus Catolicus Rex se obligabit sub censuris apostolicis, & sub obligatione omnium regnorum, terrarum, & quorumcumque bonorum suorum, & ultra hoc dabit bonos & securos respondentes ad electionem & contentationem præfati Christianissimi Regis, in civitatibus Januæ & Avinionis, intra tres menses proximè venientes. Et si fortasse contingeret, quòd dictus Catolicus Rex non posset pro aliquibus annis & terminis dictæ summæ reperire responsales, quales ut suprà, ex nunc prout ex tunc obligat eidem Christianissimo Regi omnes & singulos mercatores & negociatores, & bona eorum omnium regnorum & patriarum, quæ possidet de præsenti, quos in defectum solutionis ante dictus Christianissimus Rex poterit propria autoritate, per se & suos, nulla juris solemnitate servata, capere & eorum bona quæcumque, quibuscumque in contrarium facientibus, quibus quantùm ad prædicta derogatur, prædictis minimè obstantibus, & de

faciendo & complendo prædicta dictus Catolicus Rex dabit suas litteras in bona, & ampla forma præfato Christianissimo Regi intra prædictos tres menses.

Item. Tractatum & concordatum est, quòd si acciderit, quod ex prædicto matrimonio non remanerent liberi, ob quam causam dicta portio dicti regni Siciliæ citrà Farum, & regnum Jerusalem, constituta & constitutum in dotem prædictæ illustrissimæ dominæ Germanæ, post ejus obitum reverterentur ad præfatum Christianissimum Regem, & ejus hæredes, ut præfertur, dicto casu ipse Christianissimus Rex, vel ejus hæredes, si voluerint habere & recuperare dictam portionem prædicti Siciliæ citra Farum regni, & regnum Jerusalem, tenebuntur reddere & restituere integrè præfato Catolico Regi, vel ejus hæredibus totum illud, quod debitè constabit ipsum Christianissimum Regem ex dictâ summâ & quantitate pecuniæ recepisse, eo modo, quo illam receperit.

Item. Fuit concordatum per dictos oratores, quòd in casu quo donatio propter nuptias seu dotalitium habeat locum, dicta illustrissima Domina habebit talem & similem donationem propter nuptias seu dotalitium, quam consueverunt habere Reginæ viduæ in regnis & terris, quæ tenet dictus Rex Catolicus.

Item. Est tractatum & concordatum, quòd incontinenti post consummationem dicti matrimonii procuratores dictorum Christianissimi & Catolici Regum, stantes in Curiâ Romanâ supplicabunt Sanctitati summi Pontificis, & communi consensu & simul, quòd det investituram dicti regni dictis Catolicis Regi & Reginæ, & descendentibus ex eis, scilicet cuilibet ipsorum, pro jure, parte, & portione quod eis pertinet, sic & secundùm quod superius fuit dictum.

Item. Quod rebelles Christianissimi Regis tam regni Franciæ, quam ducatus Mediolani, Januæ, & aliarum terrarum & dominiorum suæ obedientiæ, qui se transtulerunt, vel exinde se transferent in terras dicti Catolici Regis, restituentur, & realiter liberabuntur per ipsum, vel ejus ordinationem, præfato Christianissimo Regi, si illos petierit, & habere voluerit. Et pari modo rebelles dicti Catolici Regis coronarum Castellæ, Aragonum, utriusque Siciliæ, & aliarum quarumcumque terrarum & dominiorum suorum, qui se transtulerint in terras obedientiæ præfati Christianissimi Regis, restituentur & realiter liberabuntur præfato Catolico, si ipsos petierit vel habere voluerit.

Item. Rogabunt dicti Christianissimus & Catolicus Reges serenissimum Angliæ Regem, quòd hujus pacis, fraternitatis, & ligæ conservator existat, & pariter nominabunt confœderatos suos ambæ partes infra tres menses, post prædictum matrimonium per verba de præsenti celebratum immediatè sequentes.

Item. Fuit conclusum, quòd perfecto dicto matrimonio per verba de præsenti, illico titulus Regis utriusque Siciliæ & Jerusalem tribuetur dicto Catolico Regi, de consensu dicti Christianissimi Regis, & non poterit dictus Christianissimus Rex de cætero illum titulum capere, nec sibi attribuere, nisi in casu restitutionis dotis, prout suprà scriptum est.

Quæ omnia suprascripta tenere, observare, & ad unguem adimplere, nos oratores prænominati, nominibus quibus suprà, promisimus & juravimus, promittimus & juramus ad Dominum Deum nostrum, & ejus sancta evangelia,

manibus nostris corporaliter tacta. In quorum omnium robur, fidem, & testimonium has præsentes manibus nostris propriis signavimus, & sigillis nostris communiri fecimus. Datum Blesis, duodecimâ die mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quinto. Et erat dicta littera sigillata tribus sigillis in placarto, cera rubea, super quibus erat scriptum & signatum, Comes de Cifuentes, Malferitus Regens, frater Joannes Enguera, ordinis Prædicatorum.

Ratifié par le Roi d'Espagne à Segovie le 16. octobre 1505.

Collatio facta est cum originali existente in Thesauro Cartarum domini Regis, per me custodem & thesaurarium dictarum Cartarum, die sextâ mensis maii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto. Budé.

ACTE DE FOI ET HOMMAGE POUR LE DUCHÉ de Milan, rendu à Maximilien I. Empereur, par le Cardinal George d'Amboise, au nom du Roi Louis XII. A Haguenau le 6. avril 1505.

Milan. 1505. 6. avril.

EGO Georgius de Ambosia, tituli sancti Sixti Presbyter Cardinalis Rothomagensis, ac Apostolicæ Sedis de latere legatus per regnum Franciæ, promitto & juro nomine & vice, & mandato serenissimi ac christianiss. domini domini Ludovici Francorum Regis, uti Ducis Mediolani, vigore mandatorum à præfato Christianissimo Rege mihi traditorum, in personam & animam ipsius constituentis, super sacrosancta Dei evangelia per me corporaliter tacta, Vobis sacratissimo & invictissimo Principi & domino, domino Maximiliano, Romanorum Regi semper augusto, domino meo clementissimo, Cæsareæque vestræ Majestatis successoribus Romanorum Imperatoribus ac Regibus, sacroque Romano Imperio, quòd præfatus serenissimus Rex Francorum, ut Mediolani Dux, cum ipso ducatu & suis pertinentiis vult & debet ex nunc in antea Majestati Vestræ, tanquam Romanorum Regi, suo vero domino, & successoribus suis præfatis, esse fidelis, obediens, & serviens, bonum & salutem, utilitatem & honorem Vestræ Majestatis, & sacri Romani Imperii, pro viribus promovere, damna avisare, & avertere, juxta omnem possibilitatem suam; & si ipsum in aliquo consilio esse contigerit, in quo contra Majestatem Vestram & sacrum Romanum Imperium quidquam actum aut attentatum fuerit, Majestatem Vestram avisare debet, & velit. Et alia omnia facere & adimplere, quæ fidelis Princeps vassallus Majestatis Vestræ & sacri Imperii, eidem Majestati Vestræ & sacro Romano Imperio facere, exhibere, & præstare debet & tenetur; dolo & fraude semotis. Ita me Deus adjuvet, & sancta Dei evangelia.

Auscultata & collationnata in Cancellaria Regia Romana, & concordat cum originali, in cujus rei fidem manu & signo mei Cypriani de Serntein, Cancellarii Tirolensis, & Vicecancellarii Curiæ Cæsareæ, subscripta est præsens copia. Actum in Haguenau, die 6. aprilis, anno Domini 1505. *Signé*, Z. Serntein.

INVESTITURE

INVESTITURE DU DUCHE' DE MILAN, ET DES COMTEZ *de Pavie & d'Angliere, donnée par l'Empereur Maximilien I. au Roi Louis XII. & à ses descendans mâles legitimes, & en deffaut d'eux à ses filles. A Haguenau le 7. avril 1505.*

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementiâ Romanorum Rex semper augustus, &c. Ad perpetuam rei memoriam, tenore præsentium recognoscimus, & notum facimus universis, quòd etsi Cæsareæ Majestatis celsitudo divinitùs videatur in hac sublimi Imperii sui specula constituta, ut pro cujusque meritis noverit munificentiæ & liberalitatis suæ partiri congiarium, ad ea tamen animi sui aciem potissimum debet intendere, quæ non modò privati cujuspiam commodis censuerit profutura, sed quibus universæ reipublicæ christianæ dignitati & saluti, (cujus imprimis Romanus Cæsar à Deo optimo, maximo constitutus est protector, & propugnator,) videat procul dubio salubriter fore consultum. *Milan. 1505. 7. avril.*

Cùm itaque serenissimus Princeps Ludovicus Francorum Rex, frater noster carissimus, per reverendissimum in Christo Patrem dominum Georgium de Ambasia, tituli sancti Sixti Presbyterum Cardinalem, & in regno Franciæ apostolicum legatum, oratorem, ac nuncium, suum specialem, ad hoc litteris & mandatis sufficienter instructum ac munitum, nobis supplicaverit, quatenus ipsum Regem pro se, & hæredibus suis masculis ex suo corpore legitimè descendentibus, & eis deficientibus, pro illustri Claudia sua filia primogenita, ac pro illustri Carolo Archiduce Austriæ, & Principe Castellæ, Duceque Luxemburgi, serenissimi Philippi Castellæ, Legionis, ac Granatæ Regis, & Aragonum Principis nati nostri carissimi filio, & prænominatæ Claudiæ sponso, conjunctim; & si ipsam Claudiam mori contingeret, pro alia primogenita, quæ nubet primogenito domino Duci Luxemburgi, vel alteri filiorum serenissimi Regis Castellæ, & eis deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati serenissimi Francorum Regis, qui illo tempore venient ad capiendam investituram. Et si contingeret, ut supradictum est, Ducem Luxemburgi & Claudiam, aliamque filiam Francorum Regis, & filium serenissimi Regis Castellæ illustrissimi Archiducis decedere absque liberis, & nos non daremus investituram prædictis hæredibus, teneamur restituere illis ducenta millia francorum, quæ accepimus pro dicta investitura, jure tamen, quod dicti hæredes in dicto ducatu tunc haberent, non obstante restitutione dictæ summæ, ipsis integrè salvo remanente. Intellecto tamen, quòd si contingeret in prædicto casu hæredes supra dictos mittere pro investitura, tunc ipsi teneantur solvere jura consueta dictæ investituræ de ducatu Mediolanensi, & comitatus Papiæ & Angleriæ, quos ipse Ludovicus Francorum Rex ad præsens tenet ac possidet, & etiam de quibus prædecessores sui Duces Mediolani, à quibus originem traxit, per Romanos Imperatores, aut Reges, investiti fuerunt, & quæ ipsi tenuerunt & possederunt, cum omnibus civitatibus, oppidis, terris, castris, arcibus, villis, dominiis, districtibus, feudis, feudalibus, ac aliis quibuscumque rebus & bonis ad ipsa dominia spectantibus & pertinentibus, nostra Cæsarea auctoritate investire, ipsique Ludovico Regi & hæredibus suis, ut suprà expressum est, non obstante investitura priori eidem Ludovico Sfortiæ,

prius exhibita, jura omnia & regalia, quibus ab antiquo Mediolani Duces legitimè investiti, usi sunt, ac quascumque gratias, libertates, immunitates, privilegia, præeminentias, dignitates, franchisias, jurisdictiones & facultates concedere & impertiri dignaremur.

Nos in arcano pectoris nostri maturè ac consideratè revolventes inviolabilis amicitiæ, pacis, fœderis, unionis, & concordiæ conditiones, quas nuper pro commodo & salute christianæ religionis invicem inivimus, tractavimus, & conclusimus, necnon & nepotis nostri carissimi Luxemburgi Ducis prænominati cum illustri Claudia ipsius Ludovici Regis filia futuro vinculo, & connubio, quantumque emolumenti, utilitatis, & securitatis ex hac causa nostra & tantorum Principum concordia & intelligentia exoriri possit universo populo christiano, consideratis & ipsius tandem Ludovici Regis virtutibus, & tanti regni fastigio, veterique & antiqua germanicæ nationis cum galliæ populis consuetudine, commercio, & amicitia ad amussim perpensis, aliisque pluribus rationibus & respectibus animum nostrum ad hoc moventibus, quæ singula recensenda modò non sunt visa, ut ea omnia ad perpetui christianæ rei bonum & Christi nominis hostium perniciem in dies crescere & augeri magis possint, ac ipse Ludovicus Rex, beneficentia nostræ liberalitatis invitatus, eo alacriùs cum opulenti regni sui opibus ac subditorum viribus unà nobiscum ad prosequendum christiani orbis publicum & universale præsidium & adjuvamentum sese accingat, & ad tutandam atque propagandam redemptoris nostri fidem acer Christi miles nobis opituletur, ejusdem Ludovici Francorum Regis supplicationi favorabiliter inclinati, recepto prius à prænominato reverendissimo Cardinali Rothomagensi oratore ipsius & nuncio specialiter ad hoc deputato, debito, ac in hujusmodi præstari solito fidelitatis & homagii juramento, quod is in animam ipsius Regis sui in præsentia nostra ritè & de more Cæsareæ curiæ nostræ præstitit, sano ad hoc accedente Principum, Comitum, Baronum, & procerum nostrorum consilio, ex certa scientia, & de plenitudine nostræ Cæsareæ potestatis, prænominatum Ludovicum Francorum Regem, pro se, & hæredibus suis masculis ex suo corpore legitimè descendentibus, & eis deficientibus, pro illustri Claudia filia sua primogenita, ac pro illustri Carolo, serenissimi Castellæ Regis filio prænominato, ipsius Claudiæ sponso, conjunctim, & pro alia primogenita ipsius Francorum Regis, quæ nubet eidem Carolo, aut alteri filiorum ipsius Castellæ Regis, dicta Claudia ex humanis decedente, & eisdem deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati serenissimi Francorum Regis, qui illo tempore venient ad suscipiendam investituram, de prædictis ducatu Mediolani & comitatibus Papiæ, Angleriæque, quos nunc ad præsens tenet & possidet, & de omnibus, quæ ad ipsum ducatum, & illius dominia quoquo modo spectare & pertinere possunt, & debent, ac de quibus prædecessores sui Duces Mediolani per Romanos Principes investiti fuerunt, necnon & quæ ipsi Mediolani Duces tenuerunt & possederunt, cum omnibus civitatibus, oppidis, terris, castris, arcibus, villis, districtibus, feudis, feudalibus, & aliis quibuscumque rebus & bonis ad ipsa dominia spectantibus & pertinentibus, quæ & quas pro tempore existentes Mediolani Duces à nobis, sive aliis Romanorum Imperatoribus aut regibus, prædecessoribus nostris, & sacro Romano Imperio, in feudum suscipere & habere consueverunt, solemniter & expressè investiendum duximus, & tenore præsentium

investimus, ipsique Ludovico Regi & hæredibus suis, ut suprà expressum est; non obstante quacumque investitura præfato Ludovico Sfortiæ facta, quam præsentium tenore revocamus, cassamus, & annullamus, regalia dictorum ducatus & comitatuum consueta, ac quascumque gratias, libertates, immunitates, privilegia, honores, præeminentias, dignitates, franchisias, jurisdictiones, facultates concedimus & impartimur, declarantes, quòd si contingeret, ut prædictum est, Ducem Luxemburgi & Claudiam, aliamque filiam præfati serenissimi Francorum Regis, & filium serenissimi Regis Castellæ, decedere absque liberis, non dantibus nobis investituram hæredibus relictis à prænominato Francorum Rege, teneamur restituere ducenta millia francorum superiùs specificata, permanente tamen jure salvo, si quod haberent in ipso ducatu prænominati hæredes. Ea etiam adjecta, ut ante dictum est, conditione, quòd in dicto casu hæredes, qui mitterent pro investitura, solvere debeant jura in conferendis hujusmodi investituris consueta, non obstantibus in præmissis aliquibus legibus, statutis, consuetudinibus, ac aliis auxiliis generalibus, vel specialibus, quibus posset in præmissis quomodolibet obviari, etiamsi talia forent de quibus specialis & individua mentio facta esset. Illis enim omnibus, in quantum præmissis obstant, de certa nostra scientia & plenitudine Cæsareæ potestatis prorsus & expressè derogamus. Decernentes, & hoc nostro Cæsareo statuentes edicto, ea omnia & singula perpetuam obtinere roboris firmitatem, nostris tamen & sacri Imperii juribus in præmissis, ac alterius cujuscumque in cæteris, semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ & concessionis paginam infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, necnon pœnam centum millium marcarum auri purissimi se noverit incursurum, quarum medietatem fisci sive ærarii nostri, residuum verò injuriam passorum usibus decernimus applicandum, tenore præsentium sub nostri sigilli testimonio litterarum. Datum in civitate nostra Imperiali Haguenau, die septima aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo quinto, regnorum nostrorum, Romani vicesimo, Hungariæ verò decimo-quinto.

Præsentes litteræ originales sunt sigillatæ sigillo imperiali pendente cum filis sericis coloris nigri & aureati, existentes in manibus reverendissimi domini Legati.

Item. Et fuit expedita alia littera specialis secreta, &c. existens in manibus reverendissimi supra dicti Cardinalis Legati.

Quamvis matrimonium non fuerit inter præfatum dominum Ducem Luxemburgi, & dominam Claudiam.

CONTRAT DE MARIAGE DE FRANCOIS DE VALOIS, Comte d'Angoulesme, depuis François I. avec Madame Claude de France, fille du Roi Louis XII. Aux Montils les-Tours le 22. mai 1506.

France. Mariage de François I. 1506. 22. mai

LOUIS, par la grace de Dieu Roi de France: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Comme par l'avis & meûre deliberation des Princes, & Seigneurs de nôtre sang & lignage, Prelats, & gens de nôtre Conseil, & autres grands & notables personnages, assemblez en grand nom-

bre, obtemperant, & inclinant aux tres-instantes & humbles prieres, supplications, & requestes, qui nous ont été faites, tant de la part des susdits Princes & Seigneurs de nôtre sang, que des deputez deleguez des Princes, & grosses villes & citez de nôtre roiaume, qui pour ce se sont retirez vers nous en nôtre bonne ville & cité de Tours, Nous avons conclu & deliberé par ledit avis, & pour le tres grand & évident bien, profit, utilité, & seureté de nosdits roiaume, païs, seigneuries, sujets, & chose publique d'iceux, faire traiter le mariage de nôtre tres-chere & tres-amée fille unique, Claude de France, avec nôtre tres cher & tres-amé cousin le Duc de Valois, Comte d'Angoulesme; & en ensuivant ledit avis & deliberation, avons jà fait faire en la presence des dessusdits les fiançailles de nôtre fille & cousin, en intention & deliberation, l'âge, qui leur est requis, venu, faire parachever, consommer & accomplir ledit mariage, au traité & pourparler duquel entre nous, & nôtre tres-chere & tres-amée compagne la Reine, & au nom de nôtre fille d'une part; & nôtre tres-chere & tres-amée cousine la Comtesse d'Angoulesme, au nom & comme aiant le bail, gouvernement, & l'administration de nôtredit cousin le Duc de Valois, son fils, d'autre part, aient été faites, conclus & accordez les traitez, accords, promesses par paction de convenance ci-aprés declarez, dont & desquels la teneur ensuit.

Au traité de mariage, qui se fera & accomplira par le vouloir, & plaisir de Dieu, tres excellente & puissante Princesse, Madame Claude de France, & tres-haut & tres-puissant Prince, Monsieur le Duc de Valois, ont été par le Roi & la Reine pour & au nom de madite Dame, promettant lui faire ratifier & consentir, elle venuë en âge; & haute & puissante Princesse Madame la Comtesse d'Angoulesme, pour & au nom de Monditsieur de Valois son fils, traitées & accordées les choses qui ensuivent.

Premierement, incontinent que Madame Claude de France, & Monsieur le Duc de Valois seront venus en âge requis pour consommer & accomplir led. mariage, il se consommera & accomplira. En faveur & contemplation duquel mariage, le Roi constituë en dot & mariage à madite Dame sa fille les comtez de Blois, d'Ast, & Soissons, seigneuries de Coucy, & tout ce qu'il a au roiaume, qui n'est que de l'apanage, en retenant neanmoins & reservant à lui l'usufruit desdits comtez, terres, & seigneuries, sa vie durant. Et au cas qu'icelui Seigneur, que Dieu doint, delaisse enfant mâle aprés son decés, toutes & quantes fois que bon lui semblera avoir & retirer à lui lesdites comtse, terres & seigneuries, en baillant à madite Dame, ou à ses heritiers, autres terres au roiaume, avec titre & préeminence de duché. Et la Reine constituë en dot & mariage à madite Dame sa fille la somme de cent mille écus d'or, lesquels se paieront à deux termes par égale portion, à savoir cinquante mille, un an aprés les noces, & consommation dudit mariage; & les autres cinquante mille, l'autre an prochain ensuivant; sera tenu Monditseigneur le Duc de Valois de chacune fois qu'il recevra lesdits deniers, iceux bien düement assigner sur ses terres & seigneuries presens & à venir, au profit de madite Dame Claude, & de ses heritiers; lesquelles choses sont de vrai patrimoine & heritage pour madite Dame, & ses heritiers descendans de son corps, au deffaut desquels elles retourneront, à savoir au Roi & à ses heritiers, ce qu'il a dessus constitué en dot de pour ladite Da-

me, & semblablement à la Reine & à ses hoirs lesdits cent mille écus.

Item. Plus a été traité & accordé, que s'il avenoit, que Dieu veuille, que la Reine ait enfant mâle, elle poura disposer de la duché de Bretagne au profit de sondit fils, & lui delaisser & bailler, si bon lui semble, & faire le veut, nonobstant le contenu au contrat du mariage du Roi & de ladite Dame, auquel quant à ce iceux Sieur & Dame ont expressement dérogé, & dérogent par ces presentes, le surplus neanmoins du traité demeurant en sa force & vigueur en toutes autres choses; & si doüaire a lieu, & que ledit Sieur parvienne à la couronne, en ce cas ladite Dame aura le doüaire, que les autres Reines de France ont accoûtumé d'avoir; & ledit Sieur ne parvenant à la couronne, sera doüé au tiers des terres & seigneuries d'icelui Sieur. Savoir, faisons aprés avoir bien entendu les points & articles ci dessus contenus, qui ont par nous, nôtred. compagne, & nôtredite cousine ès noms que dessus, été conclus, arrêtez, consentis, accordez, nous promettant en bonne foi & parole de Roi, & sur nôtre honneur, les tenir, & faire tenir, garder & accomplir de nôtre part, sans aller ou souffrir aller au contraire, en quelque maniere que ce soit; & iceux entant qu'ils touchent à nôtredite fille, faire ratifier, consentir, & agréer par elle, selon leur forme & teneur, & à ce obligerons nous & nos hoirs, & biens. En témoin de ce nous avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre seel.

Et nous Anne, par la grace de Dieu Reine de France, Duchesse de Bretagne, sur ce düement autorisée de Monsieur le Roi, confessons lesdits points & articles ci-dessus inserez avoir été & être ainsi entre nous faits, conclus, & accordez, & promettons de nôtre part, en bonne foi & parole de Reine, les tenir, entretenir, garder, observer, & accomplir de point en point, selon leur forme & teneur, sans aller, ou permettre aller ni venir au contraire, directement ou indirectement, en quelque maniere que ce soit; & iceux faire ratifier & consentir par nôtredite fille, comme contenu est esdits articles. En témoin dequoi nous avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre seing; & requis aux Notaires & Secretaires de Monditsieur ci-dessous, les signer à nôtre requeste.

Et nous Louise, Comtesse d'Angoulesme, Dame d'Epernai, Romorantin, Millé, & Chisse, aiant le bail, gouvernement, & administration de nôtre trescher & tres-amé fils le Duc de Valois, Comte d'Angoulesme, reconnoissons & confessons lesdits articles ci-dessus incorporez avoir été & être faits, arrêtez, conclus, & accordez entre Monditsieur le Roi & Madame la Reine, & nous, comme ci-dessus est contenu, promettons de nôtre part en bonne foi & parole de Princesse, les tenir & faire entretenir, garder, observer, & accomplir, sans enfreindre, ni aller au contraire, en quelque maniere que ce soit; & iceux en tant qu'ils touchent à nôtredit fils le Duc de Valois, faire ratifier, consentir, & agréer par lui, le tout selon leur forme & teneur, à ce obligeons nous, nos sujets, & biens; & pour plus grande aprobation, avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre seel, & outre avons requis aux Notaires & Secretaires de Monditsieur, qui ont reçu le commandement de ces presentes, les signer à nôtre requeste. Donné aux Montils-les-Tours, le 22. jour de mai, l'an de grace 1506. & de nôtre regne le neuvieme. Ainsi signé, Louis, Anne, Louise.

Et en subscription: Par le Roi, de son consentement à la requeste de la Reine; & madame la Comtesse d'Angoulesme ; à ce presens Monsieur le Cardinal d'Amboise, Legat de France; vous les Evêques de Paris & Nantes ; les seigneurs de Rohan & de Rieux; & de Sens, Chancelier de Bretagne ; Maistre Jean de Gannay, Premier President de la Cour de Parlement de Paris ; Jean François, General des Finances de Bretagne , & autres presens. Ainsi signé, *Robertet* & *Gedoüin*. Et scellé du scel en double queuë de cire jaune & rouge.

TRAITE' DE PAIX ET D'ALLIANCE ENTRE Maximilen I. & Charles , Prince d'Espagne, son petit fils, d'une part; & le Roi Louis XII. & Charles d'Egmond, Duc de Güeldres, d'autre. A Cambrai le 10. decembre 1508.

L'Empereur & la France 1508. 10. dec.

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator , semper augustus , &c. Rex Germaniæ, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Luxemburgiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carintiæ, Carniolæ , Limburgiæ, Luxemburgiæ, & Gueldriæ, Lantgravius Alsatiæ, Princeps Sueviæ, Palatinus in Hasburg, & Hannoniæ, Princeps & Comes Burgundiæ, Flandriæ, Tirolis, Goritiæ, Artesii, Hollandiæ, Zelandiæ, Ferretti, in Kiburg, & Zutphaniæ, Marchio sacri Romani Imperii super Anasum, & Burgoviæ, Dominus Frisiæ, Marchiæ, Sclavoniæ, Portus-naonis, Salinarum, & Mechliniæ. Recognoscimus, & præsentium tenore notum esse volumus universis , quòd nihil in rebus humanis existimemus salubrius, commodius & optabilius, ac pro communi utilitate æque necessarium, quàm sanctæ pacis reverentiam, & mutua hominum commercia, societates, amicitias, & fœdera, quibus etiam parvissimas res ad summas opes, dignitates, & honores excrevisse multorum exemplo patet. E contra verò sævos bellorum tumultus, & adversa mortalium pectora & arma, etsi plerasque clarissimas & florentissimas Respublicas dejecisse, ac penitùs evertisse notissimum sit: tamen Respublica christiana, quantum jacturæ & damni ex Principum suorum intestinis odiis, discordiis, & bellis ex multo nunc tempore sit perpessa, vel hoc unum ab omnibus fidelibus est gravissimè indolendum, quòd christiani nominis hostes immanissimi Turci, aliique infideles hinc occasionem capientes in dies eorum vires accrescendi, tantùm nunc invaluerint, ut nisi tabidus illorum impetus contundatur, & huic præsentissimo malo à fidelibus maturo consilio & remedio præveniatur, ultra præteritas jacturas & clades religioni nostræ & Christi fidelibus sævissimè illatas, adhuc majora & graviora pericula in dies nobis imminere ab illis plurimum sit timendum. Quam rem, nos qui religionis nostræ sacrosanctæ, & communem totius Reipublicæ christianæ utilitatem, exaltationem, honorem, salutem & conservationem semper alto pectore gerimus, sæpius ac sæpius nobiscum revolventes, & præ oculis habentes, ad nullam unquam rem mundi tantùm aspiravimus, & cum tanto fervore, studio & affectu desideravimus, quàm christianorum Principium inter se unionem, concordiam, & pacem , ut aliquando sociis concordibusque armis, ad ex-

terminandam communium hostium truculentiam & barbariem, communis expeditio contra perfidos Turcos susciperetur; maximè accedente ad hoc Sanctissimi in Christo Patris & domini, domini Julii secundi, divinâ providentiâ sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summi Pontificis, domini nostri reverendissimi exhortatione, qui tam sollicito studio, & paternis suis admonitionibus toties apud nos, aliosque christianos Principes, pro hac unione fienda indesinenter institit, & sollicitavit. Cùmque imprimis senserimus serenissimum & excellentissimum Principem, dominum Ludovicum Regem Franciæ, &c. fratrem nostrum carissimum, ad sanctam unionem, concordiam, ac pacem nobiscum ineundam, æque ac nos summo animi fervore desideranter inclinatum: Nos ea de causa nuper illustrissimam Principissam Margaretam, Archiducissam Austriæ, Ducissam Burgundiæ, relictam Sabaudiæ, filiam nostram carissimam, ad civitatem nostram Imperialem Cameracensem misimus, quæ vigore pleni ac sufficientis mandati nostri, tanquam specialis nostra in hac parte procuratrix, cum reverendissimo in Christro Patre, domino Georgio de Ambasia, tituli sancti Sixti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbitero Cardinale, & Archiepiscopo Rothomagensi, Sedis Apostolicæ per Franciam de latere Legato, amico nostro carissimo, à prædicto serenissimo fratre nostro Franciæ Rege illuc etiam cum pleno mandato, tanquam speciali illius ad hoc procuratore transmisso, post multos tractatus & disputationes habitas circa differentias, quæstiones, & controversias inter nos, illustrissimum Archiducem Carolum, Hispaniarum Principem, &c. nepotem nostrum carissimum, & præfatum serenissimum fratrem nostrum Regem Franciæ, & dominum Carolum de Gueldria, aliàs de Egmonda, vertentes, inivit, fecit, conclusit, & juravit, ac litteris suis roboravit pacem & concordiam, juxta capitula, puncta, & articulos accordatos. Quarum litterarum, capitulorum, punctorum, & articulorum tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

MARGARETA, Dei gratia ex Archiducibus Austriæ, & Ducibus Burgundiæ, relicta vidua Sabaudiæ, &c. Recognoscimus, & præsentium tenore profitemur, notumque volumus esse universis, quòd ad laudem & honorem omnipotentis redemptoris nostri Jesu Christi, exaltationemque & augmentationem totius christianæ religionis, ac fidei catholicæ & orthodoxæ, necnon ad honorem, commodum, tranquillitatem, tutelam, & conservationem regnorum, dominiorum, statuum, & subditorum sacratissimi & invictissimi Principis & domini, domini Maximiliani, Romanorum Imperatoris semper augusti, Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Regis, Archiducis Austriæ, Ducis Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comitis Palatini, &c. domini & genitoris nostri metuendissimi, & serenissimi & christianissimi domini Ludovici, Francorum Regis, &c. ac illustrissimi Principis Caroli, Archiducis Austriæ, Hispaniarum Principis, &c. nepotis nostri carissimi, ad exaltationem quoque sanctissimi *in Christo* Patris & Domini, Domini Julii secundi, divinâ providentiâ sanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ summi Pontificis, domini nostri observandissimi, qui tanquam bonus Ecclesiæ sibi commissæ pastor, & sollicitus pater, pervigili cura & studio, crebrisque admonitionibus, ad excitandos christianorum Principum animos laboravit, ut sepositis & abolitis intestinis simultatibus, & contentionibus, concordiam, & fraterni amoris fœdera amplecterentur, & contra Ecclesiæ Roma-

næ, & ſanctæ Religionis noſtræ hoſtes, concordibus armis ſe unirent; illiſque tanto acriùs reſiſtere poſſent. Nos tanquam locum & vicem tenens, & negotiorum geſtrix & procuratrix, atque in hac parte procuratorio nomine ſupra dicti ſacratiſſimi domini Maximiliani, Romanorum Imperatoris, &c. domini & genitoris noſtri metuendiſſimi, vigore & virtute mandati noſtri ſufficientis, cujus tenor de verbo ad verbum hîc ſequitur, & eſt talis.

MAXIMILIEN, par la grace de Dieu élu Empereur des Romains, toûjours auguſte, Roi de Germanie, de Hongrie de Dalmacie, de Croacie, &c. Et Charles, par la même grace Archiduc d'Autriche, Prince d'Eſpagne, des deux Siciles, de Jeruſalem, &c. Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, de Stirie, de Carintie, de Carniole, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldre, Lantgrave d'Alſace, Prince de Sueve, Palatin de Haſbourg, & de Hainaut, Prince & Comte de Bourgogne, de Flandre, de Tirol, d'Artois, Gorice, de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kibourg, de Namur, & de Zutphen, Marquis du Saint Empire, & de Burgau, Seigneur de Friſe, ſur la Marche de Sclavonie, de Portenau, de Salins & de Malines: A tous ceux qui ces preſentes lettres verront, Salut. Comme pour le bien & utilité de toute la chretienté, & éviter les maux & inconveniens, qui par la continuation des diférends, diviſions, & diſſenſions étans entre nous, & tres-haut, tres-excellent & tres-puiſſant Prince nôtre tres-cher & tres-amé frere & couſin, le Roi de France, ſe peuuent enſuivre, ſoit aviſé être tenu une journée par aucuns nos commis & deputez, & ceux d'icelui nôtredit frere, en nôtre cité de Cambrai, le huitieme jour d'octobre prochain, ſur tous & quelconques diférends & queſtions, qui ſont & peuvent être entre nous deux, nos roiaumes, pais, & ſujets. Savoir faiſons, que nous, ces choſes conſiderées, meſmement que ne ſavons perſonne en qui mieux nous nous devions confier, que en la perſonne de nôtre tres-chere & tres-amée fille unique de nous Empereur, & tante de nous Charles, Dame Margerite, Archiducheſſe d'Autriche, & de Bourgogne, Ducheſſe Doüairiere de Savoie; icelle avons commiſe, deputée, ordonnée, & établie, commettons, deputons, ordonnons, & établiſſons par ces preſentes nôtre Procureur General, & certain meſſage ſpecial, en lui donnant plein pouvoir, autorité, & mandement ſpecial, de ſe trouver à icelle journée, traiter, pacifier, conclure, & accorder de par nous, & en nôtre nom, avec ledit Roi de France, ou ſes commis & deputez à ce, tous & quelconques diférends, queſtions, debats, malveillances & rancunes, qui ſont & peuvent être entre nous, & ledit Roi de France, noſdits roiaumes, pais, & ſujets, amis & alliez. Auſſi de faire, traiter, & conclure toutes amitiez, confederations, & bonnes intelligences, qui ſe peuvent & doivent faire entre bons freres & couſins, leurs roiaumes, pais, & ſujets, amis, & alliez & bienveillans d'iceux, jurer en nôtre ame les tenir, entretenir, & obſerver, & de en ce faire, comme auſſi leurs circonſtances & dépendances tout autant comme nous mêmes ferions, ſi preſens en nôtre perſonne y étions, jaçoit ce que la choſe requiſt mandement plus ſpecial. Promettant en bonne foi avoir & tenir ferme, ſtable, & agreable à toûjours, tout ce qui par nôtredite fille ſera fait, conclu, paſſé & accordé touchant les choſes deſſuſdites, & leurs circonſtances & dépendances, & de le

ratifier

ratifier, sans jamais aller, faire, ni souffrir être fait, ores, ni au tems à venir, aucune chose au contraire. En têmoin de ce nous avons fait mettre nôtre scel à ces presentes. Donné en nôtre châtel de Tournhout, le quatorzieme jour de septembre, l'an de grace 1508. & de nos regnes, savoir de celui des Romains, le vint-troisieme; & de Hongrie, &c. le dix-neuvieme. Signé dessous, Maximilien. Et sur le repli: Par l'Empereur, & Monseigneur l'Archiduc, Renner.

Hodie cum reverendissimo in Christo Patre, domino Georgio de Ambasia, tituli sancti Xisti, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinale, & Archiepiscopo Rothomagensi, & per Franciam Apostolico de latere Legato, tanquàm procuratore, nomine supradicti serenissimi & Christianissimi Principis, domini Ludovici, Francorum Regis, &c. vigore & virtute ejus mandati sufficientis, cujus tenor etiam de verbo ad verbum sequitur, & est talis.

LOUIS, par la grace de Dieu Roi de France: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme puis aucuns tems en ça se soient quis & cherchez aucuns bons moiens, & convenables expediens & pourparlez, par aucuns gens vertueux, & notables personnages, pour venir à quelque amiable accord & finale paix des diférends étans entre Nous, & tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince, nôtre tres-cher, & tres-amé frere & cousin, l'Empereur, l'Archiduc d'Autriche, son fils, & nôtre tres-chere & tres-amée cousine, la Duchesse doüairiere de Savoie, &c. sa fille. Et tellement y a été vaqué, entendu, & procedé, que une tréve de six semaines a été entre Nous prise & acceptée, pendant laquelle nos Deputez, tant d'un côté que d'autre, se doivent trouver & assembler en la ville de Cambrai, pour en icelle besogner, vaquer, & entendre à faire & accomplir ladite paix finale, ou prendre aucune bonne longue tréve, ainsi qu'il appert par les lettres patentes, qui en ont été par entre Nous depuis aucuns jours en ça expediées. Et soit ainsi que Nous desirant de tout nôtre cœur sur toutes choses vivre en paix, repos, & tranquillité, non seulement avec nôtredit frere & cousin, mais aussi avec tous autres Princes Chretiens, connoissant parfaitement le grand & inestimable bien, felicité, profit, & utilité qui vient de paix; & au contraire les maux, & innumerables inconveniens, qui procedent pour raison de la guerre. Nous à ces causes, & afin que chacun puisse clairement connoître, que à Nous n'a tenu, ne tient, ne tiendra, que ladite paix ne se fasse & parfasse entierement, & que ne vivions dorenavant avec nôtredit frere & cousin, & lesdits fils & fille, en toute amour, bonne fraternité, & loiale dilection, avons voulu élire & choisir en nôtre roiaume quelque bon, grand, notable, & vertueux personnage, pour faire & traiter de ladite paix finale, ou longue tréve, comme dit est, auquel nous avons toute seûreté & fiance. Savoir faisons, que Nous ce consideré, & pour la tres-grande, bonne, entiere, & parfaite confiance, que nous avons de la personne de nôtre tres-cher & tres-amé cousin, le Cardinal d'Amboise, Legat en France, & de ses sens, loiauté, prudence, integrité, & longue experience; sachant aussi certainement que lui, autant, ou plus que nul autre, a un singulier zele, entier & fervent vouloir à ladite paix, & que pour à icelle

parvenir & accomplir, n'y voudra épargner sa personne, le labeur d'icelle, ni autre chose. Icelui nôtredit cousin le Legat, pour ces causes, & autres bonnes considerations à ce nous mouvans, avons ce jourdui, fait, commis, ordonné, deputé, constitué, & etabli, faisons, ordonnons, deputons, constituons, & établissons nôtre lieutenant general, & procureur special quant à ce, & lui avons donné & donnons pouvoir par cesdites presentes, d'icelle paix finale, ou longue treve, traiter & conclure, & pour ce faire avec nôtredite cousine la Doüairiere de Savoie, & autres deputez de nôtre cousin l'Empereur, soit au lieu de Cambrai, ou ailleurs, où sera par entre eux avisé faire & passer tels articles & conditions de paix finale, ou longue treve, que sera par entre eux accordé, & iceux pour & en nôtre nom jurer solennellement ainsi que en tel cas appartient, & autrement y faire besogner, vaquer, & entendre, tout ainsi & par la forme & maniere, que nous mêmes ferions, & faire pourions, si presens & personellement y étions. Promettant en bonne foi, & parole de Roi, avoir agreable, tenir ferme & stable tout ce que par nôtredit cousin le Legat aura été, ou sera fait, traité, passé, conclu & accordé, & juré pour ladite paix finale, ou longue treve, ainsi que dit est, sans jamais venir, ou faire venir au contraire, & icelle paix finale, ou longue treve, & tout ce que fait aura par lui été, confirmer, ratifier, & aprouver toutes & quantes fois que requis en serons, & d'en bailler lettres patentes en bonne forme. En têmoin de ce nous avons signé ces presentes de nôtre nom, & à icelles fait mettre nôtre scel. Donné à Roüen, le vintieme jour d'octobre, l'an de grace 1508. & de nôtre regne le onzieme. Signé, LOUIS. Et sur le repli : Par le Roi, vous, & autres presens, *Robertet*.

Tractavimus, egimus, inivimus, convenimus, & conclusimus omnes & singulos infrà scriptos articulos.

Imprimis, quòd actum & conclusum est inter procuratricem & procuratorem prænominatos, nominibus quibus suprà, quòd inter præfatum sacratissimum Imperatorem, tam nomine suo proprio, quàm etiam tutorio & administratorio nomine ipsius illustrissimi domini Principis Hispaniarum, & Archiducis Austriæ, ex una parte; & præfatum Christianissimum Regem Franciæ, ex altera, pro se, eorumque subditis, regnis, & dominiis quibuscumque, sit una bona, vera, fidelis, legalis, sincera, ac indissolubilis pax, unio, amicitia, liga, fraternitas, & confœderatio, duratura ad vitam utriusque ipsorum, videlicet sacratissimi Imperatoris, & Christianissimi Regis Franciæ, & per unum annum post, & ipsi ex nunc omnem rancorem, & odia inter se deponunt, & extirpant, & prorsus abolent.

Item. Actum est, quòd sit inter ipsas partes una specialis confœderatio contra Turcos, & alios infideles ac hostes christianæ religionis. Ita quòd rebus eorum compositis, dum eisdem videbitur, ad ipsam expeditionem intendere debeant. Quòd si unus ipsorum, sacratissimi Imperatoris, ac Christianissimi Regis Franciæ, vellet invadere ipsos Turcos, aut alios infideles, & christianæ religionis hostes & inimicos, tenebitur alter illi invadere volenti pro posse assistere, & omne auxilium ac favorem præstare, alliciendo ad hanc gloriosam expeditionem Sanctissimum Dominum nostrum, cæterosque Reges & Principes totius christianitatis.

Item. Quòd in hujusmodi pace, unione, amicitia, liga, & confœderatione, comprehendantur, & expressè comprehensi intelligantur omnes subditi, vassalli, amici, & confœderati utriusque partis, tam citra quàm ultra mare, citraque & ultra montes, & ubicumque existant. Et in specie ambæ partes nominarunt communiter pro eorum amicis & confœderatis Sanctissimum Dominum nostrum, serenissimosque Reges Angliæ, Hungariæ, & Aragoniæ, pro suis regnis & dominiis.

Item. Contemplatione Majestatis Cæsareæ, actum & conventum est, quòd durante uno anno proximo, à die publicationis & ratificationis partium numerando, nihil de facto, aut vi armata attentetur contra serenissimos Regem & Reginam Navarræ, eorumque regna & dominia, nec per Christianissimum Regem Franciæ, nec per illustrissimum dominum Gastonem de Foix, Ducem Nemosii, nec per alios quosvis eorum subditos, amicos, & confœderatos, directè, vel indirectè, aut quovis exquisito colore. Verùm quantùm ad ea dominia quæ tenent sub superioritate & jurisdictione regni Franciæ, poterit contra eos juridicè, & omnibus juris remediis procedere, & eos compescere, ut pareant judicatis. Quantùm verò ad jus regni Navarræ, & ea quæ non sunt subjecta coronæ Franciæ, remaneat ipso anno durante omnis controversia in suspenso. Interim tamen & ante ipsius anni lapsum, poterunt Cæsarea Majestas & Christianissimus Rex Franciæ inter se tractare de aliquo bono remedio sedandi & componendi hujusmodi differentiam & controvesiam dicti regni Navarræ.

Item. Quia Christianissimus Rex Franciæ voluit etiam pro ejus confœderato expressè includere dominum Carolum de Gueldria, aliàs de Egmonda, quem tamen Majestas Cæsarea propter non acceptatas treugas sex hebdomadarum, immò propter illarum rupturam, prætendebat totaliter ab hujusmodi tractatu excludendum, & quatenus includendus foret, debere saltem eundem Gueldrensem cogi ante omnia restituere ea, quæ ex ducatu Gueldriæ recuperavit, seu veriùs occupavit post initam pacem, seu treugam, cum quondam serenissimo Rege Castellæ, ex oppidis & castris, quæ per dictum Tractatum pacis seu treugæ erant per eundem serenissimum Regem Castellæ possidenda, donec de juribus partium esset cognitum. Quæ sunt in summa quatuor oppida, & tria castra per ipsum Gueldrensem rupta pace, seu treuga, occupata ultra oppidum VVesp, & castrum Mudæ, in Hollandia capta, in quibus ipse Gueldrensis nullum jus potest prætendere. Actum est, quòd pro bono pacis, & contemplatione ipsius Christianissimi Regis Franciæ includetur idem Gueldrensis in hoc Tractatu, his conditionibus, videlicet, quòd ipse dominus Carolus de Egmonda primò & ante omnia de continenti, & infrà quadraginta dies post datam præsentis Tractatus, relaxet, & liberè restituat illustrissimo domino Archiduci, & Principi Hispaniarum, dictum oppidum VVesp, & castrum Mudæ, in Hollandia occupata. Et quantum ad alia occupata in Ducatu Gueldriæ, in quo utraque pars jus prætendit, ut tandem illud negotium cum fundamento finaliter decidatur, & terminetur, utraque pars teneat, gaudeat, & possideat oppida & castra, quæ nunc tenent cum suis juribus, pertinentiis, & dependentiis quibuscumque. Nec possint, nec debeant se invicem inquietare, directè, nec indirectè, donec de juribus partium sit cognitum. Pro qua cognitione fienda, ex nunc eliguntur communiter & concorditer arbitri, seu compromissarii hujus differentiæ, videlicet, idem sacratissimus Im-

perator, & ſereniſſimi Franciæ, Angliæ, & Scotiæ Reges. Ita tamen quòd ipſi ſacratiſſimus Imperator, & Chriſtianiſſimus Rex Franciæ, tanquam viciniores, infrà unum menſem proximum eligent, quilibet ipſorum, duos aut tres probos, honeſtos, & idoneos viros, qui prçſtito prius juramento fideliter viſitandi & referendi, habebunt convenire in loco per eoſdem Imperatorem, & Regem Franciæ, eligendo, & ibidem videre, & viſitare jura partium, & totum negotium diligenter examinare, & omnia alia expedientia & neceſſaria facere; & hujuſmodi viſitatione facta, & proceſſu per eos plenè inſtructo, referent ipſis quatuor arbitris & compromiſſariis. Et pro ipſa viſitatione jurium fienda, ambæ partes exhibere teneantur eorum jura in manibus dictorum deputandorum, infrà duos menſes poſt electionem & deputationem ipſorum. Qui arbitri & compromiſſarii, infrà annum à die publicationis & ratificationis Cæſaris, & Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, vel citiùs, ſi fieri poſſit, judicabunt & terminabunt, & proferent eorum laudum & deciſionem ſuper hujuſmodi differentiis & juribus partium. Et ſi ipſi compromiſſarii & arbitri non poſſunt ſimul in uno loco convenire ad prolationem ſententiæ arbitramentalis, ſeu laudi, quilibet ipſorum poſſit deputare unum delegatum in locum ſui, qui partibus vocatis ſimul conveniant aut ſuper loco differentiæ, aut alio loco per eos eligendo, & ſuper ipſis differentiis ſententiam proferant. Quæ prolatio ſic facta perindè valeat ac ſi per ipſos arbitros facta foret. Cui cognitioni & deciſioni ipſorum arbitrorum & compromiſſariorum, ſive eorum deputatorum & delegatorum, ambæ partes cogantur, & teneantur ſtare & acquieſcere ſine contradictione quacumque. Et cuicumque partium fuerit ipſe ducatus Gueldriæ ſic adjudicatus, teneatur altera partium reſtituere quicquid ex ipſo ducatu detinere, ſeu occupare comperietur, atque in omnibus hujuſmodi ſententiæ ferendæ parere, ſub pœna perditionis prætenſi juris partis non obſervantis. Verùm, ſi ipſi arbitri & compromiſſarii non poſſent ex juſta & rationabili cauſa infrà annum hujuſmodi controverſiam decidere & terminare, licitum erit eis ordinare incontinenti lapſo anno aliquem honeſtum modum quo ambæ partes in ipſo ducatu Gueldriæ ſe regere & gubernare debeant, donec pleniùs de juribus partium eſſet cognitum per eoſdem arbitros, qui poterunt, ſi ad id concordes communiter exiſtant, & non aliter, dictum compromiſſum ſemel tantùm prorogare, rata ſemper manente hujuſmodi pace & concordia inter partes contrahentes. Et ſi interim ſuper poſſeſſione dictarum rerum & pertinentiarum controverſia oriretur, non debeant, nec poſſint ipſi, via facti procedere, ſed remittant hujuſmodi controverſiam ad arbitros eligendos & deputandos per Cæſarem, & Regem Franciæ. Et ſi ipſe dominus Carolus de Gueldria, aliàs de Egmonda, aliquod præmiſſorum non obſervaret, ſeu quovis modo in aliqua parte contraveniret, directè, vel indirectè, ſive non reſtituendo oppida Hollandiæ, de quibus ſuprà, ſive non acceptando & ratificando hujuſmodi tractatum, in quantum eum concernit, ſive etiam non parendo pronuntiandis & ordinandis per ipſos arbitros & compromiſſarios, ut ſuprà electos, aut aliàs quovis modo à contentis in huſmodi tractatu deficeret, his caſibus, aut altero ipſorum adveniente, tunc Chriſtianiſsimus Rex Franciæ eidem Gueldrenſi nullo modo auxilium, ſeu favorem præſtabit, imo operam dabit cum effectu, quòd etiam ſubditi ipſius Chriſtianiſsimi Regis Franciæ nullo modo auxilium ſeu favorem eidem Gueldrenſi præſtabunt; adeo quòd ipſe Gueldrenſis in altero dictorum ca-

suum nullum penitus habebit auxilium, præsidium, seu favorem ab ipso Christianissimo Rege Franciæ, nec à suis subditis directè, vel indirectè, aut quovis exquisito colore.

Item. Quia per treugam sex hebdomadarum nuper initam inter Majestatem Cæsaream, suo, & nomine illustrissimi domini, Principis Hispaniarum, & Archiducis Austriæ, ejus nepotis, & Christianissimum Regem Franciæ, suo, & nomine domini Caroli de Gueldria, aliàs de Egmonda, inter cætera ipse Christianissimus Rex Franciæ expresè promisit, bona fide, & in verbo regio, pro se, & dicto domino Carolo de Gueldria, quòd pendente ipso tempore sex hebdomadarum interteneretur ipsa treuga sine aliquali innovatione, & si quid contrarium factum esset, faciet ipse Christianissimus Rex Franciæ id reparari, & ad pristinum statum reponi, & vice-versa Majestas Cæsarea itidem promisit pro se, & dicto illustrissimo domino Archiduce. Ideo actum & conventum est quòd, quicquid hinc inde, durante ipsa treuga sex hebdomadarum, occupatum, seu attentatum apparebit in præjudicium ipsarum treugarum, contra quoscumque in eadem treuga nominatos & comprehensos, debeat hinc inde incontinenti restitui, & reparari, ac ad pristinum statum reduci, omni exceptione cessante. Et quòd Christianissimus Rex Franciæ id cum effectu exequi faciet, tam pro se, quam pro dicto domino Carolo de Gueldria. Et itidem faciet Majestas Cæsarea pro se, & illustrissimo domino Archiduce.

Item. Quoniam ipse tractatus quoad Gueldriam habet effectum pacis, actum est, quòd mercatores, & subditi, hinc indè liberam habeant conversationem, aditum, & transitum in dominiis, & ad dominia alterius partis, quòdque particulares personæ habentes bona in territoriis alterius partis, & confœderatorum, redeant hinc inde ad possessionem bonorum suorum, & potissimè viri ecclesiastici, quibus nullum penitùs debet fieri impedimentum hinc indè in possidendis eorum bonis ecclesiasticis, quæ in dominiis alterius partis consisterent. Et insuper, si sint aliqui captivi hinc indè, quòd ii restituantur hinc inde, dando captivum pro captivo. Et si plures sint captivi ex una parte, quòd illi admittantur ad compositionem secundùm taxam ordinariam, & hactenus consuetam in ipso bello Gueldrensi, salvis iis, qui jam nunc composuerunt pro redemptione eorum captivitatis, quorum compositiones firmæ maneant.

Item. Etiam ultra prædictos confœderatos, amicos, vassallos, & subditos, ut supra communiter nominatos & comprehensos, nominantur pro parte Majestatis Cæsareæ, & expresè includuntur de præsenti, illustrissimi Duces Juliacensis, & Clevensis, reverendissimus Episcopus Trajectensis, Comes de Horn; nobilesque, & vassalli Gueldriæ, tenentes partitum Majestatis Cæsareæ, & illustrissimi Principis & Archiducis. Et pari modo, pro parte Christianissimi Regis Franciæ ex tunc nominantur, & includuntur, reverendissimus dominus Episcopus Leodiensis, & dominus Robertus de la Mark, dominus de Sedan, & etiam subditi & vassalli tenentes partitum Gueldrensem.

Item. Quoad alios confœderatos, amicos, vassallos, & subditos, quos utraque pars particulariter habet, & nominare prætendit, & qui in hujusmodi tractatu in specie nominati impræsentiarum non fuerunt, licitum erit utrique parti, videlicet, sacratissimo Imperatori, & Christianissimo Regi Franciæ, illos nominare infrà quatuor menses proximos, qui tunc nominandi perindè intelliguntur in hujus-

modi tractatu inclusi, ac si ex nunc expressè & specificè nominati fuissent.

Item. Actum est, quòd pendente hujusmodi pace, donec ipse illustrissimus Princeps & Archidux ad vigesimum suæ ætatis annum pervenerit, suspendantur homagium & fidelitas, quæ præstari deberent Christianissimo Regi Franciæ ratione eorum, quæ moventur de feudo coronæ Franciæ.

Item. Ipsa pace durante actum est, quòd illustrissimus Princeps & Archidux teneat & possideat omnia ipsa dominia moventia de feudo coronæ Franciæ, iis modis & formis, ac sub eisdem præeminentiis & gratiis, quibus tenebat quondam serenissimus Rex Castellæ tempore ejus vitæ & mortis, videlicet tam quoad dona & subsidia subditorum, & compositiones ordinarias comitatuum Artesii, & Quadrilegii, ac aliorum dominiorum, & locorum subditorum coronæ Franciæ, quàm quoad permissionem granariorum, & gebellarum salis, usumque & cursum salis salinarum in ducatu Burgundiæ, & terris adjacentibus, ac suspensionem mille librarum Viennensium, quàm etiam quoad alia omnia, quibus ipse serenissimus quondam Rex Castellæ tempore ejus vitæ & mortis gaudebat, & fruebatur, salvis tamen semper in omnibus juribus superioritatis. Et quòd quæcumque impedimenta in prædictis apposita, ex parte Christianissimi Regis Franciæ, tollantur & amoveantur, ac reducantur ad eum statum, in quo erant tempore mortis ipsius serenissimi Regis Castellæ. Nec de cætero, pro iis qui in comitatu Burgundiæ attentantur via juris, vel ad exactionem subsidiorum ipsius comitatus, contra quoscumque ibidem bona habentes, talia impedimenta apponantur ad requisitionem cujusvis subditi regii, sed teneantur tales subditi recurrere ad remedium justitiæ. Restituantur tamen ex nunc pecuniæ prætextu ipsorum impedimentorum exactæ, & per Regem, seu officiarios suos perceptæ, post mortem dicti quondam serenissimi Regis Castellæ. Et pro iis, ac etiam pro subsidio nuper donato, & accordato à statibus comitatus Atresii, & aliis, quæ imposterùm continget donari & accordari ab ipsis statibus, dentur, & expediantur per Christianissimum Regem Franciæ litteræ in bona forma. Et poterunt ipsa auxilia & compositiones levari per simplicem quitanciam ipsius illustrissimi Principis, per manus receptoris dictæ compositionis, seu subsidii deputandi, juxta morem solitum & consuetum. Eo tamen pacto, quòd pro ipsis auxiliis & compositionibus ordinariis Artesii sic levandis teneatur ipse illustrissimus Princeps & Archidux singulis duobus annis impetrare & obtinere litteras licentiæ levandi ipsa subsidia. Quas tamen petitas & requisitas ipse Christianissimus Rex Franciæ, durante ejusmodi pace, ex ejus liberalitate benignè concedet. Et idem fiet quantum ad dona granariorum & gabellarum salis.

Item. Quia nobilis Ludovicus de Orleans, Marchio Rotelini, asserebat, se spoliatum Castro Joux, & ex adverso prætendebatur nullum esse spolium, sed illud juridicè captum, tandem pro bono pacis, & ne majora propter hæc minima perturbentur, actum est, quòd ipse Marchio Rotelini, & ejus uxor, tam respectu prætensæ spoliationis ex parte sui allegatæ, assertorumque damnorum, ut prætenditur, passorum & supportatorum ad causam ipsius capturæ castri Joux, necnon occasione juris hinc inde prætensi in ipso castro, ac etiam aliis attentatis in comitatu Burgundiæ, teneantur juri stare, & judicato parere coram judice competenti, & ubicumque de jure debebunt; remanente interim ipso castro Joux, cum omnibus suis pertinentiis & dependentiis, in manibus officiariorum

Majestatis Cæsareæ, & illustrissimi Principis & Archiducis. Et nihilominus interim durante hujusmodi cognitione, ne ipsi Marchio Rotelini, & ejus uxor, habeant causam querelæ, actum est, quòd teneant & possideant castrum Noyerii in ducatu Burgundiæ situatum, cum suis redditibus, juribus, & pertinentiis, excepto granario salis, quod non intelligitur de pertinentiis ipsius castri. His conditionibus videlicet, quòd fiat inventarium de omnibus mobilibus, tam in ipso castro Noyerii nunc, quàm in castro Joux tempore capturæ existentibus. Et quòd si contingat, juridicè terminari castrum Joux non esse restituendum eidem Marchioni, & uxori, in eum casum ipsi Marchio, & uxor, nullam penitùs facient quæstionem de ipso castro Joux, imò etiam incontinenti liberè relaxabunt Cæsareæ Majestati, seu illustrissimo domino Archiduci, dictum castrum Noyerii cum omnibus mobilibus ut suprà inventarizandis, sine contradictione quacumque. Et pari modo, si judicaretur dictum castrum Joux restituendum fore eidem Marchioni, & uxori, tunc etiam mediante restitutione ejusdem castri Joux, relaxaretur similiter dictum castrum Noyerii, cum mobilibus & pertinentiis.

Item. Quia in comitatibus Flandriæ & Artesii prætenduntur multi abusus facti per officiarios Christianissimi Regis Franciæ, post mortem quondam serenissimi Regis Castellæ, ultra tamen solitum, ac præter formam privilegiorum & consuetudinum antiquarum ipsarum patriarum, conventum est, quòd, teneatur una amicabilis diæta in loco concorditer eligendo, & ibidem convenientibus deputatis hinc inde infrà tres menses proximos, omnibus rectè discussis & examinatis, componantur hujusmodi controversiæ amicabiliter. Quòd si fieri non possit, tunc ad juris remedia recurratur, hac pace & concordiâ nihilominus firma manente.

Item. Actum est, quòd omnes antiquæ querelæ & actiones hinc inde prætensæ inter Imperium, domum Austriæ, Burgundiæ, & Coronam Franciæ, de quibus in præsenti tractatu nulla fit mentio, quantùm ad opera facti remaneant in suspenso, & in suo robore, durante hujusmodi pace, & sint salva jura utriusque partis hinc inde, quibus per hujusmodi pacem seu concordiam nullum fiat præjudicium.

Item. Actum est, quòd Majestas Cæsarea teneatur investituram dare de universo ducatu & statu Mediolani, comitatibus Papiæ, Angleriæ, &c. Christianissimo Regi Franciæ, vel procuratoribus suis, pro se, & ejus liberis, ac descendentibus masculis, & in defectum masculorum, pro domina Claudia, ejus filia, ejusque futuro sponso, ac liberis, ac descendentibus eorum masculis ex ipso matrimonio, & ex corpore dictæ dominæ Claudiæ legitimè procreandis. Et si contingeret, quod Deus avertat, ipsam dominam Claudiam decedere absque descendentibus masculis, & Christianissimum Regem Franciæ aliam vel alias suscipere filias, fiet investitura pro illa, quæ erit primogenita, vel pro alia, quam Rex Christianissimus ad ipsum ducatum eliget, ac pro eo cui contingeret illam desponsare, & eorum liberis masculis descendentibus. Et fiat ipsa investitura cum clausulis necessariis & opportunis, ad instar investituræ aliàs factæ in Haguenano. Et ad eum finem, Majestas Cæsarea renuntiat alteri matrimonio antea tractato inter ipsam dominam Claudiam, & Principem Carolum, cum pœnis in ipso priori matrimonio appositis. Et his mediis, tenebitur Christianissimus Rex Franciæ pro omni jure dictæ investituræ, & de novo fiendæ, solvere Majestati Cæsareæ sum-

mam centum millium coronatum, seu scutorum auri solis in auro. Et hoc, per manus eorum, qui dictam investituram recipient, & die ipsius investituræ fiendæ, de qua die convenietur.

Item. Actum & conventum est, quòd tractata in Tridento, Blesis, & Haguenano, inter ipsas partes, in iis in quibus per præsentem tractatum expresse derogatum fuit, remaneant in suo robore, & debitum sortiantur effectum, ac in præsenti tractatu & contractu expresse repetita forent.

Item. Si super intellectu hujusmodi tractatus, vel aliàs, inter Imperatorem, & Regem Franciæ oriretur aliqua quæstio, vel controversia, quòd decidatur amicabiliter, & non deveniant ad opera facti.

Item. Conventum est inter easdem partes, quòd Sanctissimus Dominus noster, serenissimique Reges Angliæ & Aragoniæ, ac etiam sacri Romani Imperii Principes, sint hujus pacis, unionis, & concordiæ, & singulorum in eis contentorum, conservatores & fidejussores, & totis viribus assistent ei qui prædicta observaverit contra alium non observantem.

Item. Actum & conventum est, quòd prætextu hujusmodi pacis & concordiæ fiat abolitio generalis de quibuscumque criminibus, delictis, offensionibus, seu injuriis, factis, commissis, & perpetratis per subditos utriusque partis, in dominiis alterius, in Gueldria, vel alibi, durantibus guerris & dissensionibus præcedentibus, & causa guerræ. Et remittatur hinc inde subditis utriusque omnis pœna incursa, revocenturque & annullentur sententiæ, banna, defectus, contumaciæ, pœnæ, & mulctæ, per quoscumque judices ordinarios, vel extraordinarios, ea occasione adjudicatæ, ita quòd deinceps subditis unius partis liber sit aditus ad dominia alterius.

Item. Actum est, quod sacratissimus Imperator, suo, & tutorio, & administratorio nomine ejusdem illustrissimi Principis & Archiducis, ejus nepotis, & Christianissimus Rex Franciæ pro se, ac etiam Dominus Carolus de Gueldria, aliàs de Egmonda, in iis quæ pariter eum concernunt, teneantur infrà unum mensem proximum à die publicationis præsentium numerandum, hujusmodi tractatum pacis & concordiæ, ac omnia & singula ibidem contenta, singula singulis referendo, ratificare, laudare, & approbare, litterasque suarum ratificationum hinc inde in forma debita expedire, & tradere, eaque omnia propriis juramentis super sancta Cruce & sacris evangeliis firmare, & sese pro pleniori observatione censuris ecclesiasticis subjicere, cum renuntiationibus, ac obligationibus, & aliis clausulis opportunis.

Item. Quòd hujusmodi tractatus pacis & concordiæ publicetur in Imperio, ac regnis & dominiis utriusque partis, & registretur in Camera Imperiali, & Parisiis in Curia Parlamenti, & in Camera Computorum, præsente & consentiente procuratore generali Christianissimi Regis Franciæ. Et itidem fiat in curia Magni Consilii illustrissimi domini Principis & Archiducis, &c. & in Camera suorum Computorum.

Quæ quidem omnia & singula suprà dicta, ut præmittitur, conclusa, & tractata, promisimus, & promittimus per præsentes, in quantum nos concernit, bona fide nostra, & in verbo principissæ, ac sub juramento nostro corporaliter super sanctis Dei evangeliis manibus tactis præstito, ratificari, laudari, & approbari facere infrà tempus præstatutum, & cum omnibus clausulis suprà conventus, videlicet, per

per ipsum sacratissimum Imperatorem, dominum, & genitorem nostrum metuendissimum, tam suo nomine proprio, quàm etiam tutorio & administratorio nomine ipsius illustrissimi Principis & Archiducis, nepotis nostri, & hoc, sub obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, & cum renuntiationibus, & aliis clausulis necessariis. In quorum omnium fidem has nostras litteras manu nostra propria subsignavimus, & sigillo nostro solito jussimus communiri. Datum in civitate Imperiali Cameracensi, die decima mensis decembris, anno Domini millesimo quingentesimo octavo. Sic signatum, *Marguerite*.

Nos igitur Imperator ante dictus de præmissis omnibus ac singulis tractatis & conclusis plenissimè informati, ac de eisdem plenam notitiam habentes, ex certa nostra scientia & libera voluntate, tam nostro nomine proprio, & sacri Romani Imperii, cujus vices & administrationem gerimus & obtinemus, quàm etiam tutorio & administratorio nomine ipsius illustrissimi Archiducis Caroli, nepotis nostri, hanc sanctam pacem & concordiam inviolabiliter observandam suscipimus, ac omnia & singula illius capitula, ut præmittitur, tractata, & conclusa, juxta sui seriem & tenorem, in omnibus & singulis suis punctis, clausulis, & articulis, omnibus melioribus via, modo, forma, & ordine, quibus melius & validius de jure possumus, & debemus, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac rata, grata, & firma præsentium tenore habemus, ac perpetuam roboris firmitatem obtinere volumus. Et insuper promittimus expresse per præsentes, sub vinculo & religione juramenti per nos præsentialiter super vero ligno sanctæ Crucis, sacroque canone, ac sanctis Dei evangeliis manibus nostris corporaliter tactis præstiti, bona fide, & in verbo nostro Cæsareo, tam nostro & Imperii sacri, quàm tutorio & administratorio supra dicti nepotis nostri, Archiducis Caroli nomine, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, omnia & singula in præinsertis capitulis contenta, prout in eis continetur & cavetur, in quibus nos concernunt, & pro parte nostra respiciunt, tenere, attendere, adimplere, atque inviolabiliter observare, & contra ipsa quovis modo, directè, vel indirectè, aut quovis exquisito colore, non facere, nec venire, sub obligatione & hipoteca omnium bonorum nostrorum præsentium & futurorum, necnon sub censuris ecclesiasticis, quibus nos expresse subjicimus, & quas in casu non observantiæ prædictorum contra nos per sanctam Sedem Apostolicam ipso facto fulminari volumus, & consentimus, ita ut ab iis nullatenus absolvi debeamus, nisi prius conventis & promissis supra dictis paruerimus. Renuntiantes hoc ipso petitioni relaxationis & dispensationis juramenti, absolutionique censuratum, & omni exceptioni tam juris, quàm facti, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum, dicere, facere, vel venire, aut ab eorum observantia quomodolibet nos tueri possemus. In quorum omnium & singulorum prædictorum fidem & testimonium, præsentes nostras ratificationis & approbationis litteras manu nostra propria signatas, & subscriptas, nostri Imperialis sigilli munimine jussimus roborari. Datum in oppido nostro Mechliniæ, die vicesima sexta mensis decembris, anno Domini millesimo quingentesimo octavo, regnorum Germaniæ vicesimo tertio, Hungariæ verò, &c. decimo-nono. Maximilianus. Ad mandatum domini Imperatoris. *Barangier*.

Le susdit Traité de Cambrai fut ratifié & confirmé par Louis XII. à Bourges le 13. Mars suivant, & verifié au Parlement de Paris, le 22. du même mois.

TRAITE' D'ALLIANCE CONTRE LES VENITIENS, entre le Pape Jules II. Maximilien I. Roi des Romains, Louis XII Roi de France, & Ferdinand Roi d'Aragon. A Cambrai le 10. dec. 1508.

Contre Venise 1508. 10. dec.

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator, semper augustus, &c.

Convenimus, tractavimus, egimus, inivimus & conclusimus omnes & singulos infrà scriptos articulos.

Imprimis, quia hodie nos cum præfatio reverendissimo domino Cardinali Rothomagensi, Legato, &c. Sacratissimi domini Imperatoris, & Christianissimi Francorum Regis nominibus, inivimus & conclusimus pacem generalem, atque confœderationem. In qua etiam inter cætera sanctissimum in Christo Patrem & dominum, dominum Julium secundum, divinâ providentiâ sanctæ Romanæ Ecclesiæ summum Pontificem, dominum nostrum observandissimum, & serenissimum Aragoniæ Regem inclusimus, atque utrique parti adhuc facultatem reservavimus infrà quatuor menses posse alios suos confœderatos nominare, & eidem paci seu confœderationi includere. Quoniam Veneti in maximum præjudicium Sanctæ Sedis Apostolicæ, sacrique Romani Imperii, domus Austriæ, ac Christianissimi Regis Franciæ, ad causam ducatus Mediolani, ipsiusque serenissimi Regis Aragoniæ, ad causam regni Neapolitani, jamdudum tirannicè & violenter occuparunt, & detinuerunt, ac præsentialiter usurpant, occupant, & detinent quamplurimas provincias, urbes, & dominia ipsis Sanctissimo Domino, Imperatori & regibus prænominatis, singula singulis referendo, pleno jure pertinentia, tractatum & conventum est inter nos nominibus ante dictis, quòd nec sacratissimus dominus Imperator Romanorum, nec Christianissimus Francorum Rex debeant, nec possint Ducem & Dominium Venetorum, aut eorum subditos, nec alios communes hostes, contra quos movendum est bellum, pro confœderato, vel confœderatis suis nominare, seu huic paci & confœderationi hodie factæ qualitercumque includere. Quinimò præfatus Dux & Dominium Venetorum, atque eorum subditi, à præfata pace & confœderatione prorsus debent esse exclusi.

Item. Actum & conventum est, quòd sit una specialis liga, unio, amicitia, atque confœderatio inter sanctissimum dominum nostrum Papam, pro quo præfatus dominus Cardinalis Rothomagensis fortem se fecit, & ejus ratificationem præsentibus tractatibus ligæ atque confœderationis à Sanctitate Sua exhibendam promisit; & inter prædictos sacratissimum dominum Imperatorem Romanorum, & serenissimos Franciæ atque Aragoniæ Reges, contra ipsum Ducem & Dominium Venetorum, atque eorum subditos, pro recuperatione, seu reintegratione omnium deperditorum.

Item. Pro celeriori hujus rei expeditione actum & conventum est, quòd ipsi Sanctiss Dominus, serenissimique Franciæ, & Aragoniæ Reges, ipsorum quilibet cum sufficienti militum & peditum exercitu, ac cum artilleria necessària, teneantur infrà diem primam aprilis proximè venturam, pro recuperatione ante dicta, communibus armis eosdem Venetos hostiliter invadere, nec priùs à prædicta invasione, seu guerra, aut armis, per aliquem ipsorum desistatur, quin omninò & integrè Apostolica Sedes recuperaverit Ravennam, Cerviam, Faventiam, Ariminum,

earumque districtus, ac etiam oppida Imolæ & Cesenæ, cum omnibus eorum juribus, & pertinentiis, ac omnia alia quæ de statu & juribus Ecclesiæ Romanæ dicti Veneti occupant, & detinent, & præfatus sacratissimus Imperator recuperaverit Roveretum, Veronam, Paduam, Vicentiam, Tervisium, Forum-Julium, cum territoriis & pertinentiis eorum, necnon Patriarcatum Aquilegiensem, cum singulis suis pertinentiis, omniaque alia loca & dominia per ipsos Venetos in hoc ultimo bello capta &, occupata ex terris & dominiis domus Austriæ, & generaliter omnia ea, quæ ipsi Veneti tam à sacro Romano Imperio, quàm à domo Austriæ abstulerunt, & de præsenti usurpant, detinent, & occupant: Et pari modo Christianissimus Francorum Rex recuperaverit totaliter Brixiam, Cremam, Bergamum, Cremonam, Geradaddam, cum singulis ipsorum locorum districtibus, territoriis, & pertinentiis, & generaliter omnia, quæ fuerunt antiquitùs de ducatu & domo Mediolani, & prædecessorum ipsius Christianissimi Regis in eodem ducatu: Et similiter ipse serenissimus Rex Aragonum recuperaverit ea omnia, quæ ipsi Veneti de regno Neapolitano, & ex prædecessoribus in ipso regno, quovis modo abstulerunt, & usurparunt, ac de præsenti quovis colore usurpant, detinent & occupant, videlicet Tranum, Brundusium, Otrantum, & Gallipolim, & omnia alia, quæ de regno Neapolitano per eos occupantur.

Item. Quantum ad hanc invasionem contra ipsos Venetos fiendam per Majestatem Cæsaream, quia Majestas sua novissimè inivit treugam cum ipsis Venetis triennalem, quam sine aliqua occasione honestè rumpere non posset, actum & conventum est, quòd ipsa Majestas Cæsarea mittere debeat aliquas copias armatorum suorum in auxilium Sanctissimo Domino nostro, ita ut die invasionis fiendæ, videlicet prima aprilis, apud Sanctitatem suam, si velit, sint constituti, & eidem in dicta invasione fienda assistant, & adhærant; & inde ipse Sanctissimus Dominus noster scribat eidem sacratissimo Imperatori, ut tanquam advocatus, & protector Ecclesiæ, suæ Sanctitati cum omni potentia assistat, ad recuperanda bona Ecclesiæ Romanæ; tuncque Majestas sua infrà quadraginta dies sequuturos post primam aprilis, unà cum Imperio, & exercitu instructo, atque artilleria, ex latere suo etiam contra ipsos Venetos rumpere tenebitur, & contra illos sub hujusmodi colore omni potentia insistere.

Item. Si unus confœderatorum prædictorum priùs recuperaverit terras, & dominia sua, tenebitur ingenuè, & sine dolo, alios adjuvare cum exercitu suo, quoad usque illi etiam omnia sua dominia à dictis Venetis integrè recuperaverint.

Item. Si durante guerra seu bello contra ipsos Venetos unus exercitus egeat alterius auxilio, eo quòd sit solus ab hostibus invasus, alter exercitus omni dilatione semota tenebitur illi succurrere.

Item. Poterunt etiam illustrissimus Dux Sabaudiæ, pro regno Cypri, & Dux Ferrariæ, & Marchio Mantuæ, pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti eis detinent, & occupant, se huic ligæ adjungere, & in hac confœderatione se includere, & pro inclusis habebuntur, secundùm quòd de inclusione dictorum Principum latius inter Imperialem Majestatem, & Christianissimum Franciæ Regem convenietur. Verùm, quantum ad inclusionem ipsius Ducis Ferrariæ, conventum est, eam non aliter fiendam, nisi cum conditione solvendi unam summam pecuniarum Cæsareæ Majestati, ad arbitrium Sanctissimi Domini

noſtri, & Chriſtianiſſimi Regis Francorum , propter actiones quas habet ipſa Majeſtas Cæſarea contra ipſum Ducem Ferrariæ.

Item. Quantùm ad ſereniſſimum Regem Aragonum, in hac liga & confœderatione principaliter intervenientem, quia in prædicto generali tractatu pacis, & concordiæ, hodie inter Imperialem Majeſtatem, & Chriſtianiſſimum Francorum Regem initæ, idem Rex Aragonum per eos tanquàm confœderatus, & amicus communiter eſt nominatus & comprehenſus, pro ſuis regnis & dominiis. Actum eſt & conventum, quòd quæſtiones regnorum Caſtellæ, tam circa gubernium, & adminiſtrationem prætenſam per ipſum Regem Aragonum, vice & nomine Reginæ Caſtellæ, ejus filiæ, quàm circa jura principatus pertinentia illuſtriſſimo domino Principi & Archiduci, circaque ſecuritates ſucceſſionis ſuæ, ac quoad dotem, ſeu dotarium ſereniſſimæ Reginæ Caſtellæ, necnon alia dependentia, emergentia, & connexa ad cauſam ipſorum regnorum, tractabuntur amicabiliter inter partes per arbitros concorditer eligendos. Et ne expeditio præſentis confœderationis & ligæ contra Venetos perturbetur, ſed unuſquiſque ipſorum confœderatorum ad eamdem expeditionem liberiùs accedat, Majeſtas Cæſarea, nec illuſtriſſimus Princeps, & Archidux, ſeu pro eo agentes, hac expeditione durante, & donec ad illius finem ſit deventum, & per ſex menſes poſt, per viam facti, aut alias, directè, vel indirectè, nullam facient quæſtionem de prædicto gubernio regnorum Caſtellæ, & aliis dependentiis, ſed interim remanebunt hujuſmodi controverſiæ, & omnia alia concernentia regna Caſtellæ in ſuſpenſo, & in eo ſtatu, in quo nunc ſunt. Et hac expeditione perfecta debent prædicti arbitri hujuſmodi controverſiam infra præfatos ſex menſes, vel etiam anteà, ſi velint, amicabiliter tractare, & ambas partes ad amicabilem compoſitionem inducere.

Item. Quia in eodem tractatu pacis hodie facto, conventum eſt de inveſtitura Mediolani, fienda abſque alicujus temporis præfinitione, ideo, ut etiam pecuniæ ratione ipſius inveſtituræ ſolvendæ, in hanc expeditionem contra Venetos meliùs converti poſſint, actum & conventum eſt, quòd ipſa inveſtitura fieri debeat illa die, qua invaſio effectualiter facta apparebit pro parte Chriſtianiſſimi Regis, contra eoſdem Venetos; & quòd tunc ejus procuratores, dictam inveſtituram recipientes, exburſent ſummam centum millium coronarum auri in auro. Et quòd fiat ipſa inveſtitura ea conditione, quòd ipſe Chriſtianiſſimus Rex Francorum teneatur recuperare ſua, & juvare Cæſaream Majeſtatem pro recuperatione uſurpatorum per Venetos, quo uſque id perfectè factum fuerit. Quæ quidem conditio nihilominus in litteris inveſtituræ non apponetur, imò concedentur & fient ipſæ litteræ inveſtituræ ſine ipſius conditionis expreſſione, & purè ſecundùm formam inveſtituræ factæ in Haguenano. Ita quod in ipſa inveſtitura comprehendantur, & expreſſè comprehenſa intelligantur dominia recuperanda ab ipſis Venetis, ex parte Chriſtianiſſimi Regis, videlicet Brixiæ, Cremæ, Cremonæ, Bergami, Geradaddæ, & ea omnia, quæ ſunt de antiquo ſtatu Mediolani, & ducatu ejuſdem, cum eorum pertinentiis & diſtrictibus quibuſcumque.

Item. Quòd etiam ſit facultas ſereniſſimo Regi Angliæ ſe includendi in hac confœderatione & liga contra Venetos, ſive ad offenſionem, ſive ad defenſionem tantùm, ſive ad utrumque ſimul, prout ei meliùs videbitur. Pro qua incluſione

fienda eidem serenissimo Regi in præsenti tractatu reservatur hinc indè locus congruus.

Item. Actum est, quód si aliquis ex prænominatis confœderatis, quod Deus avertat, ante hujusmodi expeditionem, vel etiam ipsa expeditione durante, ab hoc seculo migraret, quòd hæres, vel successor suus, possit eamdem expeditionem perficere, & illi insistere in locum defuncti, si voluerit. Quòd si nollet, nihilominus cæteri confœderati expeditionem ipsam laudabiliter exequantur.

Item. Actum & conventum est, quòd si aliquis prædictorum Sanctissimi Domini nostri Papæ, & serenissimorum trium, videlicet Imperatoris, & Regum Franciæ, atque Aragoniæ, præsentem confœderationem & ligam non acceptaret, aut non ratificaret, aut non exequeretur, quòd is à præsenti tractatu, atque confœderatione exclusus esse censeatur, & alii confœderati in nullo ei sint obligati; & tamen nihilominus firma maneat hæc confœderatio quoad cæteros, qui propterea eam exequi tenebuntur pro eorum pace.

Item. Quòd præfati sacratissimus Imperator, & Christianissimus Francorum Rex, ac alii confederati, debeant conservare personam Sanctissimi Domini nostri, dignitatem, jurisdictionem, & auctoritatem ipsius, ac sanctæ Sedis Apostolicæ, contra quoscumque hostes eam perturbare seu inquietare volentes.

Item. Quòd pariter recipient in eorum protectionem illustrissimum dominum Franciscum Mariam de Rovere, urbis præfectum, & in ejus statu & dominiis quæ de præsenti tenet, vel deinceps legitimè tenebit, eum defendent contra quoscumque eum offendere volentes.

Item. Quòd nullus ipsorum confederatorum possit quovis modo inire pacem, treugas, sive inducias, aut quodlibet aliud appunctamentum cum prædictis Venetis, nisi accedat etiam omnium confœderatorum expressus consensus.

Item. Quòd Sanctissimus Dominus noster debeat per censuras, & maximè per interdictum, procedere contra ipsos Venetos, Ducem, & Magistratus Venetiarum, eorumque subditos, ac terras & dominia eis subjecta, contraque omnes fautores & auxiliatores eorum, ac ipsos sacratissimum Imperatorem, Regem Christianissimum, & alios confœderatos invocando ad præstandum brachium seculare. Concedendo etiam contra ipsos Venetos, & eorum subditos, repressalias, & dando bona illorum in prædam. Quibus sic actis, ipsi sacratissimus Imperetor, & Christianissimus Rex, ac alii confœderati tenebuntur Sanctitati suæ adesse, atque eamdem juvare, ut ipsæ censuræ, & interdictum, ac alia ecclesiastica remedia debitum executionis effectum sortiantur. Et ista fiant ante diem invasionis superiùs declaratam.

Item. Quòd Sanctissimus Dominus noster, sacratissimus Imperator, & Christianissimus Francorum Rex, mittant, & scribant conjunctim ad serenissimum Regem Hungariæ, ad alliciendum eum & inducendum, ut huic ligæ & confœderationi se adjungat, & in ea se includat pro recuperatione eorum, quæ dicti Veneti sibi indebitè detinent, & ut se præparet ad inferendum eis bellum circa dictam diem primam aprilis.

Item. Fuit conventum, quòd si spurcissimus Turcus, fidei nostræ Christianæ inimicus, ab ipsis Venetis accitus, aut aliàs, invadat Christicolas, quòd præfati Sanctissimus Dominus noster, sacratissimus Imperator, Christianissimus Francorum Rex, & alii suprà nominati, qui hanc ligam ingressi fuerint, totis viribus

tanquam unum in robur conjectis, communi hosti veluti ad commune incendium extinguendum occurrere debeant, secundum quod per Sanctissimum Dominum nostrum, sacratissimum Imperatorem, & Christianissimum Regem, ac Regem Aragonum, pro communi utilitate conclusum extiterit.

Item. Quòd omnes ipsi confœderati, qui hanc, confederationem & ligam ingredi voluerint, teneantur infra duos menses proximè venturos hujusmodi tractatum cum omnibus & singulis ibidem contentis ratificare, laudare, & approbare, ac litteras suarum ratificationum in forma debita, debitisque eorum sigillis munitas expedire, una cum submissione censurarum ecclesiasticarum, subque eorum corporalibus juramentis, ac bonorum obligationibus, & aliis clausulis opportunis in ampliori forma,

Quæ quidem omnia & singula supra dicta, ut præmittitur, conclusa & tractata, promisimus, & promittimus per præsentes, in quantum nos concernit, bona fide nostra, in verbo principissæ, ac sub juramento nostro corporaliter super sanctis Dei evangeliis manibus tactis præstito, ratificari, laudari, & approbari facere infra tempus præstatutum, & cum omnibus clausulis suprà contentis, videlicet per ipsum sacratissimum Imperatorem, dominum & genitorem nostrum metuendissimum, tam suo nomine proprio, quàm etiam tutorio & administratorio nomine ipsius illustrissimi domini Principis & Archiducis, nepotis nostri, & hoc, sub obligatione omnium bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, & cum renunciationibus, & aliis clausulis necessariis. In quorum omnium fidem has nostras litteras manu nostra propria signavimus, & sigillo nostro jussimus communiri. Datum in civitate Imperiali Cameracensi, die decima mensis decembris, anno Domini 1508. Sic signatum, *Marguerite.*

NOS igitur Imperator ante dictus de præmissis omnibus & singulis tractatis, & conclusis, plenissimè informati, ac de eisdem plenam notitiam habentes, ex certa nostra scientia, & libera voluntate, hanc sanctam unionem, confœderationem, fœdus, & ligam inviolabiliter observandam suscipimus, ac omnia & singula illius capitula, ut præmittitur, tractata & , conclusa, juxta sui seriem, & tenorem in omnibus suis punctis, clausulis & articulis, omnibus melioribus via, modo, forma, & ordine, quibus melius & , validius de jure possumus, & debemus, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, ac rata, grata, & firma præsentium tenore habemus, & perpetuam roboris firmitatem obtinere volumus. Et insuper promittimus expresè per præsentes, sub vinculo, & religione juramenti per nos præsentialiter super vero ligno sanctæ Crucis, sacroque canone, ac sanctis Dei evangeliis manibus nostris corporaliter tactis præstiti, bona fide, & in verbo nostro Cæsareo, pro nobis, hæredibus, & successoribus nostris, omnia & singula in præinsertis capitulis contenta, prout in eis continetur & cavetur, in quibus nos concernunt, & pro parte nostra respiciunt, tenere, attendere, adimplere, atque inviolabiliter observare, & contra ipsa quovis modo, directè, vel indirectè, quocumque exquisito colore non facere, nec venire, sub obligatione & hipoteca omnium nostrorum bonorum præsentium & futurorum, necnon sub censuris ecclesiasticis, quibus nos expresè subjicimus, & in casu non observantiæ prædictorum, contra nos per sanctam Sedem Apostolicam ipso facto fulminari volumus, & consentimus, ita, ut ab iis nullatenus absolvi valeamus, nisi prius con-

ventis & promissis supra dictis paruerimus. Renuntiantes hoc ipso relaxationi & dispensationi juramenti, absolutionique censurarum, ac exceptioni, tam juris, quàm facti, quibus contra præmissa, vel aliquod præmissorum, dicere, facere, vel venire, aut ab eorum observantia quomodolibet nos tueri possemus. In quorum omnium & singulorum prædictorum fidem & testimonium, præsentes nostras ratificationis & approbationis litteras manu nostrâ propria signatas, & subscriptas, nostri Imperialis sigilli munimine jussimus roborari. Datum in oppido nostro Mechliniæ, die vigesima sexta mensis decembris, anno Domini 1508. regnorum nostrorum, Germaniæ vigesimo tertio, Hungariæ verò decimo nono. Sic signatum, MAXIMILIANUS. Ad mandatum domini Imperatoris, *Barangier*.

Bulle du Pape Jules II. par laquelle il entre en la ligue faite à Cambrai l'an 1508. contre les Venitiens, entre l'Empereur Maximilien I. Louis XII. Roi de France, & Ferdinand, Roi d'Aragon, & confirme ledit Traité.

JULIUS Episcopus, servus servorum Dei, universis & singulis præsentes litteras inspecturis, salutem, & apostolicam benedictionem. Petierunt à nobis magna cum instantia per oratores suos, ad hoc speciale mandatum habentes, carissimi in Christo filii nostri, Maximilianus, electus Romanorum Imperator, semper augustus, Ludovicus, Francorum Christianissimus, & Ferdinandus, Aragoniæ & Siciliæ Catolicus, Reges, ut confœderationem & ligam inter ipsos in civitate Cameraci, per dilectum filium nostrum Georgium, sancti Xisti, Presbyterum Cardinalem, nostrum & Apostolicæ Sedis in Francia Legatum, qui etiam pro nobis de ratihabitione promisit, dilectamque in Christo filiam, nobilem mulierem Margaritam, Archiducissam Austriæ, Ducissam Sabaudiæ relictam, & dilectum filium Jacobum de Albion, ad hoc de sufficienti mandato suffultos, pro exaltatione sanctæ Crucis tractatam, & die decima mensis decembris, anno Domini 1508. conclusam, cujus confœderationis & ligæ nos, ut pote fidelium omnium patrem, caput esse voluerunt, quam Imperator electus, & Reges ipsi ratificarunt, ratificare & nos per litteras nostras vellemus, cum, omnibus & singulis capitulis infra scriptis, in eisdem confœderatione & liga contentis. Cui petitioni nos, qui omnes curas & cogitationes nostras ad propagationem & exaltationem nominis christiani semper convertimus, quique ab exordio nostri Pontificatus Principes Christianos inter se diffidentes paterna cura & caritate ad concordiam revocavimus, ac pacis, inter Imperatorem electum, & Ludovicum Christianissimum Regem prædictos nuper conclusæ, suasores & auctores fuimus, eò libentiùs duximus annuendum, quòd speramus confœderationem & ligam hujusmodi Reipublicæ Christianæ utilem & salutarem futuram, Deo & Salvatore nostro Jesu-Christo, cujus causa agitur, honor & gloria quæritur, adjutore. Quocirca confœderationem & ligam prædictas harum serie in tempore debito ratificamus & approbamus, easque cum omnibus in illis contentis capitulis gratas, ratas, & firmas habere & tenere in verbo Pontificis Romani promittimus; hodie enim de ipsarum tenore atque continentia legitimè certiores facti fuimus, ac de præfatorum Regum ratihabitio-

Pape. 1508.

ne per publica instrumenta nobis exhibita, simulque, ut præfertur, ad eam ratificandam fuimus requisiti, quam utpote in tempore debito à nobis factam iidem oratores receperunt atque acceptaverunt. Tenor autem capitulorum sequitur, & est talis: Imprimis,quia hodie nos cum præfato reverendissimo domino Cardinali Rotomagensi, Legato, &c.

Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1508. 10. kalend. aprilis, Pontificatus nostri anno sexto, sub plumbo. Julius Papa II. Signatum, *Sigismundus*. Et sur le repli, *D.de Comitibus*. Et sur le dos, *Registrata apud me Sigismundum.*

Lettre de Charles, Duc de Savoie, à l'Empereur, & au Roi de France, pour être compris au Traité de Cambrai contre les Venitiens. A Turin le 10. *mai* 1509.

Savoie. 1509. 10. *Mai.*

CAROLUS, Dux Sabaudiæ, &c. universis facimus manifestum, quòd cùm novissimè ad nos venerint legati serenissimi & invictissimi domini, domini Romanorum Regis semper augusti, Imperatoris electi, domini nostri metuendissimi, qui sibi commissa pro suæ legationis exigentia, nobis explicarunt nonnulla, præsertim, quæ Majestas Sua invictissima à nobis fieri cupiat, in beneficium & commodum illustrissimæ dominæ & sororis nostræ, honorificæ dominæ Margaretæ de Austria & Burgundia: Nos autem, qui eidem Majestati, pro viribus morem gerere & obsequi, ipsi quoque illustrissimæ sorori nostræ gratificari cupimus, infra scriptis annuerimus, tum pro nostra in eamdem Majestatem observantia, & in ipsam quoque illustrissimam sororem nostram benevolentia; tum & ea spe freti, ut scilicet pro recuperatione nostri regni Cypri, nobis defutura non sit unquam eadem Majestas; sed quòd præsidium & operam omnem ad hoc, in nostri beneficium, penitus exhibere dignabitur, juxta renunciata nobis per ipsos legatos. Hinc est, quòd intellecto ex relatione præfatorum legatorum tenore tractatus fœderis, seu confœderationis & unionis, inter eamdem sacratissimam Imperialem Majestatem hinc, & serenissimum dominum Francorum Regem inde initarum, facto & concluso, de & pro recuperatione terrarum & rerum eisdem per Venetos diu jam occupatarum, in quo quidem tractatu dignati fuerunt, nos cum eis, pro recuperatione quoque dicti regni nostri, benigniter includere; volentes nunc reliquum, quod in nobis est, circa infra scripta adimplere, confisi de intemerata erga nos fide, prudentia, gravitate, & longa experientia, magnifici, ac spectabilium benè dilectorum fidelium Consiliariorum, & Cambellani nostrorum, Amedei, Baronis Viriaci, & Mercurii de Gattinara, Præsidis Bressiæ & Burgundiæ, & Benedicti Tortelleti, domini Montisastructi, Magistri hospitii nostri, ex nostra certa scientia, eosdem serie præsentium facimus, constituimus, & deputamus procuratores nostros speciales & generales, ita quòd specialitas generalitati non deroget, nec è contra; ad videlicet se coram Imperiali Majestate, pro & nomine nostro præsentandum, ibidemque, aut alibi, ubi expediens fuerit & opportunum, consentiendum & declarandum, & ita mentis nostræ esse declarandum, asserendum, & profitendum, quandocumque dictum regnum nostrum Cypri, & illius veram integramque

gramque repetitionem, & consecutionem, medio dictæ confœderationis, virtuteque ejus, quo in dictis confœderatione & unione comprehensi & inclusi sumus, consequuti fuerimus, & eo ipso quo pacificè ejusdem regni possessione frueremur, eadem illustrissima Domina, & soror nostra habebit & consequetur à nobis pro se, & vita ejus durante, dumtaxat, & ita eidem remittimus superioritatem & ressortum super patriis, terris, & dominiis Bressiæ, & Foucigniaci, & aliis, quæ pro ejus dotalitio tenet, aut tenere posset in patria Vaudi, excepta ea, hoc partim ad usumfructum, & salvo nobis & nostris jure proprietatis; salvis etiam nobis, & reservatis homagiis, fortificationibus villarum, servitiis tempore guerræ, & aliis omnibus debitis fidelitatibus, citra tamen præjudicium dictarum jurisdictionis & ressorti præfatæ illustrissimæ dominæ, reservatis etiam nobis donis, & subsidiis pro dotibus, quin etiam pro singulis annis, citra præjudicium ususfructus præfatæ illustrissimæ Dominæ, nobis liceat fieri facere nomine nostro unam Cridam voce præconis, pro conservatione jurium proprietatis, ut suprà nobis reservatæ, omnimodam potestatem eisdem propterea conferendo, de & supra præmissis, quatenus expedierit, contrahendi, promittendi, conveniendi, jurandi in fidem, & animam nostram, bona nostra obligandi, renuntiandi, & alia faciendi in præmissis necessaria pariter & opportuna, quæ nos ipsi faceremus, si præsentes, & personaliter adessemus; etiam si talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale, ita & taliter quòd, uno absente, reliqui duo præmissa exequi & adimplere valeant. Promittentes propterea bonâ fide nostrâ, & in verbo Principis, ac sub nostrorum obligatione bonorum, habere ratum, gratum, & firmum, quicquid per eosdem consiliarios & procuratores nostros, seu duos ex ipsis, in alterius absentia actum, gestum, dictum, conclusum, promissum, & conventum fuerit, in præmissis, & circa, eaque ratificare, & nunquam contra facere, dicere, opponere, vel venire, neque contravenire volenti consentire, juribus præmissis fortè contrariantibus. Renunciando cum & sub clausulis, & solemnitatibus in talibus opportunis; has in præmissorum testimonium concedentes. Datas Taurini, die decima mensis maii 1509. per dominum, præsentibus Ludovico, Barone Miolani, Comite Montismajoris, Marescallo Sabaudiæ; Jacobo, Comite Maxini Gubernatore Vercellarum; Antonio de Ginsino, domino Divonæ, Præsidente; Janus de Duino, domino Vallis-Ysaræ, Scutifero Scutiferiæ; R. Antonio de Romagniaco, Apostolico Protonotario; Claudio, domino Balleisonis; Francisco Prouana, ex collateralibus Magni Consilii; Joffredo Passeri, Advocato Fiscali; Stephano de Capris, financiarum Sabaudiæ thesaurario generali.

NOUS Charles, Duc de Savoie, &c. savoir faisons, que comme le bon plaisir de la sacrée Majesté Imperiale, & du Roi Tres-Chretien, en faisant les traitez de confederation, union, & concorde, pour le recouvrement & conquête des pieces indûement usurpées de long-tems par les Venitiens, ait été de nous comprendre audit traité pour nôtre roiaume de Chipre, en la forme & maniere, que après seroit avisé par lesdits Seigneurs; & que depuis aions satisfait à ce que par les Ambassadeurs desdits Seigneurs a été avisé. Pource est-il, que nous desirant être purement & simplement compris audit traité, envoions par devers ledit Sieur Roi, nos tres-chers bien-amez & feaux conseillers &

chambellan, Janus de Duin, seigneur de la Valdisere ; & Messire François Provane, collateral de nôtre Conseil resident, ausquels de nôtre certaine science, par ces presentes, donnons plein pouvoir & mandement special, de suplier & requerir audit Roi, pour nous & en nôtre nom, d'être compris audit traité comme dessus, & à demander & accepter les lettres d'inclusion necessaires, ensemble d'être presens à la promesse, qu'il plaira audit Seigneur en faire, icelle accepter, de promettre & jurer, que ensemble promettons & ferons de nôtre côté tout ainsi & en la maniere qu'il apartiendra, & generalement faire & accomplir en cet endroit ce que nous mêmes ferions, si nous y étions en personne, encore qu'il y eût chose, qui requist pouvoir & mandement plus special, & promettons en parole de Prince, & sous obligation de nos biens, avoir ferme & agreable tout ce que par les susnommez, nos conseillers & deputez, pour nous, & à nôtre nom sera fait, arrêté, & accompli en ce que dit est, mais le ratifier, sans venir, ni faire au contraire, & ce sous les clausules & solennitez en tel cas requises & necessaires. En têmoin de ce, avons signé ces presentes, & fait sceller de nôtre scel. Donné à Turin le 12. jour de mai, l'an de grace 1509. Par Monseigneur, Messieurs Louis, seigneur de Miolans, Comte de Montmajeur, Maréchal de Savoie ; Antoine de Gingin, seigneur de Divonne, President ; Angelin Provana, President Patrimonial, Claude, seigneur de Belleison ; & Etienne Captis, General de Savoie, à ce presens.

DECLARATION DU ROI LOUIS XII. PAR LAQUELLE il comprend Charles, Duc de Savoie, dans la Ligue faite à Cambrai le dixieme decembre 1508. Fait au Camp prés Pontolio, le 19. mai 1509.

Savoie. 1509. 19. mai.

LOUIS par la grace de Dieu Roi de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes, &c. A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme en ensuivant le traité & confederation fait en la ville de Cambrai entre tres-haut, tres-puissant & tres-excellent Prince, nôtre tres-cher & tres-amé frere & cousin l'Empereur, d'une part, & nous, d'autre, pour le recouvrement des pieces & terres, que les Venitiens ont detenu & occupé, detiennent & occupent, tant au Siege Apostolique, audit Empereur, & à nous, à cause de nôtre Etat & Duché de Milan, qu'à plusieurs autres Princes & Seigneurs, ait été entre autres choses dit & traité, que nôtre tres-cher & tres-amé cousin le Duc de Savoie Charles II. de ce nom, poura être compris si bon lui semble, audit traité, pour le recouvrement du roiaume de Chipre, qu'il pretend lui apartenir, selon ce que par nôtredit frere l'Empereur & nous seroit avisé ; savoir faisons, que nous, ce consideré, & aprés ce que avons été certifié, que entre les Ambassadeurs de nôtredit frere l'Empereur, & les nôtres, & nôtredit cousin le Duc de Savoie, a été conclu de ce que par lui se doit faire en cette entreprise. Avons entant que à nous est, compris & enclos, comprenons & incluons audit traité & confederation nôtredit cousin le Duc de Savoie, pour en tout & par tout joüir & user du benefice d'icelui traité, & contenu en icelui, tout ainsi que les autres alliez & confederez font & pouront faire ci-aprés. En têmoin de ce nous avons fait

mettre nôtre ſcel à ces preſentes. Donné au Camp prés Pontolio, le dix-neuvieme de mai, l'an de grace 1509. & de nôtre regne le douzieme, Signé, *Robertet.*

INVESTITURE DU DUCHE' DE MILAN, EN EXECUTION du traité de Cambrai de 1508. donnée par Maximilien I. Empereur, au Roi Louis XII. & à ſes deſcendans mâles, & iceux defaillans, aux filles. A Trente le 14. juin 1509.

MAXIMILIANUS, diuinâ favente clementiâ, Romanorum Imperator ſemper auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, &c. *Milan. 1509. 14. juin.*

Ad perpetuam rei memoriam, tenore præſentium cognoſcimus, & notum facimus univerſis, Imperialis celſitudinis culmen, cui divino munere præſidemus, ad totius chriſtiani orbis tutelam, & orthodoxæ religionis conſervationem propagationemque à Deo optimo, maximo conſtitutum intelligentes, ad ea potiſſimum mentem, ſtudium, animique aciem dirigimus, quæ non tam ſingulorum commodis, quàm univerſæ Reipublicæ chriſtianæ ſaluti, dignitati, amplitudinique conducere arbitramur. Cùm itaque ſuperioribus temporibus, inſtigante humani generis hoſte, omniſque diſcordiæ, diſſenſionis, & zizaniæ ſeminatore, inter chriſtianos Principes, & potentatus, multa & varia bella, maximæque diſcordiæ, contentiones, & rixæ, proh dolor! exortæ, non modo variis calamitatibus, atque incommodis, ſingulorum ſubditos affecerint, verùm etiam immaniſſimis noſtræ religionis hoſtibus, ad invadendos chriſtianorum fines, magnaque imperia & regna, ampliſſimaſque provincias occupandas, occaſionem animumque præſtiterint, ad eorum vires atque audaciam reprimendam, Salvatoriſque noſtri fidem propagandam, nihil magis quàm veram & intemeratam inter chriſtianos Principes, & eos maximè, qui viribus, potentia, virtuteque præſtant, pacem, concordiam, fœdus, amicitiamque, profuturum arbitremur, & maximè inter nos, & cariſſimum, conſanguineum, & fratrem noſtrum, Ludovicum, regem Francorum chriſtianiſſimum, necnon Romanum Imperium, atque Francorum regnum. Quorum auctoritate, & viribus, & reliquos potentatus chriſtianos, in officio atque amicitia contineri, & chriſtiani nominis hoſtes ab injuria arceri, protſuſque opprimi haud difficilè poſſe, jampridem compertum eſt.

Quæ omnia in arcano pectoris noſtri maturè & conſideratè revolventes, quantumque commodi & emolumenti ex tractatibus pacis, concordiæ, confœderationis, ligæ, & amicitiæ, nuper in civitate noſtra imperiali Cameracenſi, per & inter cariſſimam filiam noſtram Margaretam, Archiduciſſam Auſtriæ, Duciſſam Burgundiæ, Brabantiæ, &c. viduam Sabaudiæ, noſtro, & reverendiſsimum & illuſtrem in Chriſto patrem, dominum Georgium de Ambaſia, tituli Sancti Sixti Preſbyterum Cardinalem, & Archiepiſcopum Rothomagenſem, atque in regno Franciæ Apoſtolicum Legatum, præfati ſereniſsimi Principis, domini Ludovici Francorum Regis Chriſtianiſsimi nomine, & mandato, initis, & concluſis, univerſo nomini chriſtiano exoriri poſsit, dictos tractatus, & omnia & ſingula in eis contenta, prompto atque alacri animo ratificavimus & approbavimus, litteriſque noſtris patentibus, perpetuæ firmitatis robur habere decrevimus.

In quibus quidem tractatibus, cùm inter cætera specialiter atque] expressè conventum & conclusum extiterit, ut nos nostro, ac sacri Romani Imperii nomine, præfato Christianissimo Regi de ducatu & universo statu Mediolani, cæterisque civitatibus, terris, & juribus, pro se, suisque hæredibus, & modis ac formis inferiùs expressis, ac descriptis, investituram concedere in forma autentica dignaremur; cùmque præfatus Rex Christianissimus ex ducibus Mediolani originem trahat, medio illustris quondam dominæ Valentinæ, aviæ suæ, filiæ quondam illustris Joannis Galeacii, Mediolani Ducis: nos cupientes dictos tractatus pacis, ligæ, confœderationis, & amicitiæ, quantum in nobis est, perpetuò atque inviolabiliter observare, fraternamque benevolentiam cum prædicto Rege Christianissimo, continuis officiis ac beneficiis fovere & adaugere, ipsius præsertim virtutibus, & tanti regni fastigio, vetereque & antiqua Romanorum Principum & Germanicæ nationis cum Francorum regibus, & gallica gente, fœdere, amicitia, commercio, antiquaque consuetudine ad amussim perpensis, aliisque pluribus rationibus & causis animum nostrum moventibus, & præcipuè ad perpetuum christianæ religionis & rei publicæ commodum, christianique nominis hostium perniciem, & ruinam, ac sacri Romani Imperii decus & ornamentum, utque ipse Ludovicus, Rex Christianissimus, beneficientia nostræ liberalitatis invitatus, eo alacriùs, cum opulenti sui regni opibus, ac subditorum suorum viribus, unà nobiscum ad persequendum christiani orbis hostem,& ad publicum atque universale præsidium & auxilium, sese accingat, atque ad tutandam & propagandam redemptoris nostri fidem acer Christi miles nobis opituletur, ejusdem serenissimi Ludovici Francorum Regis supplicationibus inclinati, recepto priùs à præfato reverendissimo & illustri domino Cardinale, nuncio & procuratore ad hæc specialiter destinato, (prout nobis constitit litteris patentibus prædicti Regis & ducis Mediolani, datis Pischeriæ, die quinto præsentis mensis junii, subscriptis manuali signo ejusdem Regis, ac per *Robertet* secretarium suum signatis, & sigillatis, in cera rubea,) debito, ac in similibus præstari solito fidelitatis & homagii juramento, quod idem procurator & nuncius, in animam dicti Regis sui, in præsentia, ritè, & de more, curiæ nostræ Cæsareæ nobis præstitit, sano ad hoc & maturo accedente principum, comitum, baronum, & procerum nostrorum consilio, ex nostra certa scientia, & de nostræ Cæsareæ potestatis plenitudine, prænominatum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, pro se, & hæredibus suis masculis, ex suo corpore legitimè descendentibus, & in defectum masculorum, pro illustrissima domina Claudia, ejus filia, illiusque futuro sponso, ac liberis, & descendentibus eorum masculis, & ex ipso matrimonio, & ex corpore dictæ dominæ Claudiæ legitimè procreandis. Et si contigeret, quod Deus avertat, ipsam dominam Claudiam decedere absque descendentibus masculis, & præfatum Regem Franciæ, aliam, vel alias suscipere filias, pro illa, quæ erit primogenita, vel pro alia, quam Rex ipse ad ipsum ducatum eliget, ac pro eo cui contingeret eam desponsari, & eorum liberis masculis descendentibus, & eisdem deficientibus sine liberis, pro hæredibus masculis præfati Francorum Regis, & maximè pro Francisco, Duce Valesii, & Comite Engolismensi, quantum ad dictum ducatum & statum Mediolani, ejus hærede; & deinde pro aliis, qui illo tempore venient ad suscipiendam investituram de universo ducatu & statu Mediolani, & comitatibus Papiæ, & Angleriæ, quos nunc ad præsens

tenet & possidet, necnon de comitatibus ac dominiis Brixiæ, Cremonæ, Bergomi, Cremæ, & Glareæ adduæ, his proximis diebus è manibus Venetorum, illa injustè usurpantium & occupantium, vi armorum per præfatum Regem fratrem nostrum recuperatis, ac de omnibus quæ ad ipsum ducatum, ac illius dominia, quoquomodo spectare & pertinere possunt & debent, ac de quibus prædecessores sui Duces Mediolani, per Romanos Principes investiti fuerunt, necnon & quæ ipsi Mediolani Duces tenuerunt & possederunt, cum omnibus civitatibus, oppidis, terris, castris, arcibus, villis, districtibus, feudis, & aliis quibuscumque rebus, juribus, ac bonis, ad ipsa dominia, vel ipsorum occasione spectantibus & pertinentibus, quæ, & quas, pro tempore existentes Mediolani Duces, à quibus dictus Rex Christianissimus originem traxit, à nobis sive aliis Romanorum Imperatoribus aut regibus, prædecessoribus nostris, à sacro Imperio Romano in feudum suscipere & habere consueverunt, solemniter & expresse investiendum duximus, ac tenore præsentium investimus. Ipsique Ludovico Regi, ac hæredibus suis, ut suprà expressum est, (non obstante quacumque investitura Ludovico Sfortiæ, & ejus hæredibus, aut aliis facta, quam præsentium tenore, & de nostræ cæsareæ potestatis plenitudine revocamus, cassamus, & annullamus,) regalia dictorum ducatus, comitatuum, & dominiorum consueta, & quascumque gratias, libertates, immunitates, privilegia, honores, præeminentias, dignitates, franchisias, jurisdictiones, & facultates concedimus & impartimur, declarantes insuper, quòd si contingeret, ut prædictum est, prænominatum Regem, præfatam dominam Claudiam, & ejus sponsum futurum, aliasque filias, & eorum sponsos absque liberis decedere, non dantibus nobis investituram hæredibus relictis à præfato Francorum Rege, teneamur restituere ipsis hæredibus summas centum millium francorum, ac centum millium scutorum auri & in auro ad solem; quæ duæ summæ ascendunt ad summam centum quinquaginta quinque millium, centum septuaginta duorum scutorum auri ad solem, & quinque solidorum Turonensium, permanente tamen jure salvo, quod haberent in ipso ducatu prænominati hæredes. Ea etiam adjecta conditione, quòd in dicto casu hæredes, qui mitterent pro investitura habenda, solvere debeant jura in hujusmodi investitura consueta. Non obstantibus in præmissis aliquibus legibus, statutis, consuetudinibus, aut aliis auxiliis generalibus, vel specialibus, quibus posset in præmissis, aut aliorum aliquo quomodolibet obviari, etiamsi talia forent, de quibus specialis & individua mentio facienda esset. Quæ omnia hìc pro expressis & specificatis haberi volumus. Illis enim omnibus, in quantum præmissis obsistant, aut in futurum obsistere possint, de certa nostra scientia, & cæsareæ potestatis plenitudine, prorsus & expresse derogamus. Decernentes, & hoc nostro cæsareo statuentes edicto, ea omnia & singula perpetuam obtinere roboris firmitatem. Nostris tamen, & sacri Romani Imperii juribus, ac alterius cujuscumque in cæteris, semper salvis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostræ investituræ & concessionis paginam infringere, aut ei quovis ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem nostram gravissimam, ac centum mille marcarum auri purissimi se noverit irremissibiliter incursurum; quarum medietatem, fisci, sive ærarii nostri, residuam verò partem, injuriam passorum usibus decernimus applicandam, præsentium sub nostri regni sigillo testimonio litterarum.

Datum in civitate nostra Tridentina, die quarta decima mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo nono; regnorum nostrorum, Romani vigesimo quarto, Hungariæ verò vigesimo.

Sommations & declarations de guerre faites par Montjoie, Roi d'armes de France, de la part du Roi Louis XII. à la Seigneurie de Venise, & à la ville de Cremone, 1509.

Venise. Cremone. 1509.

S'ENSUIT l'exploit fait par moi Montjoie, premier Roi d'armes des François, touchant les sommations par moi faites à la Seigneurie de Venise, & cité de Cremone, en ensuivant la charge & commandement qu'il avoit plû au Roi Tres-Chretien, mon souverain Seigneur, me donner de cette matiere. Et premierement, aprés avoir parlé & communiqué de madite charge à Monsieur le Grand-Maître, Maréchal, & Admiral de France, & Lieutenant-general du Roi en Italie, Je partis de Milan le 13. jour d'avril 1509. aprés Pâques, pour l'execution de madite charge.

Et parce que plusieurs mettoient en doute ladite execution, cuidant, que aucun déplaisir ou outrage me fût fait, pour toute seureté requis à Monditsieur le Grand-Maître, me bailler un de ses Trompettes, que de long tems connoissois, natif de Milan, nommé Jean-Jâques, pource qu'il connoissoit les païs & passages du païs.

Le quatorzieme dudit mois à dix-sept heures, arrivai à Cremone, & moi vêtu de ma cotte d'armes, & ledit Trompette Jean-Jâques, sa banniere déploiée, vinmes en cet état passant devant le châtel dudit Cremone, que à puissance on fortifioit, & tirant outtre vins aborder en un fauxbourg, par lequel on va à Milan, & en ce lieu trouvai un gentilhomme Cremonois, à le voir fort homme de bien, qui connoissant l'habit roial que portois le vint baiser & embrasser, auquel priai envoier dire au Capitaine de la cité dudit Cremone, nommé Messire Zacarie Contarin, que j'étois attendant à l'entrée du boulevart de ladite cité de Cremone pour parler à lui, & autres officiers ordonnez par ladite Seigneurie; ce qu'il fit.

Et puis aprés m'envoia querir par un & trois ou quatre gentilhommes, & en cet état entrai en ladite cité, madite cotte d'armes vétuë, & ledit Jean-Jâques, sa banniere déploiée, & fus conduit au long de ladite cité prés du Palais en l'Hôtellerie des Rois, & aprés dîné fus envoié querir par ledit Messire Zacarie Contarin, lui étant audit Palais, accompagné de Messire Louis da Mula, Podestat de ladite cité, & de plusieurs autres gentilshommes, & marchands de Venise.

En la presence desquels, & dudit Jean-Jâques, & de bon vouloir, moi poursuivant d'armes, dis audit Zacarie, & Louis da Mula, telles paroles.

Seigneur Capitaine, & vous Podestat, le Tres-Chretien Roi invincible, mon souverain Seigneur, m'envoie vers vôtre Seigneurie de Venise, leur notifier & declarer son vouloir, & m'a expressément chargé de passer par cette cité, laquelle il dit être à lui, pour les causes & raisons que j'ai à dire au Duc & Seigneurie de Venise,

dont vous êtes sujets & serviteurs, lesquels bonnement ne se peuvent vuider qu'à la pointe de l'épée, & comme son premier & souverain Roi d'armes, sous le nom & titre de Montjoie, vous somme de rendre & restituer la cité occupée par vous au T.C. Roi invincible, mon souverain Seigneur, ensemble les forteresses & châteaux, que tenez en vos mains, & icelles mettre és mains de Monsieur le Grand-Maître, son Lieutenant general,vuidant hors d'icelle vôtre exercice d'armes, & à vôtre refus,je vous declare ledit Seigneur Tres-Chretien Roi, vôtre ennemi mortel, & dés cette heure, & pour le jour d'hui, & les autres subsequens, vous dénonce la guerre mortelle, telle que François ont accoûtumé de ce de toute ancienneté, qui est à feu & à sang.

Surquoi lesdits Capitaine & Podestat me répondirent telles paroles, ou semblables en effet & substance.

Seigneur Montjoie, je vous connois de long-tems, & mêmement du feu Roi Charles, que Dieu absolve, lequel me fit chevalier de sa main, & outre vous connois du tems qu'étions avec le Roi des Romains, en sa ville d'Insprug en Tirol, vous étant en la compagnie de M. le Tresorier Robertet.

Sur ce que dites que nous dénoncez la guerre mortelle, & le Roi vôtre Maître ennemi mortel, à faute de restitution de ladite cité & forteresses, je vous avise de ce faire : nous n'avons nulle charge de nostre serenissime Prince, ni de la nostre illustrissime Seigneurie, & nous déplaist d'avoir la guerre avec un si puissant Roi, ladite Seigneurie, & lui, étant confederez ; mais qu'ainsi est que guerre faut avoir, nous nous deffendrons gaillardement.Et sur cette parole partis & pris congé desdits Capitaine & Podestat, & emmenai ledit Trompette avec moi.

Ledit jour quatorzieme, qui fut le samedi, vinmes coucher en une maison, où le Sieur Ludovic tenoit la poste de cavalerie, nommé Bernardin de Bonnevolhe, à quinze milles de Cremone, & fûmes convoiez par un gentilhomme nommé Ventarin, depuis Cremone jusques à Marcarie, terre du Marquis de Mantouë.

Et le lendemain, qui fut quinzieme dudit mois, vinmes audit Marcarie à dîner, cuidant trouver Monditsieur le Marquis à Mantouë, mais pource qu'il avoit fait une entreprise avec Boisy, & autres Capitaines, pour aller prendre Casal-majour, ce qu'il fit, ledit sieur Marquis étant à Vadinne, ville & forteresse, lequel nous conseilla aller par eau, & pour aller à plus grande seureté, pource qu'ils avoient ja couru, & ledit jour à vint-deux heures, montâmes sur le Pô.

Et le mardi ensuivant, qui fut le dix-septieme dudit mois, arrivâmes à Venise à dix-huit heures, & vinmes prendre port en une Abbaie nommée Saint-George, vis à vis du palais Saint-Marc, le grand canal entre deux, ladite Religion de l'Ordre S. Benoît, auquel lieu trouvai un Religieux de ma connoissance, homme de bien, nommé frere Benedict, & en parlant à lui, ledit Jean-Jâques Trompette parla à un citadin, en le priant aller vers le Duc & Seigneurie de Venise, pour leur notifier nôtre venuë, & que avois quelque chose à leur dire, laquelle charge il prit tres-volontiers, & y alla.

Et peu aprés va venir un Secretaire de la part de ladite Seigneurie, nommé Jean-Batiste, avec lui deux gentilshommes de Venise, lesquels n'étoient là venus sinon pour garder que nul ne parlât à nous, pource que c'est une action fort

suspicionneuse, dont ne me déplaisoit en rien, pource que ma charge ne s'adressoit qu'au Duc, representant ladite Seigneurie.

Et à vint-une heures du païs, ledit jour, fûmes envoiez querir par un autre Secretaire, nommé Nicolas & deux autres gentilhommes, pour aller vers leur Prince & Seigneurie, & secrettement, sans être vus par la terre, dans un petit barchot couvert entrasmez dedans, & ne voulurent souffrir, que nul de mes serviteurs allât avec moi, que ledit Jean-Jâques, & fûmes menez nous deux dedans ledit barchot jusques à l'entrée du Palais, passant par un petit canal, ou peu de gens étoient, entrâmes dedans ledit Palais, & en montant les degrez pris ma cotte-d'armes, & ledit Jean-Jâques déploia sa banniere, & en cet état entrâmes en une grande salle, où ledit Sieur Duc & ceux du Conseil des Dix étoient accompagnez de plusieurs secretaires, entre lesquels il y en a un nommé Messire Casparo de Babeduc aiant la langue gallicane avec la sienne italienne, pour referer & donner à entendre au Duc & Seigneurie, & leur faire raport de point en point le contenu de ladite charge que j'avois à leur dire.

Et à haute voix present ledit Jean-Jâques leur dis les paroles qui s'ensuivent.

Le Tres-Chretien Roi invincible, mon souverain Seigneur, m'envoie devers vous, illustrissime Duc, & vous, Magnifiques Patrices representans la Seigneurie de Venise, pour vous dire & remontrer les grandes offenses, outrages, mauvais & deloiaux tours, que lui avez ci-devant faits en plusieurs & diverses manieres, contrevenant à l'amitié & confederation par vous autrefois concluë avec sa roiale Majesté, en donnant aide, faveur, & secours, tant par mer que par terre, à ses ennemis, & pourchassé de tout vôtre pouvoir de lui nuire, contrevenant à vos promesses jurées comme dit est, & comme se prouvera veritablement, cuidant qu'il se voulsit faire plus grand és partie d'Italie; c'est pour l'envie de dominer qu'avez eû à l'encontre de lui, & mêmement du dernier apointement & treve, qu'avez fait avec le tres-sacré Empereur Roi des Romains pour lors ennemi de mondit souverain Seigneur; auquel apointement faisant ledit Seigneur, a bien aperçû qu'aviez deliberation de vouloir engendrer une nouvelle guerre, pour toûjours vouloir entreprendre sur lui, en usant de vos pratiques coutumieres. Lui cuidant donner envie & le consumer, ce que ne pouriez faire; & pour cette cause en obtemperant aux admonestemens, requestes & persuasions de nôtre tres-saint Pere le Pape, vous averti, qu'il a fait & conclu avec ledit tres-sacré Empereur fraternelle amitié, alliance, & confederation perpetuelle, & avec le Catolique Roi d'Espagne, & autres Princes Chretiens, compris és traitez sur ce faits, jurez & anatematisez; à faute de l'entretenement d'icelui; qui est une tres-sainte Ligue, comme chacun sait, considerant que c'est pour le bien, & augmentation de la foi & religion chretienne. Parquoi attendu les choses dessusdites, je vous declare de par ledit Seigneur Tres-Chretien Roi invincible, qu'il quitte & renonce à toutes vos alliances, amitiez, & confederations, soi declarant vôtre ennemi mortel comme infracteurs de paix, usurpateurs des biens de la sainte Mere Eglise, de laquelle il est fils aîné, & à lui apartient principalement avoir le regard sur telles choses, voulant être le vrai imitateur, suivant les faits & vertueux gestes de ses progeniteurs Tres-Chretiens Rois de France, auquel apartient de vous contraindre, de faire restitution des choses par vous usurpées; & sur ce point, je vous notifie la guerre mortelle, tant par mer que par terre, à feu

&

& à sang en tous les lieux, où resistance sera faite, & jusques à ce que generalement restitution soit faite des choses par vous usurpées, tant à lui que au Saint Siege Apostolique, au tres-sacré Empereur, & au Catolique Roi d'Espagne, & autres Princes & Communautez, & autres compris en cette sainte Ligue, ledit Sieur Roi Tres-Chretien prenant Dieu à son aide avec son bon droit, protestant alencontre de vous, que si perte, dommage, ou inconvenient en advient à la Chretienté, ce sera par vôtre faute & coulpe.

Réponse faite audit Montjoie, par ledit Sieur Duc de Venise, en presence du Conseil des Dix, & dudit Jean Jâques, Trompette dessusdit, sur trois points.

POUR LE PREMIER.

HERALDO, Nous avons entendu ce que vous avez rapporté de la part de vôtre Roi, nous accusant d'être infracteurs de nôtre foi & promesse. *Heraldo*, il ne se trouvera point que jamais par Nous nôtre foi fut cassée, ni venir au contraire de ce que promis a été, & mêmement contre le Roi de France, vous avisant que vous trouverez qu'il y a dix ans passez, que vôtre Roi, & la nôtre Seigneurie, sont & ont été en bonne amitié & confederation, & que jamais envers lui ne deffaillîmes de foi, mais toûjours l'aions aimé & servi, comme chacun sçait; & ne se trouvera point que jamais fismes alencontre de lui aucune chose qui touchât rupture de paix, amitié, & confederation, mais au contraire se trouvera, que toutes les choses que nous avons pû savoir, bonnes ou mauvaises, toûjours en avoir averti ledit Seigneur, ou son lieutenant.

Le second point est, que jamais n'eûssions crû, qu'un si grand Prince, que le vôtre Tres Chretien Roi, eût si legerement prêté l'oreille à un Pape, tel qu'il est, & comme chacun sait, à un Prêtre, lequel ne voulons nommer *, & de les vouloir croire contre nous, nous en sommes fort émerveillez, & aussi faire que à leur pourchas, ledit Seigneur soit ennemi d'une si puissante Seigneurie, comme la nostre, laquelle a refusé tant d'Etats, de Seigneuries, de Citez & de Châteaux, tant des Seigneurs d'Italie, que hors l'Italie, ce que jamais ne voulûmes faire, ni prendre autre alliance contraire à ce que avons promis & juré.

* *C'étoit bien assez designer le Cardinal d'Amboise, premier Ministre de Louis XII.*

Et touchant le dernier que dites, qui est l'apointement fait entre Nous, & le Roi des Romains, *Heraldo* jamais ne voulûmes entendre touchant ce point, que premier la nôtre Seigneurie n'en ait averti Monsieur le Grand-Maître, lequel nous envoia Monsieur Geofroy Carles, pour entendre l'entier effet en quoi voulions conclure avec le Roi des Romains, present son Ambassadeur; auquel apointement voulions comprendre le Duc de Gueldre, & tous les amis, confederez, & alliez du Roi Tres-Chretien; mais ledit Maître Geofroy Carles n'y voulut condescendre, & s'en alla, & depuis Monditsieur le Grand Maître y envoya le Sieur Jean-Jâques Trivulce, comme ledit Sieur a pû savoir, vous disant que des choses dessusdites nous esperons en Dieu, que la Majesté de vôtre Roi saura & connoitra la verité; & que celui à qui sera la faute sera puni; & aussi nous esperons encore être amis de sa sacrée Majesté, ou sinon, nous

tâcherons à nous deffendre; & vous prions, *Heraldo*, & vous aussi Trompette, que vous en fassiez au Christianissime Roi relation, & sur cette parole, partez, & vous en allez; qui étoit sur le point de vint-trois heures, sans nous convier à boire ni à manger, combien que n'étions pas en vouloir de ce faire, de peur de trouver un gueux n'aiant les mains nettes; & nous firent convoyer par un Capitaine de mer, nommé Messire Coulau, Esclavon, & avions trois bachots pour nous conduire jusques és terres du Duc de Ferrare; & fut noire nuit quand nous arrivâmes à Chiozza, cité à vint-cinq mille dans la mer; & le lendemain nous conduite dix milles dans les terres de ladite duché de Ferrare, toûjours ledit Coulau, Esclavon capitaine dessusdit, fort larron & de mauvaise regardure: il n'a qu'un œil, mais il est à demi bourreau, comme j'ai pû connoitre de lui, par ce qu'il me dit que ladite Seigneurie de Venise autrefois lui avoit commandé mener & conduire aucuns Ambassadeurs d'Hongrie, & d'ailleurs, lesquels il mit à fonds; ledit Jean-Jâques & moi eûmes belle peur, mais par la grace de Dieu nôtre createur sommes echappez, auquel prie de bon cœur que la race Venitienne puisse faillir, en les mettant en leur premier état, qui est celui d'estre pêcheurs.

Lettre d'Alfonse I. Duc de Ferrare, au Roi Louis XII. touchant le diférend entre le Pape Jules II. & ledit Duc. A Ferrare le 5. octobre 1510.

Ferrare. 1510. 5. octobre.

SACRA & Christianissima Regia Majestas, quanquam existimo Majestatem Vestram intellexisse, quæ mihi à summo Pontifice imputentur, impulso, ut arbitror, falsa malignorum, & inimicorum, ac malevolorum meorum persuasione, quæve ab eodem adversùs me lata si sententia; volui tamen eamdem Vestram Majestatem de omnibus sigillatim certiorem reddere, ut & modum, quo processum est, cognoscat, & simul jura mea, atque etiam cujusmodi fundamentum super dicta sententia contra me promulgata haberi possit, & debeat. Proinde ante omnia intelliget, executionem factam in parte ante ipsam sententiam, quæ quidem lata est quinto idus augusti, quinimò per mensem unum, ante eamdem sententiam latam, dum in castris Cæsareæ, & Vestræ Majestatis essem ad ipsarum servitia, me Cento & Plebe oppidis primùm spoliavit. Deinde viginti quoque diebus ante dictam sententiam, premente exercitu suæ Beatitudinis, fui & Lugo & Bagnacavallo spoliatus, simulque pluribus aliis oppidis, per me ab Apostolica Sede recognitis. Modus etiam & ordo servatus in processu contra me agitato, est hujusmodi, quod meam causam non parum juvans parit suspicionem non mediocrem in ipsa sententia. Cùmque veritas & justitia pro mea parte non desint, operæ pretium judicavi singula hæc Majestati Vestræ significare.

Summus igitur Pontifex, mense julio proximo, per apostolicum Breve, factis priùs in ipso narrationibus quibusdam, commisit reverendissimo suo Legato Bononiæ, ut examen testium haberet super nonnullis capitulis in eodem Brevi inclusis, quibus objecta mihi delicta & facinora contineri dicebatur, me priùs citato. Quam sanè citationem imponebat affigi valvis Ecclesiæ cathedralis Bononiæ, asserens non esse tutum & liberum accessum ad me. Atque ita in

executione hujusmodi Brevis, de mandato præfati ipsius Legati, die undecima ejusdem mensis julii, quædam in scriptis citatio est affixa prænominatis valvis. Qua quidem citabar, ut comparerem coram eodem Legato, aut verò meus aliquis procurator, intra triduum, non computato tamen ullo die festo in ipso termino, & ad contradicendum, ne testes super prædictis capitulis examinentur, & quo minùs fieret, quantum in eodem Brevi continebatur. Et quoniam quo tempore facta est talis citatio, ipse à Ferraria procul aberam, in castris Cæsareæ, & Vestræ Majestatis, in rure Camazolii, agri Vicentini; Quæ certè castra tantùm distabant à Bononia, ut per quàm difficile esset, quòd in dicto termino possem de tali citatione habere notitiam. Et penè impossibile, ut aliquis (id quod oportuisset,) instructus eò mitti posset, quò nec ipse properare, & adesse valuissem. Quòd si fortè etiam propiùs fuissem, & in loco viciniore, tamen iter adeò erat infestum & periculosum, ut non potuissem, cum ducentorum quoque equitum cohorte, tutus accedere, & sine discrimine pertransire, Verùm quidam mei cives Ferrarienses, utpote fidelissimi, me eo tempore absentem benè considerantes, ac intra eumdem terminum Bononiam se transferentes, Legatum ipsum adierunt, ut & meam absentiam, & prædictas causas, pro vera & justa excusatione mea allegarent. Quorum nonnulli ut audirentur, nequaquam impetrare potuerunt, atque ita præsentibus quibusdam testibus fide dignis, factæ fuere allegationes & instantiæ, de quibus rogatus fuit publicus notarius. Attamen unus ex eisdem meis civibus, tandem impetrata audientia, exposuit ipsi legato prædictos causas excusatorias, productis etiam testibus, ad probandam absentiam meam, licet notam eidem reverendissimo legato. Institum deinde fuit in petitione prorogationis dicti termini; sed ipse legatus auditis, intellectis, & consideratis omnibus, ut credibile est, excusationes esse justissimas, & petitionem de jure negari non posse; cùm, ut creditur, in animo haberet non velle concedere, remisit eumdem civem meum ad dominum Joannem Campegium, Bononiensem civem clarissimumque Jurisconsultum, cui datam esse in hac re potestatem asseruit. Proinde dictus civis meus comparuit coram præfato domino Joanne, qui negavit se ullam in hoc negotio auctoritatem habere. Deinde cùm ad reverendissimum legatum rursus rediisset, in cubiculo passim se facilem audiendis aliis exhibentem, nulla potuit ratione ab illo audientiam impetrare. Quinimò cum cæteris, qui in cubiculo erant, cum ira foras expulsus est, habita prius benedictione. Denuò idem civis die sequenti reversus ad ipsum legatum, iterum cœpit exponere, & instare, quemadmodum prius fecerat. Tum verò reverendissimus legatus negavit velle hujusmodi dilationem concedere. Quamobrem appellatum est ad Apostolicam Sedem, cùm etiam talem appellationem legatus idem admittere noluerit, immò potiùs ad examen, ut dicitur, processit. Quod certè & quæcumque alia hujusmodi contra me agitata, vigore prædictæ citationis, sunt ipso jure nulla, disponentibus legibus, quòd ubi aliquis citatus non potest aliqua ex causa comparere, si tale impedimentum judici fuerit allegatum, totus processus adversùs illum factus est ipso jure nullus. Imo etiam si allegatum non fuerit, dummodo impedimentum sit notorium, sicuti est in hoc casu. Ac eo magis, quia ex legum sanctione, cuilibet citato assignari debet unus dies, pro singulis viginti millibus passuum, quoad compareat. Mihi igitur procul à Bononia, per milliaria centum, aut circiter, existenti, saltem assignandi

fuere dies quinque ad comparendum, ultra diem, quia in judicio sistere deberem, postquàm talis citatio ad notitiam pervenisset. Quod cùm factum non sit, talis ergo citatio est nulla, & ex illa processus omnis. Et hæc nullitas probatur ex citatione nimis brevi, considerata etiam causa tractanda de statu Ferrariæ, & de delictis objectis, simulque considerata & habita ratione personæ citatæ, cui volenti adesse & comparere, prout erat in ejus arbitrio, ex natura causæ arduæ, ac ipsius personæ dignitate, non conveniebat assignari terminum adeò brevem.

Considerans igitur, ut consentaneum est, Summus Pontifex hujusmodi examen testium esse nullum, denuò commisit reverendo domino Antonio de Monte, Archiepiscopo Sipontino, causarumque Apostolicæ Cameræ generali Auditori, simulque reverendo domino Petro de Accoltis, Episcopo Anconitano, examen testium, & inquisitionem super delictis mihi objectis, priùs, tamen me citato. Et hanc citationem voluit posse fieri super valvis Ecclesiarum, cùm, ut asseruit, ad me non foret tutus accessus. Atque ita in executione hujusmodi commissionis, iidem apostolici delegati nonis augusti me citari fecere, super foribus templi sancti Petronii, in urbe Bononia. Quò ipse, aut saltem per meum procuratorem, deberem præstò esse, & comparere in urbe Roma, intra terminum duodecim dierum, ad videndum examinari testes, & inquiri super delictis & facinoribus objectis, & deinde ferri sententiam per Summum Pontificem, aut per alium, cui talem causam commisisset. Demùm non expectato fine dicti termini, qui erat per totum diem decimum augusti, fecit Sua Sanctitas publicari sententiam quandam contra me super privatione feudi Ferrariæ, ac reliquorum omnium locorum per me ab Apostolica Sede recognitorum, & super excommunicatione. Proinde dicta citatio, & consequenter quicquid vigore ipsius effectum est, ipso jure est etiam nullum, quippe quæ facta in loco non tuto. Ideo quòd cùm aliqua citatio est facta loco non tuto, & constat judici, talis citatio est nulla, & similiter quæcumque ex illa emanarunt. Quod autem Roma non esset tutus locus, apparet ex bello jam illato mihi eo tempore per Suam Beatitudinem, quæ certè ante dictam citationem, vi bellica, & hostili impetu, spoliaverat me supradictis Cento & Plebe, oppidis, ac omnibus deinde locis meis in Flaminia, seu Romandiola, atque ita se hostem exhibuit. Quamobrem, ut leges disponunt, citatus non est obligatus præsens comparere, utpote dubius vitæ, cui periculum imminet, neque etiam per procuratorem, cujus causæ locus non esse tutus creditur. Quamvis ipse quoque obligatus non eram per procuratorem comparere in causa tam ardua, sed volebam præsens comparere, quemadmodum per quemdam specialem procuratorem misi significatum præfatæ Beatitudini, quò cum pervenisset, non modo non potuit audientiam consequi, sed territus à quibusdam magnæ auctoritatis, compulsus est metu carceris, latenter ex urbe aufugere. Qui quidem procurator à me etiam jussus erat allegare, locum non esse mihi tutum. Quod quidem probatur ex citationibus in urbe Bononia factis, & primùm ex commissionibus ejus Beatitudinis, quæ in illis asserit Ferrariam non esse tutum locum alicui ab ea misso. Quæ cùm sibi & suis non putat Ferrariam locum tutum, hic debet sibi quoque persuadere me minus putare Romam mihi tutum locum, præsertim cum sua Beatitudo sit me longè potentior. Cùm fuerim igitur citatus ad locum non tutum, quod utique constat, & satis notum est illi, qui causa extitit citationis,

ea, & sententia inde extorta, meritò debet judicari nulla; præsertim lata ante elapsum terminum in ipsa citatione præfixum, ut dictum est suprà.

Quin & illud considerari debet, quod post sententiam latam, plura deinde est amplexus, quàm in ea continebatur. Namque invasit Mutinam, & occupavit, simulque alia quædam loca juris Imperii, à quo & ego, & antecessores mei, eadem recognoverunt assiduè, & sub tali titulo possederunt.

Hactenus cognito processu qualicumque contra me, æquum est, ut Majestas Vestra causas quoque intelligat, quibus præfatus Summus Pontifex, me & urbe Ferraria, & aliis feudis per me ab Apostolica Sede recognitis privaverit, & excommunicaverit.

Quarum quidem causarum prima hæc est, quòd illustrissimus quondam Princeps pater meus bonæ memoriæ, præfecit se exercitui, seu Capitaneus fuit pro Florentinis adversùs Sixtum olim Pontificem maximum, & Sedem Apostolicam, spreto ipsius Sedis mandato. Qua ex causa idem Sixtus, & urbe Ferraria, & cæteris feudis privavit eumdem parentem meum. Hanc quidem causam, quæ prima allegatur numquam amplius intellexi, nec adhuc possum adduci ut credam. Quæ tamen quando vera esset, certè in considerationem cadere non deberet, cùm deinde secutæ sint plures investituræ, & in præfatum parentem meum, & in me ipsum. Ex quibus quidem dici potest, quod idem illustrissimus quondam pater meus fuit redintegratus, ac eidem & mihi etiam talis privatio fuit remissa. Et hoc quoque affirmari potest, ob multa, quæ Sixtus Pontifex olim fecit, & contulit in eumdem parentem meum, ac ejus statum, nihil aliud importantia, quàm remissionem hujusmodi privationis, sicuti etiam Summi Pontificis Beatitudo in dicta sua sententia fateri videtur.

Secunda vero causa est, quòd sine consensu præfatæ Beatitudinis, & ea inscia, fratres meos in carcerem contrusi. Hanc equidem carcerationem veram dico, sed non dignam allegari in hoc casu, quandoquidem illi in me conjuraverant, trucidareque statuerant. Quod sanè apud ipsum Pontificem probatione non eget, quippe qui plenissimè cuncta novit. Nam cùm Joannes Vasco, unus è conjuratis, in urbem Romam fugisset, metuens comprehendi, & in carcerem contrudi, conscius sibi tanti facinoris, efflagitavi ab ipso Pontifice, per oratorem meum in urbe, ut eumdem Joannem proditorem mihi tradere dignaretur. Quod à principio recusavit, asserens se non credere hujusmodi conjurationem. Sed cùm vehementiùs instarem apud Beatitudinem Suam, ut me voti compotem efficeret, commisit reverendo domino Antonio de Monte, Archiepiscopo antedicto, ut examinato ipso Joanne, hujusmodi negotii veritatem eliceret, ac relationem faceret. Qui talem commissionem executus, comperit certam fuisse conspirationem, & omnia verissima. Quibus cognitis, idem Pontifex illicò jussit consignari cuidam mandatario meo ipsum Joannem, cum arbitrio, ut mihi quicquid de eodem libuisset, facere liceret. Quamobrem negari non potest, quin Sanctitas Sua plenissimam hujus rei scientiam habuerit. Nec justè imputari possum, quòd in causa propria judex extiterim. Ad quam maturè cognoscendam delecti fuere duo integerrimi viri, illustris dominus Sigismundus, & dominus Albertus Estensis, ambo patrui mei; qui peracto examine, & lata sententia, prædictos fratres meos, cum reliquis omnibus conjuratis, morte damnarunt. In cujus sententiæ executionem, tres ex conjuratis publicè, ut decuit, in partes à carnifice

trucidati laceratique fuere. Ego autem arbitratus mitiùs agendum cum fratribus, ne viderer in proprium sanguinem sævire, usque nunc vita donatos volui carcere contineri, ut de omnibus autenticus extat processus. Et quando etiam in tali causa ipse judicis officio functus fuissem, id mihi certè licuisset Cùm enim illi essent subditi, nec aliquid habentes commune mecum in ipso statu, juxta legum dispositionem, poteram esse judex in causa propria.

Alia præterea adducitur causa, videlicet salis, quem feci in comitatu Comacli, legitimè ad Apostolicam Sedem pertinente. Respondeo veram esse fabricationem salis, & hoc quidem mihi licuisse recognoscenti Comaclum, ac ejus comitatum, non à Romana Ecclesia, sed ab Imperio, à quo per meos prædecessores annis ab hinc centum quinquaginta, & ultra, continuò fuit recognitum, & tali titulo possessum. Quod & quando verum non esset, allegari in dicta sententia non debuit. Præsertim, cùm ubi primùm Sanctitatem Suam ita velle cognovi, ob præcipuam reverentiam erga se meam, à fabricando sale destiterim, arbitratus Beatitudinem Suam cognitis juribus meis, circa hujusmodi negotium id solùm velle debere, quod justitia exigebat.

Opponit etiam me auxisse vectigalia, seu gabellas, & nova imposuisse pedagia. Hanc secundam partem affirmo falsam. Sed verum esse fateor, quòd permisi, ut administr atores mei sumerent à quibusdam per loca mea transeuntibus solutiones aliquanto majores, quàm antea consuevissent, eo tempore, quo Veneti florebant. Qui cùm jampridem violenter imposuissent capitulum unum antecessoribus meis, eosque ad hoc astrinxissent, scilicet, ut datia pro mercimoniis, quæ Venetias, aut inde convehebantur, multò minora solverentur, quàm in ordinibus constitutionibusque Ferrariensibus continebatur, deinde summi Pontificis beneficio & opera, libertatis terris meis ab hujusmodi capitulo, & ab omni alia superioritate, & servitute, quam ipsi Veneti imposuissent, existimavi licere tales accipere solutiones, secundùm antiquos ordines. Atque ita non ut augerem datia, sed uterer libertate jam recuperata, ex beneficio, ut dixi, summi Pontificis. Enimverò per dies aliquot sumpta est hujusmodi solutio ex illis, qui Venetias ibant, aut inde revertebantur, quia in re cognita Pontificis voluntate, ut ejusdem prohibitioni obtemperarem, quàm primùm feci ab hoc desistere. Quæ quidem prohibitio, potiùs, ut arbitror, facta est, ut Venetis, cum quibus nuper fœdus contraxerat, complaceret, quàm pertranseuntibus prodesse vellet.

Consimiliter quoque opponit, quòd me subjeci præsidio & protectioni Vestræ Majestatis, in exitium, damnum, & perniciem Suæ Beatitudinis, ac Sedis Apostolicæ, necnon ausum fuisse citari facere Suam Sanctitatem ad magnum ejusdem Majestatis Vestræ Consilium. Quorum alteruttum, vel utrumque, non modq factum, aut attentatum non est, sed per me ne cogitatum quidem. Et hanc in rem, non est opus alia probatione apud Vestram Majestatem, cui non minus quàm mihi est nota veritas.

Insuper opponit etiam, quòd ante dictam sententiam, notoriis rebellibus Suæ Sanctitatis, & præsertim Bentivolis, in terris meis locum, auxilium, favoremque præstiterim, contra alias Beatitudinis Suæ litteras. Ad hoc ipse respondeo, non esse verum; immo pro mea in illam observantia, à caritate defeci, nec me præstiti qualem necessitudo, & sanguinis vinculum, exigebat. Ideò quòd non

facerem, quod Beatitudini Suæ displiceret, denegavi locum in terris meis propriæ sorori, ac nepotibus ex illa meis, quòd hi essent filii domini Annibalis Bentivoli, & illa, uxor.

Item. Objicitur, quòd subditos suos Vicariatus Ferrariæ mihi commissos pessimè regere & gubernare non expauerim. Hoc quàm falsum sit, & quàm à vero prorsus alienum, certissima possunt haberi ex universo Ferrariensi populo testimonia, qui in solita fide perseverans, manifesta benevolentiæ, & summi erga me amoris edidit signa, cùm ne unus quidem malum animum, malumve mentem ostenderit. Immò appropinquante hostili exercitu præfatæ Sanctitatis, omnes Ferrarienses cives, nullum excitantes tumultum, permanserunt in dilectione erga me, fidelitatem maximam servantes, cùm singuli palàm asseverarent, potiùs se extrema omnia passuros, quàm me deserere, & novum subire dominium. Ex quo facilè colligitur, falsum esse quod opponitur, non benè gubernasse subditos, benignéque rexisse.

Opponit præterea, quòd adulterinas monetas conflari & cudi feci; item, quòd injustè occupaverim bona defunctorum ab intestato; item, quòd ecclesiasticas personas interfici fecerim, absque degradatione; item admisisse ad res sacras excommunicatos, & publicè denunciatos; item impedivisse apostolicas provisiones super ecclesiasticis beneficiis factas, ac earumdem effectus; item, & impedivisse observationem interdictorum factorum in Ecclesiis; item, plurima fecisse adversùs ecclesiasticam libertatem, in ipsius & Apostolicæ Sedis contemptum; item, cum incursionibus, equitatum hostiliter immisisse in terras urbis Romæ, ac illi subjectas, & plurimis damnis affecisse; item oblocutum fuisse de Sua Sanctitate, & de ecclesiastica potestate, & parvipendisse ac derisui habuisse suam, & Apostolicæ Sedis autoritatem. Circa igitur hujusmodi causas, nulla alia possum uti excusatione, nisi pro veritate asserere, ne unam quidem ex ipsis esse veram; & me offerre ad omne experimentum & periculum, quandocumque per judicem non suspectum ex Sanctitatis Suæ voluntate cognoscetur.

Si igitur Beatitudo præfata non respueret Majestatem Vestram rei hujus habere cognitionem, hoc quoque officium præfatæ Majestati assumere placeret, pergratum mihi foret. Quam certiorem facio facilè percepturam, justitia æquitateque me tueri, atque defendi. Et me eidem Christianissimæ Majestati, quo magis possum humiliter commendo, quæ feliciciссimè valeat. Ferrariæ, die quinto mensis octobris 1510. Ejusdem Vestræ Majestatis, filius, & servitor, ALFONSUS, Dux FERRARIÆ. *Hieronymus Magnaninus.*

TRAITE' ENTRE LE ROI LOUIS XII. ET MAXIMILIEN I. *Empereur, pour la ratification & prorogation du traité de Cambrai de 1508. A Blois le 17. novembre 1510.*

Autriche 1510. 17. *nov.*

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, Genuæque Dominus, &c. recognoſcimus & tenore præſentium profitemur, notumque eſſe volumus univerſis, cùm nihil ſanctius ſalubriuſque habeatur pace & concordia, quibus reſpublicæ ita tuentur & conſervantur, ut ſine his nequaquam aliquandiu perſiſtere poſſint; quod tametſi ſatis explicatum ſemper habuerimus, tamen advertentes, & re ipſa experti, quantum boni & incrementi ex ſanctiſſima illa unione, pace, concordia, & fraternitate inter ſacratiſſimum & potentiſſimum Principem, dominum Maximilianum Romanorum Imperatorem ſemper auguſtum, fratrem & conſanguineum noſtrum cariſſimum, & inter nos nuper in civitate Imperiali Cameracenſi, die decima decembris 1508. per illuſtriſſimam dominam Margaretam ex Archiducibus Auſtriæ, Ducibus Burgundiæ, viduam relictam Sabaudiæ, conſobrinam noſtram cariſſimam, in hac parte præfati Imperatoris genitoris ſui procuratricem, & per R. quondam dominum Georgium de Ambaſia, Cardinalem Rothomagenſem, & in regno Franciæ Legatum apoſtolicum, nomine noſtro & in hac parte procuratorem mandatarium noſtrum inita, facta, & concluſa, non ſolùm nobis; regnis, dominiis, ac ſubditis noſtris acceſſerit, & in futurum pervenire poterit, ſed & tota chriſtianitas inde acceperit & accipere poterit, quæ procul dubio ex iſta ſancta unione & concordia amborum noſtrorum ſuſcepit tranquillitatem, exaltatationem, & augmentum, nihil tantopere nobis curandum exiſtimamus, quàm in ſanctiſſima illa unione, amicitia, & fraternitate cum præfato ſacratiſſimo Imperatore perſiſtere, & quo magis intrinſecè & ferventiùs poterimus, illi nos conjungere, ut ſanctiſſima illa unione & pace etiam ad poſteros noſtros diffuſa ſtatus, regna, dominia & ſubditi utrinque noſtrûm tranquilltate & ſecuritate augeantur & conſerventur. Propter quod ad laudem Dei omnipotentis, ejuſdemque matris intemeratæ necnon ad incrementum & bonum non tam noſtrorum regnorum, dominiorum, & ſubditorum noſtrorum, quàm totius chriſtianitatis, Nos hodie cum illuſtriſſimo & reverendiſſimo domino Matthæo, Epiſcopo Gurcenſi, & ſacri Romani Imperii Principe, & cum magnanimo domino Andrea de Burgo, equite, ſupra dicti ſacratiſſimi domini Imperatoris, &c. oratoribus, & in hac parte procuratoribus & mandatariis, vigore ipſorum mandati pleni & ſufficientis, cujus tenor de verbo ad verbum hic ſequitur, & eſt talis,

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementiâ Romanorum Imperator ſemper auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, & Comes Palatinus, &c. Cùm inſtitutum noſtrum ſemper fuerit, cum conſanguineis & fratribus noſtris, quibus ſemel adhæſimus, amorem & benevolentiam tenaciter retinere, & eam continuò augere, cupientes præ cæteris illud idem ſervare cum ſereniſſimo Principe domino Ludovico, Francorum Rege, & conſanguineo noſtro cariſſimo, fœduſque

que

quę nostrum Cameracense jam dudum inter nos initum in totum & quamlibet sui partem integrè observare, & etiam arctiùs amorem, benevolentiam, & mutuam intelligentiam nostram constringere pro bono utriusque nostiûm, & subditorum nostrorum, & universalis totius Reipublicæ christianæ. Nunc igitur pro hac re exequenda impræsentiarum destinamus nobilem ac venerabilem Matthæum, Episcopum Gurcensem Principem, consiliarium & oratorem nostrum devotum, dilectum, confisi ideo de fide, prudentia, legalitate, & singulari rerum experientia ipsius Matthæi, Episcopi Gurcensis, & spectabilis, fidelis, nobis dilecti Andreæ de Burgo, consiliarii & oratoris nostri apud præfatum Regem residentis, motu proprio, & ex certa scientia, ac animo nostro deliberato, citra tamen revocationem quorumcumque aliorum mandatorum nostrorum eosdem Gurcensem præfatum, & Andream, & quemlibet eorum in solidum, fecimus, constituimus, creavimus, & ordinavimus, ac tenore præsentium facimus, constituimus, & ordinamus, oratores & procuratores, actores, & speciales hujus negotii gestores & quicquid melius de jure potest specialiter & expressè vice & nomine nostro, ad tractandum, transigendum, accordandum, concludendum, & corroborandum, & de novo renovandum & ratificandum cum sanctissimo in Christo patre & domino, domino Julio II. divina providentia S. R. & universalis Ecclesiæ summo Pontifice, domino nostro reverendissimo, ac serenissimis Principibus dominis Regibus Franciæ, Aragoniæ, Angliæ, & Hungariæ, fratribus nostris carissimis, vel cum aliquibus ex eis, aut solo serenissimo Rege Franciæ, & regni statibus, & dominiis suis, ac aliqua parte eorum fœdus nostrum Cameracense priùs inter nos initum, & illud declarandi ac interpretandi & prorogandi ad posteros nostros, & illud de novo in eadem vel meliori forma & ampliori faciendi, & de novo conveniendi & paciscendi, prout eisdem mandatariis nostris melius videbitur, & super omnibus aliis rebus inde pendentibus, emergentibus, connexis & annexis, ac de bello continuando contra Venetos, & alios quoscumque communes hostes nostros & illud de novo inferendo, ac divisione nova de acquirendis ab hostibus nostris facienda. Dantes & concedentes præfatis Matthæo Principi, & Andreæ, consiliariis & oratoribus nostris, plenam & amplam potestatem agendi, gerendi & exercendi omnia & singula in præmissis necessaria & circa ea opportuna, jurandi in animam nostram & faciendi alia omnia, quæ nos ipsimet si personaliter interessemus, facere possemus, etiamsi talia forent, quæ mandatum exigerent magis speciale. Quæ omnia ritè pro expressis haberi volumus. Ponentes præfatos Gurcensem, & Andream, oratores & procuratores quoad præmissa, & circa ea cum omnibus suis dependentiis & emergentibus, annexis, & connexis. Et ei quod datum, actum, transactum & conclusum fuerit, nullo unquam tempore contravenire, directè vel indirectè, aut quovis exquisito colore, de jure vel de facto, etiamsi de jure possemus, harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum in oppido nostro Inspruch die 16. mensis augusti, anno Domini 1510. regnorum nostrorum, Romani vigesimo-quinto, Hungariæ verò vigesimo primo. Sic signatum infrà plicam, *Maximilianus*, & supra plicam, ad mandatum Cæsareæ Majestatis proprium, *Ja. de Ramussis*

PRÆSENTE etiam domino Magiſtro Joanne Caulier illuſtriſſimi, domini Caroli, Archiducis Auſtriæ, Principis Hiſpaniarum, conſanguinei noſtri cariſſimi, conſiliario, Magiſtro requeſtarum,& oratore, quique etiam nomine ſupra dictæ illuſtriſſimæ Margaretæ gubernatoris ad hoc miſſus erat orator, convenimus, tractavimus, egimus, inivimus,& concluſimus omnes & ſingulos articulos infra ſcriptos.

Imprimis, actum eſt & conventum, quòd illa vera bona, legalis, fidelis, ſincera, & indiſſolubilis pax, unio, amicitia, liga, fraternitas, & confœderatio inter præfatos ſacratiſſimum Imp. tam nomine ejus proprio, quàm etiam tutorio & adminiſtratorio nomine ſupra dicti illuſtriſſimi domini Archiducis Auſtriæ,& Principis Hiſpaniarum, ac nepotis ſui, & ſereniſſimum & Chriſtianiſſimum Regem Franciæ per memoratam illuſtriſſimam dominam Margaretam Archiducem,&c.& reverendiſſimum quondam dominum Georgium Rothomagenſem,Galliarum Legatum nominibus quibus habebant in civitate Cameracenſi, die & anno quibus ſupra,videlicet decima decembris 1508. inita, facta, concluſa, ac jurata, duratura ad vitam utriuſque ipſorum, videlicet ſacratiſſimi Imperatoris, & Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, & per annum unum poſt, ſicuti in eodem tractatu pacis latiùs continetur, non ſolum rata & firma, & inviolabilis permaneat pro tempore ſupra ſcripto, ſed etiam quòd prorogetur, extenſa & prorogata ſit, quam etiam dictæ ambæ Majeſtates nominibus quibus ſupra eximiè extendunt & prorogant ad vitam primò proximorum, hæredumque & ſucceſſorum, tempore mortis utriuſque eorum exiſtentium, cum omnibus & ſingulis capitulis, articulis, clauſulis, & conditionibus, & punctis in dicto pacis tractatu contentis, quæ hic pro expreſſis, & inſertis habentur, ut haberi volunt præfatæ Majeſtates.

Item. Actum eſt & conventum, quòd per prædictam prorogationem pacis & amicitiæ, omniaque alia hic ſupra ſcripta, nullatenus intelligatur eſſe receſſum, derogatum, vel in aliquo contraventum tractatui pacis factæ Cameraci, ſed omnia & ſingula in eodem tractatu comprehenſa ſint, & in ſuo robore remaneant.

Item. Conventum eſt, quòd Imperialis Majeſtas teneatur & debeat omnia & ſingula ſuprà ſcripta expreſſa infra duos menſes proximè futuros ratificare, laudare, & approbare, & litteras ratificationis ſuæ in forma debita debito ſigillo ſuo munitas expedire, unà cum ſubmiſſione cenſurarum eccleſiaſticarum ſub ſuo juramento corporali, ac bonorum obligationibus, unà cum aliis clauſulis apertius in ampliori forma.

Item. Quòd hujus prorogatio tractatus pacis & concordiæ, & omnia ſupra dicta publicentur in Imperio, & regnis & dominiis utriuſque partis, & regiſtrentur in Camera Imperiali, & Pariſiis in Curia Parlamenti, & in Camera Computorum, præſente & conſentiente procuratore generali Chriſtianiſſimi Regis Franciæ.

Cumque omnia & ſingula prædicta nobis ſint grata, cupiamuſque illa inviolabiliter obſervare & exequi, idcirco præſentibus litteris noſtris, omnibus melioribus via, modo, forma, & ordine, quibus meliùs & validiùs de jure poſſumus, & debemus, præinſerta prorogationis pacis tractatus Cameracenſis capitula & articulos, omniaque & ſingula in eiſdem expreſſà & contenta juxta ſeriem & tenorem laudamus, approbamus, ratificamus, confirmamus, ac rata, grata, &

firma habemus, & habere volumus. Promittentes in verbo regio nostro, & sub bona fide nostra, necnon jurantes ad Dominum Deum nostrum, & ejus sanctam Crucem, & quatuor ejus evangelia, per nos corporaliter & manualiter tacta, tenere, adimplere, & inviolabiliter observare omnia & singula in præmissis capitulis contenta & expressà, prout in eisdem cavetur, constituitur, sive continetur, in quantum nos concernunt & respiciunt, & sub obligatione omnium bonorum nostrorum præsentium, & futurorum hipoteca, necnon sub pœna perjurii, in quod Rex tali casu incidere potest. Ac etiam ad prædictorum observantiam per præsentes consentimus, quoad possumus, compelli & constringi per quascumque censuras ecclesiasticas etiam in forma Cameræ, renunciantes ipsi relaxationi & dispensationi juramenti, absolutionique censurarum, & exceptioni qualicumque tam juris quàm facti, quibus contra eorum præmissa, vel aliqua, ex his, dicere, facere, vel venire, aut ab eorum observantia quomodolibet nos tueri possèmus. In quorum omnium & singulorum præfatorum fidem & testimonium, præsentes litteras manu propria subscripsimus, & sigillo nostro corroborari fecimus. Datum in oppido nostro Blesis 17. die mensis novembris, anno Domini 1510. regni nostri decimo-tertio. Sic signatum sub plica, LOUIS, & supra plicam, Per Regem, *Robertet*.

Lecta, publicata, & registrata audito procuratore generali Regis, Parisiis in Parlamento, vigesima-sexta die novembris, anno millesimo quingentesimo decimo. Signatum, *Pichon*.

Sentence provisionnelle donnée à S. Jean de Luz, l'an 1510. *le* 10. *avril, touchant l'usage de la riviere d'Andaye.*

CUM per antea mota & orta fuisset controversia inter manentes & habitantes villæ Fontisrabidi subditos Catolicorum Regum & Reginæ Castellæ, & alios eorum consortes provinciæ de Guipuscoa, ex una parte; & manentes & habitantes loci & parochiæ de Andaya, subditos Christianissimi Francorum Regis, ex altera; ad causam fluminis nuncupati de Vidassoa, prætendentes & dicentes prædicti habitantes Fontisrabidi, & alii eorum consortes, quòd totum dictum flumen ab ejus exitu regni Navarræ, usque ad introitum magni maris erat, & integrè pertinebat dicto regno Castellæ, & quòd non erat licitum nec permissum prædictis habitantibus dicti loci & parochiæ de Andaya, nec quibuscumque aliis, posse, nec debere in prædicto flumine, nec in aliqua sui parte, tam ex parte regni Franciæ, quàm Castellæ, facere portum pro ancorando aliquam magnam navem, nec parvam portantem quillam, nec eas onerare, nec exonerare, absque licentia & permissione prædictorum habitantium Fontisrabidi, nec pariter habere naves vocatas *Pinasses*, aut alias habentes quillam pro eorum piscatura, nec alio quocumque usu, nec debere piscari in dicto flumine, nec in loco vocato *le Figuier*, cum retibus. Et illud erat solùm dictis habitantibus Fontisrabidi fieri licitum & permissum, & de hoc erant in possessione & saisina, per tempus immemoriale. Dictis verò habitantibus de Andaya contrarium dicentibus & asserentibus, scilicet quòd ipsi habebant jus, & erant in bona possessione & saisina, saltem de medietate totius

Navarre 1510. 10. *avril.*

prædicti fluminis ab ejus exitu Navarræ, usque ad ejus introitum magni maris inclusivè tam navigandi, piscandi, quàm aliud jus faciendi, de & super quibus præmissis fuissent inquestæ factæ hinc inde, quibus visis, & aliis titulis, & piecis per quamlibet dictarum partium respectivè exhibitis, pluribusque aliis magnis causis & rationibus, tam in jure, quàm in facto consideratis per nos commissarios subscriptos, ad hoc per prædictum Christianissimum & Catolicos Reges & Reginam deputatos, pro evitandis litibus, debatis, & scandalis, quæ exinde possent moveri, & pro conservatione pacis & concordiæ longè diu inter ipsos observatæ, & hoc per modum provisionis, & donec aliter & aliàs per prædictos Reges & Reginam fuerit ordinatum; fuit dictum, concordatum, & appunctatum, quòd prædicti habitantes hinc inde vivent inter se quomodo in antea in bona unione, & tranquillitate, insequendo voluntatem & beneplacita Regum Christianissimi, & Catolicorum, modo & forma ante suscitationem, & exordium præsentis controversiæ assuetis : & insuper, quatenus tangit usum & possessionem prædicti fluminis, ipsi habitantes hinc inde gaudebunt & utentur in ipso flumine modo & forma, quibus usi & gaudere consueverunt à decem annis ultimè præteritis citra, scilicet prædicti habitantes de Andaya, & alii subditi prædicti Regis Christianissimi, tenebunt & possidebunt nassas seu piscarias, insulas, passagium de Behobie, molendinum de l'Hôpital molendo, & terras dictarum insularum, & alias ipsis contiguas, pro laborando & cultivando, & nihilominus portum ad passandum & vehendum cum gabarris, tilliolis, & aliis navibus sine quilla, in dicto loco de Andaya, & utentur omni piscatura, retium, & alia, cum navibus prædictis tam in prædicto flumine, quàm alibi, ubi ipsis videbitur faciendum, ac aliis secundum quod consueverunt etiam in mari; & prædicti habitantes Fontisrabidi, & eoum consortes similiter poterunt uti & gaudere, in prædicto flumine, navibus ad passandum & vehendum, atque etiam cum gabarris & tilliolis, & aliis quibuscumque navibus, necnon insulis, atque nassis, sive piscariis, ac passagio de Behobie, ac aliis, prout consueverunt à decem annis citra. Et hoc absque præjudicio possessionis antiquæ, jurisque prædictorum Regum & partium hinc inde, aliorumque jurium per ipsos in prædicto flumine & mari prætensorum, reservata eis facultate latius probandi tam per testes, quàm per instrumenta, jus possessionis, proprietatis, & dominii omnium præmissorum, & posse facere jus prædictis partibus hinc inde super excessibus, damnis, & interesse, per quamlibet dictarum partium passis & prætensis, inhibendo subditis utriusque regni sub pœna confiscationis omnium bonorum, ac banni perpetui, de non contraveniendo huic nostræ ordinationi de jure, nec de facto, quovis pacto. Actum in loco Sancti Joannis de Luz, die decima mensis aprilis, anno Domini 1510. Sic signatum, *N. de la Martonie. G. de Laduchs, el Licenciado Acugna, el Licenciado Telles.*

TRAITÉ D'ALLIANCE ET DE CONFEDERATION entre le Roi Louis XII. & Jean, & Caterine, Roi & Reine de Navarre. A Blois le 17. Juillet 1512. & ratifié par le Roi de Navarre audit Blois le septième septembre suivant, & par la Reine à Orthes, le 8. aoust 1513.

JEAN, par la grace de Dieu Roi de Navarre, Duc de Nemours, de Gandie, de Montblanc, & de Pegnafiel, Comte de Foix, Seigneur de Bearn, Comte de Penthieure, de Perigord, de Bigorre, & de Ribagorce, Vicomte de Castelbon, de Limoges, Marsan, Tursan, Gavardan, & Nebousan, Seigneur de la cité de Balaguer, & Pair de France : A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut, savoir faisons, que comme dés le dix-septieme jour de juillet 1512. entre le Tres-Chretien Roi Louis XII. de ce nom, d'une part ; & nos amez & feaux Etienne, Bâtard d'Albret, nôtre premier Chambellan, Baron & Seigneur de Miossens ; Alexandre de Saint-Gelais, seigneur de Lansac, & de Cornefou, aussi nôtre Chambellan ; Maistres Pierre Ramond du Perier, & Pierre de Biachs, nos conseillers, les tous nos Ambassadeurs, Procureurs, & aians expresse charge à ce faire au nom de Nous, & de nôtre tres chere compagne la Reine de Navarre, d'autre part, certaines alliances & confedérations aient été traitées, concluës, & passées, & sur ce octroiées lettres patentes par ledit Seigneur, & nosdits Ambassadeurs respectivement. Desquelles lettres octroiées audit Seigneur par nosdits Ambassadeurs la teneur s'ensuit. *Navarre 1513. 8. aoust.*

NOUS Etienne, Bâtard d'Albret, Baron de Miossens, premier Chambellan ; Alexandre de Saint Gelais, seigneur de Lansac, aussi Chambellan ; Pierre Ramond du Perier, Juge d'Appeaux de Bigorre ; & Pierre de Biachs, Conseillers, Ambassadeurs, & Procureurs speciaux de tres-hauts & tres-excellens Princes les Roi & Reine de Navarre : A tous ceux qui ces presentes verront, savoir faisons, que comme lesdits Roi & Reine de Navarre, nos Seigneurs & Maîtres desirant faire service & plaisir au Tres-Chretien Roi de France, & être ses bons amis & alliez, ainsi que ont été leurs predecesseurs ; & aussi voiant les grandes entreprises, qui se font pour endommager ledit Roi Tres-Chretien, & son roiaume, affectant y obvier de leur pouvoir, tant pour la proximité du sang qu'ils lui attiennent, que pour l'amour qu'ils ont toûjours porté & portent audit Seigneur, & son roiaume, nous aient envoiez devers icelui Seigneur, avec puissance suffisante pour traiter & accorder aucune bonne alliance, afin que dorenavant puissent mieux vivre en paix & union, & soi secourir l'un à l'autre. Aujourdui en ensuivant nôtredite charge & puissance, de laquelle la teneur s'ensuit.

JEAN & Caterine, par la grace de Dieu Roi & Reine de Navarre, Ducs de Nemours, de Gandie, de Montblanc, & de Pegnafiel, Comtes de Foix, Seigneurs de Bearn, Comtes de Bigorre, de Perigord, & de Ribagorce, Vicomtes de Castelbon, de Limoges, Marsan, Tursan, Gavardan, & Nebousan,

Seigneurs de la Cité de Balaguer, & Pairs de France : A tous ceux qui ces présentes lettres verront, salut & dilection, savoir faisons, que comme ainsi soit que voulant suivre les faits des Rois de ce nôtre roiaume nos predecesseurs, qui de tout tems furent & ont été en bonne paix, amitié, union, & concorde avec les Tres-Chretiens Rois de France & leur roiaume : Et nous desirant faire le semblable, avons par ci-devant travaillé, & fait poursuite à tout nôtre pouvoir, d'avoir la même alliance avec le Tres-Chretien Roi à present regnant, pour la bonne volonté & affection que de ce avons, affectant plus icelle que nulle autre chose, laquelle bonnement jusques ici n'a eû lieu de s'ensuivre, obstant les plais, procés, & diférends, que avec nous avoit Monsieur son neveu nôtre cousin, que Dieu absolve ; lequel pour être personne tant conjointe dud. Tres-Chretien Roi, l'avoit de tenir pour recommandé ; & puis la volonté de nôtre Seigneur a été ordonner de lui, dont de son decés & trépas nous sentons, comme la raison veut, pour être si prochain parent dudit Tres-Chretien Roi & nôtre ; & comme ceux qui mieux eûssent aimé, voulu, & desiré quelque moien d'être venus à bon apointement, ainsi que plusieurs fois l'avons tâché, à ce que ledit Seigneur eût de tout reçû service ; mais la concorde du diférend n'a pû jusques à present prendre fin, ni conclusion. Nous desirant de nôtre part, tant pour la succession de nos maison, roiaume, & seigneurie de Bearn, que pour l'obligation & devoir en quoi sommes envers ledit Tres-Chretien Roi, pour cause de ce que tenons sous sa jurisdiction comme Roi, & de ce nôtre souverain Seigneur, mettre entant que à nous est nôtre Etat & Maison en son honneur & service, esperant puis l'occasion est expirée par le decés dudit Monsieur son neveu, le plaisir dudit Seigneur sera de nous recevoir & traiter comme nôtre volonté le requiert & merite. Parquoi gardant & conservant la paix, union, & concorde, qui de toûjours, comme dit est, a été, & est entre ledit Tres-Chretien Roi, ses predecesseurs, & son roiaume, nous aussi, les nôtres, nôtre roiaume, & seigneurie de Bearn, & l'obeissance & fidelité que lui devons pour les autres terres, & seigneuries, que tenons étans sous sa jurisdiction comme Roi, & d'icelles souverain Seigneur, & au demeurant non contrevenant à nôtre prééminence, autorité roiale, & dite seigneurie de Bearn. Et afin que de nouveau se puisse prendre & asseoir plus grand amour, & seureté, faire & confirmer quelque bonne amitié, alliance, confederation, & accord, pour éviter & ôter toutes imaginations & mauvaises pensées à chacune des parties, avons deliberé & accordé, deliberons & accordons d'envoier vers Sa Majesté nos ambassadeurs, procureurs, & messagers ; & pour executer nôtredite deliberation, & nous confiant à plein des suffisance, loiauté, prudhommie, & bonne diligence de vous nos amez & feaux Etienne, Bâtard d'Albret, Baron de Miossens, nôtre Premier Chambellan ; Alexandre de Saint-Gelais, seigneur de Lantac, & de Cornefou, aussi nôtre Chambellan ; Messire Pierre Ramond du Perier, Juge d'Appeaux de de nôtredit Comté de Bigorre ; & Pierre de Biachs, Licentié és Loix, nos Conseillers, qui étes personnes feables, & qui en besognant & negociant és choses dessusdites, travaillerez & procurerez ce que à nôtre honneur, prééminence, & autorité garder apartient ; & pareillement au demeurant, à ce que devons & sommes en obligation, & le bien nôtre, & de nos sujets, roiaume,

terres, & seigneuries, de nôtre certaine science, propre mouvement, & autorité roiale, en la meilleure forme & maniere, que de droit & de fait pouvons & devons, à vous autres les dessusdits Etienne, le Bâtard d'Albret, Alexandre de Saint-Gelais, nosdits Chambellans, Messire Pierre Ramond du Perier, & Pierre de Biachs, nos Conseillers, à tous ensemble, où les trois de vous, par la teneur de ces presentes avons nommez & nommons, créons, faisons, & instituons nos ambassadeurs procureurs, & messagers generaux & speciaux, en telle maniere que la generalité ne deroge à la specialité, ni au contraire; c'est à savoir, que avant toutes choses vous autres ensemble, ou les trois de vous, vous aiez de representer pardevant la Majesté dudit T. C. Roi de France, & de nôtre part lui presenterez & offrirez toute obeissance & feauté en ce que devons & sommes atenus; & au surplus de nôtre état, amitié, alliance, & confederation, en le supliant & priant nous vouloir recevoir, & de sa part répondre à cette nôtre bonne & entiere volonté, en acceptant ce nôtre devoir & priere, & correspondre par œuvre, ainsi que nôtre sainte intention & affection le merite. Et afin que sur ce avec sadite Majesté, où les personne, ou personnes, qui pour negocier avec vous seront deputez, aiant suffisant pouvoir & semblable à celui-ci, ou autre a suffire, vous autres nos ambassadeurs, procureurs, & messagers, ou les trois de vous, puissiez sans prejudice de nôtre autorité roiale, & seigneurie de Bearn, ne contrevenant à l'obligation de fidelité que devons audit Tres-Chretien Roi, comme dit est, mettre à effet pour fortification & augmentation de la paix, union, amitié, & confederation, qui dés a present est, pour plus grande corroboration, aprobation, & certaineté des volontez & contentemens des amis és diférends passez, & seureté pour l'avenir. Si le plaisir dudit Seigneur est, de vous faire tant de grace d'entendre au mariage de Madame Renée, & de Dom Henri, Prince de Navarre nôtre fils, & heritier, donnant, offrant, & faisant toutes & chacunes les seuretez, promesses, capitulations, & obligations en semblable cas necessaires & accoûtumées, demandant aussi, prenant & acceptant les pareilles seuretez dudit Seigneur, tant au fait dudit mariage, comme semblablement ausdites amitié, alliance, confederation, union, & concorde; vous donnant pouvoir, autorité, & mandement special, que sur toutes & chacunes les choses dessusdites puissiez capituler, octroier, affirmer, promettre, accepter, & conclure tout ce que verrez que besoin sera, pour seureté & fermeté de ce que dessus, encore que les cas fussent de telle condition, que de leur nature requissent plus grande consulte & deliberation de ce qui en la presente procure & pouvoir va expressément inseré; & neanmoins de jurer tout ce que aurez promis, conclu, affirmé, & arresté, pour & au nom de nous, de le tenir, observer, & garder, & pareillement de prendre & recevoir le même serment, ou semblable, donnant aussi, octroiant & concedant a vous autres lesdits nos procureurs, ambassadeurs, & messagers, à tous jointement, ou aux trois de vous, à cause des choses susdites, leurs circonstances, & dependances en general & particulier, tout nôtre pouvoir & puissance par cesdites presentes. Par lesquelles promettons en nôtre foi & parole roiale, que pour le present, & à tout tems à venir aurons pour ferme, stable, & agreable tout ce que par vous, ou les trois de vous, sera fait, promis, juré, accepté, affirmé, procuré, negotié, arresté & conclu sur

ladite paix, union, amitié, & confederation, & aussi audit traité de mariage; & toutes autres choses dessusdites, leursdites circonstances, apendances, & dependances, selon que par vous autres sera fait, promis, offert, affirmé, conclu, juré, & accordé, sans jamais faire chose, ni venir au contraire; & ce sous obligation & hipoteque de tous & chacuns nos biens, meubles, immeubles, presens & à venir, nous so imettant à toutes autres obligations & soumissions, à ce & en tel cas requises & accoûtumées. Et pour plus grande seureté & aprobation d'icelles, avons mandé faire les presentes signées de nos mains, & scellées du scel de nos armes. Donné en nôtre cité de Tudelle le septieme jour de mai, l'an de grace 1512. Ainsi signé, Jean, Caterine. Par commandement du Roi & de la Reine, *J. d'Esturgeon.*

AVONS traité, conclu & accordé paix, union, amitié, & alliance avec led. Tres-Chretien Roi, en la forme & maniere qui s'ensuit.

Et premierement, que bonne, seûre, vraie, & loiale paix, union, amitié, confederation, & alliance perpetuelle, sera & est faite, concluë & accordée entre ledit Tres Chretien Roi, & nosdits ambassadeurs & procureurs desdits Roi & Reine de Navarre au nom que dessus, pour le Roi Tres-Chretien, ses enfans mâles & femelles, nez & à naître, ses successeurs, roiaume, duché de Bretagne, & autres duchez, comtez, terres, & seigneuries, qui lui competent & appartiennent, pais & sujets perpetuellement & à toûjours d'une part: Et lesdits Roi & Reine de Navarre nosdits Seigneurs & Maîtres, leurs enfans mâles & femelles, nez & à naître, leur roiaume, pais, terres & seigneuries, & sujets d'autre part, tellement qu'ils seront amis des amis, & ennemis des ennemis l'un de l'autre; & ne pouront ledit Roi Tres Chretien, ni lesdits Roi & Reine de Navarre, leurs hoirs & successeurs, pour quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit, ou puisse être, donner aide, secours, faveur, ou assistance aux ennemis desdits Roi & Reine de Navarre, ni eux aux siens, ni jamais faire guerre par eux ni par interposées personnes, directement ou indirectement esdits roiaumes, duchez, & autres pais, terres & seigneuries quelconques audit Roi Tres-Chretien, & ausdits Roi & Reine de Navarre, leurs hoirs & successeurs apartenans; mais ledit Roi Tres-Chretien, sesdits hoirs & successeurs, seront tenus & obligez d'aider & secourir de tout leur pouvoir lesdits Roi & Reine de Navarre nos Seigneurs & Maîtres, & leurs hoirs & successeurs, envers tous & contre tous, de quelque autorité, préeminence, condition, ou dignité qu'ils soient, sans nul excepter, pour la seureté, garde, défense, & tuition dudit roiaume, pais, terres & seigneuries qui leur competent, & peuvent competer & apartenir, & à leursdits enfans mâles & femelles. Et pareillement lesdits Roi & Reine de Navarre, nosdits Seigneurs & Maîtres, leurs hoirs & successeurs seront tenus & obligez de faire le semblable envers ledit Roi Tres-Chretien, sesdits hoirs & successeurs, & leur aider & secourir de tout leur pouvoir envers & contre tous, de quelque état, autorité, préeminence, condition, ou dignité qu'ils soient, sans nul excepter, pour la seureté, tuition, garde & défense de sondit roiaume, duché de Bretagne, pais, sujets, terres & seigneuries, étans deçà les Monts, à lui appartenans, & qui lui peuvent competer

&

& appartenir, & à sesdits enfans mâles & femelles. Et davantage, si ledit Roi Tres-Chretien avoit à besogner pour quelque son affaire des gens & sujets desdits Roi & Reine de Navarre, nos seigneurs & maîtres, ils seront tenus lui bailler & envoier, en tel nombre qu'il saura demander & requerir à ses dépens.

Item. Et si aucuns Princes, ou Prince étranger, quel qu'il soit, vouloit passer par lesdits roiaume, païs, terres, & seigneuries dudit Tres-Chretien Roi, pour aller faire guerre contre lesdits Roi & Reine de Navarre, nosdits seigneurs & maîtres, en leursdits roiaume, pais, & seigneuries, ledit Roi Tres-Chretien ne leur donnera passage, mais y obviera de tout son pouvoir. Et s'il avenoit, que faire ne le pût, il en avertira lesdits Roi & Reine de Navarre, & les requerra qu'ils lui envoient gens-d'armes, avec autre aide, pour resister aux ennemis, & obvier qu'ils ne passent par sesdits païs, terres, & seigneuries. Et semblablement lesdits Roi & Reine de Navarre, nosdits seigneurs & maîtres, seront tenus & obligez ne donner aucun passage à aucun Prince, ou Princes étrangers, qui voudroient passer pâr leursdits roiaume, païs, terres, & seigneuries, pour venir faire la guerre contre ledit Tres-Chretien Roi, en sesdits roiaume, duché de Bretagne, païs, terres, & seigneuries quelconques, mais l'empêcheront de tout leur pouvoir. Et s'ils n'avoient pouvoir de resister, ils en avertiront le Tres-Chretien Roi, pour aprés leur aider de ses gens d'armes, & autre aide, en maniere qu'ils ne passent par leursdits roiaume, païs, terres, & seigneuries quelconques.

Item. Et a été traité & accordé, que tous les sujets de quelque état ou qualité qu'ils soient, du Roi Tres-Chretien, & desdits Roi & Reine de Navarre, nos seigneurs & maîtres, pourront dorenavant aller, frequenter, sejourner & demeurer, marchandant ou autrement, ainsi que bon leur semblera, par terre, mer, & eaux douces, és païs & obeïssance l'un de l'autre, seurement & sauvement, sans qu'on leur puisse mettre ou donner aucun arrest, détourbier, ou empêchement en leurs personnes, marchandises, & biens quelconques; en paiant toutefois les droits & devoirs dûs & accoûtumez.

Item. Et est pareillement traité & accordé, que en cette presente paix, union, & alliance, sont & seront les alliez & confederez du Roi Tres Chretien, & du Roi & Reine de Navarre, lesquels se pourront nommer dans trois mois, & par lettres patentes signifier l'un à l'autre.

Item. A été & est aussi traité & accordé, que dorenavant le Roi Tres-Chretien, & les Roi & Reine de Navarre, & leurs hoirs & successeurs, seront tenus & obligez nommer & comprendre les uns les autres respectivement és traitez, amitiez, & alliances, qu'ils traiteront ci-aprés avec quelque Prince ou Potentat que ce soit.

Item. Et pource que les Anglois, anciens ennemis du Roiaume & Couronne de France, sont descendus vers Fontarabie, en intention d'invader ledit roiaume, & faire audit Seigneur toute la guerre & dommage qu'ils pourront, le Roi & Reine de Navarre, nosdits seigneurs & maîtres, seront tenus incontinent la publication faite de ladite alliance & amitié, eux declarer ouvertement contre lesdits Anglois, & autres ennemis dudit Seigneur, qui seront en leur com-

pagnie, & leur faire toute la meilleure & plus forte guerre que faire pourront.

Item. Et seront tenus en outre lesdits Roi & Reine de Navarre, approuver, passer, & jurer cette presente alliance, confederation, & amitié, pour eux, leurs hoirs, & successeurs, & d'icelui bailler ou envoier au Roi Tres-Chretien leurs lettres de ratification, signées de leurs mains, & scellées de leurs seaux, en bonne & ample forme, dedans un mois prochain venant.

Item. Et pource que par ci-devant a été faite alliance par lesdits Roi & Reine de Navarre, avec le Roi d'Aragon, & la feuë Dame Isabelle, Reine de Castille, sa femme; par laquelle alliance fut dit & accordé, que si aucuns étrangers vouloient passer par le roiaume de Navarre, & autres leurs païs, pour aller faire la guerre contre lesdits Roi & Reine de Castille és Espagnes, lesdits Roi & Reine de Navarre ne leur donneront passage. Et aussi ne permettront que lesdits Roi & Reine de Castille, ou autres étrangers, passassent par ledit roiaume de Navarre, & autres leurs terres, pais, & seigneuries, pour faire la guerre en France, à été & est convenu & traité, que ledit article, en la forme qu'il est declaré ci-dessus, demeurera en sa force & vertu, & le pouront observer, entretenir, & garder lesdit Roi & Reine de Navarre.

Toutes & chacunes lesquelles choses dessusdites en la forme & maniere qu'elles sont ci-dessus écrites, traitées, & accordées, Nous susdits Ambassadeurs, en vertu de ladite puissance sur ce à nous donnée, pour & au nom desdits Roi & Reine de Navarre, nos seigneurs & maîtres, leurs enfans, mâles, & femelles, nez & à naître, hoirs & successeurs, avons promis & juré, promettons & jurons sur le fust de la sainte vraie Croix, & les saints evangiles de Dieu, pour ce manuellement par nous touchez, entretenir, garder, & observer entierement de point en point selon leur forme & teneur, sans venir ni souffrir venir au contraire, en quelque maniere, ni pour quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit. Et à ce nous avons obligez & obligeons par cesdites presentes, tous & chacuns les biens, meubles & immeubles, presens & à venir quelconques desdits Roi & Reine de Navarre, nos seigneurs & maîtres.

Pour ce est-il que nous aujourdui étant en la presence dudit Roi Tres-Chretien, dedans sa chambre à Blois, presens & assistans illec les Cardinaux d'Albret & de Prie, Monsieur d'Albret, nôtre pere, l'Evêque de Paris, le Sieur du Bouchage, le Tresorier Robertet,& autres: Aprés que les susdites alliances nous ont été montrées, & leuës, icelles, & toutes & chacunes choses en elles contenuës, en la forme & maniere qu'elles sont traitées & accordées, & ci-dessus écrites, Nous, pour nous, nos enfans mâles, & femelles, nés & à naître, hoirs & successeurs, avons eû pour agreable, ratifié, & approuvé, ratifions, & approuvons par ces presentes; & aussi avons promis & juré, promettons & jurons sur le fust de la vraie Croix, & saints evangiles de Dieu, par nous manuellement touchez, en parole de Roi, & sur nôtre honneur, tenir, garder, & observer de point en point, selon leur forme & teneur, sans venir ni souffrir venir au contraire, en quelque maniere, ni pour quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit; & à ce avons obligé & obligeons, par cesdites presentes, tous nos biens, meubles & immeubles, presens & à venir quelconques. En têmoin de ce nous

avons octroié ces presentes lettres, signées de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre scel. Donné à Blois, le septieme jour du mois de septembre, l'an 1512. Signé, JEAN. Et sur le repli, par commandement du Roi de Navarre, *De la Jus*. Et ratifié par la Reine Caterine à Ortes le 8. aoust 1515.

TRAITE' ET ARTICLES DE MARIAGE DE CHARLES, Prince de Castille, avec Madame Renée de France, deuxieme fille du Roi Louis XII. où incidemment il est parlé d'alliance, ligue offensive & deffensive entre lesdits Roi & Prince. A Blois le premier decembre 1513.

SUR ce que le Sieur de Breves, Pannetier de la Reine, a raporté à ladite Dame, de la part du Roi Catolique, qu'il étoit content de venir à une bonne paix, amitié, & alliance avec le Roi Tres-Chretien, pour vivre en paix le demeurant de leurs jours, & plûtôt convertir les armées contre les Infideles, que icelles entretenir contre les Chretiens; icelui Roi Tres-Chretien aussi, de sa part, desire l'amitié & alliance d'entre ledit Roi Catolique, & lui, & pour ce faire, est convenu de faire, passer, & accorder les articles qui s'ensuivent. *Castille. 1513. 1. decem.*

Premierement, Que le Mariage d'entre le Prince de Castille, ou de son frere, au choix & élection dudit Roi Catolique, & de Dame Renée de France, fille puisnée dudit Roi Tres-Chretien, soit traité & accordé, & juré par lesdits deux Rois Tres-Chretien, & Catolique, & en ce faisant, ledit Roi Tres-Chretien donnera à sadite fille Dame Renée, la duché de Milan, comté de Pavie, & aussi sa seigneurie de Gennes, pour eux, & leurs enfans mâles & femelles descendans de leurs corps; lesquelles duché, comté, & seigneurie de Gennes, se pouront aisément recouvrer, icelle alliance faite & accordée.

Item. Sera content ledit Roi Tres-Chretien, en faisant ledit mariage, quitter & delaisser tout son droit du roiaume de Naples, au profit dudit Roi Catolique, pour en disposer & faire entierement son bon plaisir; & pareillement les arrerages deûs audit Roi Tres-Chretien, à cause dudit roiaume.

Item. Sera content ledit Roi Tres-Chretien, que si-tôt que la conquête dudit duché de Milan sera faite, que icelui duché demeure és mains dudit Roi Catolique, pour le garder & conserver à leursdits enfans, jusques à ce qu'ils soient en âge de consommer ledit mariage, en baillant audit Roi Tres-Chretien par chacun an telle somme qui sera avisée, tant pour l'entretenement de ladite Dame Renée, comme aussi pour les frais qu'il aura convenu faire au recouvrement dudit duché.

Item. Promettra icelui Roi Tres-Chretien, aider à conserver & garder lesdits duché de Milan, comté de Pavie, & seigneurie de Gennes, pour ledit Roi Catolique, & leurs enfans, envers tous & contre tous, & pour ce faire, y employer toute sa puissance.

Item. Promettront lesdits deux Rois l'un à l'autre, en parole de Roi, & par

ferment sur les saints evangiles, & canon de la Messe, & fust de la vraie Croix, de faire passer & accorder ledit mariage, & l'entretenir, & que si-tôt que leursdits enfans seront en âge, qu'ils le feront solenniser en face de sainte Eglise, par paroles de present, & consommer sans aucun delai ni retardement, & jureront jamais ne venir au contraire, directement ou indirectement, & ne donner consentement à la rupture d'icelui.

Item. Pour seureté dudit mariage, ledit Roi Tres-Chretien sera content mettre dés à present, & si-tôt que ledit mariage sera accordé, és mains dudit Roi Catolique, son château de Godeffa de Gennes, pour le garder & conserver ausdits Prince, ou son frere, & Dame Renée, jusques à ce qu'ils soient en âge de consommer ledit mariage.

Item. Pour plus grande seureté dudit mariage, lesdits Rois Tres-Chretien, & Catolique, feront promettre & jurer aux Princes, & Barons de leurs roiaumes, païs, terres, & seigneuries, & aux bonnes villes & communautez d'iceux, que de tout leur pouvoir feront entretenir ledit mariage, & que jamais ne donneront consentement à la rupture d'icelui; mais feront toute resistance à eux possible contre ceux qui se voudroient efforcer directement ou indirectement de rompre ledit mariage; & quant à ce lesdits deux Rois donneront puissance par ce present traité à leursdits sujets, de leur resister, en cas qu'ils voulussent venir contre lesdites promesses, & leur remettront & quitteront leurs fermens de fidelité, & d'obeissance, & sujection, & les exemteront d'eux audit cas de contravention.

Item. Et pource que ledit Prince de Castille, ou sondit frere, & pareillement madite Dame Renée de France, pourroit aller de vie à trépas avant la consommation dudit mariage, & que en ce cas ne seroit raison que ledit châtel de Godeffa, ni semblablement ledit duché de Milan, & comté de Pavie, & ses appartenances, demeurassent és mains dudit Roi Catolique, icelui Roi Catolique promettra & jurera comme dessus, & fera promettre & jurer tous les Princes, Seigneurs, Barons, & bonnes villes des roiaumes de Castille, & des deux Siciles, & autres ses païs, terres, & seigneuries, & aussi ceux qui seront de par lui ordonnez au gouvernement dudit duché de Milan, & à la garde des places d'icelui, & aussi dudit Godeffa, qu'en ce cas, & à la simple requeste & demande qu'en fera ou fera faire ledit Roi Tres-Chretien, il rendra & baillera, ou fera rendre & bailler és mains dudit Roi Tres-Chretien, & de la Reine, ou de leurs enfans descendus de leurs corps, ou de leurs commis & deputez, lesdits duché de Milan, comté de Pavie, villes, citez, châteaux, & forteresses d'iceux, & pareillement ledit châtel de Godeffa, sans y faire difficulté ni dilation aucune, & sans qu'ils soient tenus en demander lettres d'aquit & décharge dudit Roi Catolique, lequel dés à-present par vertu de ce present traité leur en donne pouvoir & faculté, & les quitte & absout de tous fermens & promesses qu'ils lui pouroient avoir faites.

Item. En faisant ledit traité de mariage, lesdits deux Rois feront, accorderont, & jureront bonne, & vraie amitié, seure alliance & confederation pour eux, & leurs sujets, roiaumes, païs, terres, & seigneuries, tant deça que delà les monts, à la conservation, tuition & défense, & aussi recouvrement d'iceux, en-

vers tous & contre tous, sans personne excepter, de quelque état ou prééminence qu'elle soit; & seront amis des amis, & ennemis des ennemis de l'un & de l'autre.

Item. Promettront aider l'un l'autre de toute leur puissance, quand besoin en sera, pour la tuition, conservation, & recouvrement de leursdites terres & seigneuries, & de les y emploier incontinent cette presente alliance, en la forme qui sera avisée & accordée entre eux, pour plus aisément parvenir à leur intention.

Item. Pour le moien de cette dite paix, amitié, & alliance, les sujets desdits deux Rois pouront communiquer & marchander les uns avec les autres à leur bon plaisir, par mer & par terre, & fleuves navigables, en gardant & paiant les droits & coûtumes des païs desdits Seigneurs.

Item. Promettront ne donner aide, confort, secours, ni faveur aux ennemis les uns des autres, directement ou indirectement, & avertiront l'un l'autre des pratiques & machinations, qu'ils entendront être faites contre eux, ou l'un d'eux, & le plûtôt qu'ils pouront.

Item. En cette presente alliance seront compris les alliez d'un côté & d'autre, lequels seront nommez d'un côté & d'autre dedans trois mois, à compter du date de la conclusion de ce present traité.

Item. Et dés à present sera en cette presente alliance compris nôtre Saint Pere le Pape, & laisse lieu honorable à l'Empereur, Roi d'Angleterre, & autres qui voudront entrer en cette presente alliance, en rendant par icelui Roi d'Angleterre audit Roi Tres-Chretien sa ville & cité de Tournai.

Item. Pour seureté de cette presente alliance, lesdits deux Rois Tres-Chretien & Catolique feront soûmission à nôtre Saint Pere le Pape, & aux censures apostoliques, lequel nôtre Saint Pere sera conservateur & protecteur de cette presente paix & alliance, si c'est son bon plaisir.

Fait à Blois le premier jour de decembre, l'an 1513. Ainsi signé, LOUIS, Et plus bas, *Robertet*.

RATIFICATION DU ROI LOUIS XII. DE LA TREVE faite par François, Comte d'Angoulesme, au nom du Roi, & de Jâques Roi d'Ecosse, dont il se faisoit fort, & de Pierre de Quintana, pour Ferdinand Roi d'Aragon, tant en son nom, que de ceux des Rois Henri d'Angleterre, Maximilien Empereur, Jeanne, Reine de Castille, & Charles, Archiduc d'Autriche, Prince d'Espagne, dont il se faisoit aussi fort. A Orleans le 13. mars 1513.

Autriche, Castille, Aragon, Angleterre & Ecosse. 1513. 13. mars.

LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex, Dux Mediolani, ac Januæ dominus, universis præsentes litteras inspecturis salutem, &c.

Imprimis, quòd facta publicatione præsentis treugæ quilibet præfatorum Principum tollere & levare debeat hinc inde in dictis suis regnis & terris ubicumque existentibus, tàm per mare, quàm per terram & aquas dulces, omnes offensiones, & abstineat & cesset, & cessare & abstinere debeat ab offensis omnibus, ita quòd durante dicto tempore unius anni aliqua prædictarum par-

tium per se, nec per alium, sive alios directè vel indirectè, quovis modo, colore vel causa non possit bellum seu offensionem aliquam aliquo modo inferre alteri parti, neque præstare auxilium, consilium, favorem, & adjutorium gentium, pecuniæ, armorum, navigiorum, nec victualium, artilleriæ, pulveris, nec munitionis dictæ artilleriæ servientis, alicui inimico bellum præfatis Principibus, vel alteri eorum, inferenti, seu inferre volenti in dictis sui regnis & dominiis ubicumque existentibus, quocumque modo, titulo, sive causa impræsentiarum possessis; & hæc promittimus realiter & bona fide, & sine fraude, à præfatis Principibus inviolabiliter observari.

Item. Quòd præfatus Christianissimus Rex Franciæ nihil attentet ante nec post has inducias initas, & durantibus ipsis, directè vel indirectè, contra Ducem Maximilianum Sfortiam, nec contra ducatum Mediolani, mediatè vel immediatè Suæ Majestati Cæsareæ subditos.

Item. Quòd de cætero omnes & singuli præfatorum Principum subditi, & mercatores, possint & valeant tàm per mare, quàm per terram & aquas dulces transire hinc inde, & stare cum omnibus mercantiis & eorum bonis & rebus, & conversari, mercari & traficare securè & liberè, ubique, & per omnia loca & ditiones eorum, sicut & prout faciebant, seu facere poterant ante inchoationem præsentis belli, omni impedimento & contradictione penitùs amotis & cessantibus, durante tempore treugæ prædictæ.

Item. Quòd durante præfato tempore treugæ guerra nulla aut offensio quævis, vel oppressura, non poterunt, seu possint fieri per præfatos Reges & Principes in patriis & dominationibus eorumdem ubicumque existentibus, directè vel indirectè, quovis quæsito colore.

Item. Quòd cursores, & alii nuncii prædictorum Principum Regum poterunt à cætero currere & discurrere per prædicta eorum regna & dominationes, tàm per mare, quàm per terram, durante dicto termino treugæ, absque impedimento quocumque.

Item. Quòd præsens treuga publicetur & præconisetur in civitatibus & oppidis Baionæ, & Fontisrabiæ, Narbonæ, & Perpiniani, & in locis maritimis præsentis maris oceani, ubi pro meliori observantia videbitur expedire, videlicet, pro parte præfatorum dominorum christianissimi & catholici Regum Baionæ & Fontisrabiæ, Narbonæ & Perpiniani, die decima aprilis, anni præsentis millesimi quingentisimi decimi tertii; & pro parte serenissimorum Imperatoris, & Caroli Principis Hispaniæ, & præfatorum serenissimorum Angliæ & Scotiæ Regum, infrà duos menses, à tempore datæ præsentium.

Item. Conventum & conclusum est, quòd præfati Principes ratificabunt & jurabunt hujusmodi capitula treugæ, videlicet christianissimus Rex & catholicus infra viginti dies; & præfatus Imperator, & Rex Angliæ, ac illustrissimus Princeps Hispaniæ, infrà duos menses, à die datæ præsentium numerandos; & quòd infrà dictum tempus hujusmodi capitula treugæ sic ratificata tradantur ab una parte ad aliam vicissim, hoc tamen expresè declarato, quod inter dictos serenissimos Imperatorem, & Regem Angliæ, ac serenissimos Francorum Regem Christianissimum, & Scotiæ Regem, & dictum Principem, incipere debeat abstinentia guerræ, & observantia omnium in præsentibus capitulis contentorum, advemente ratificatione prædictorum Imperatoris, & Regis Angliæ, & Principis

Hispaniæ ; propterea nos præfati procuratores, virtute dictorum mandatorum nobis concessorum, nominibus, quibus suprà, promittimus hinc inde supra dictam treugam, & omnia & singula superius in dictis capitulis contenta, firma, rata, & grata habere, tenere, & observare, ac inviolabiliter observari facere, & effectualiter, & in totum adimplere, & non contra facere, dicere, vel opponere, directè vel indirectè quomodocumque, & ita in animas Principum nostrorum, manibus tactis sacrosanctis evangeliis, juravimus omnia & singula prædicta bona fide & sine fraude & integrè observare. In quorum fidem & testimonium, præsentia capitula treugæ scripta duplicata, ut utrique parti tradantur, nos procuratores prædicti nominibus ante dictis propriis manibus subscripsimus, sigillisque nostris sigillavimus & fecimus, vigore dictorum mandatorum per dictos nostros Principes nobis concessorum, quorum tenor sequitur, & est talis.

LOUIS, par la grace de Dieu Roi de France : A tous ceux qui ces presentes lettres verront. Comme pour parvenir au bien de paix & pacifier les diférends, qui sont de present en la Chretienté, connoissant les maux, inconveniens & dommages avenus, & qui pouront avenir ci-aprés, par les exploits de guerre, qui se pouroient faire en la Chretienté durant lesdits diférends, au grand detriment d'icelle, & retardement de la sainte & fructueuse expedition contre les Infideles ennemis de nôtre sainte foi catolique, avons été & sommes contens pour ces causes & considerations, entendre de nôtre part audit bien de paix; & pour ce faire, commencer de prendre treve & abstinence de guerre avec tres-hauts, tres puissans & tres-excellens Princes, l'Empereur, & les Rois Catolique d'Aragon & d'Angleterre, & Prince de Castille, pour tel tems, & ainsi qu'il sera avisé. A cette cause confiant à plein de la personne de nôtre tres-cher & tres-amé fils le Duc de Valois, Comte d'Angoulesme, nôtre Lieutenant-General, & de ses sens, prudence, suffisance, loiauté, & experience, icelui avons fait, nommé, constitué, & établi, faisons, nommons, constituons, & établissons nôtre Procureur general & special quant à ce, & lui avons donné & donnons par ces presentes pouvoir & mandement special de faire, traiter, & accorder, capituler, passer, & jurer ladite treve & abstinence de guerre, avec Maître Pierre de Quintana, secretaire dudit Roi Catolique étant par deçà pour ce faire pour & au nom dudit Roi Catolique, & aiant pouvoir suffisant & special quant à ce, pour tel tems & en telle forme, que par icelui nôtredit fils & ledit de Quintana sera avisé, & tout ainsi que nous mêmes ferions, & faire pourions, si presens y étions en propre personne, jaçoit qu'il y eût chose qui requist mandement plus special ; promettant en bonne foi & parole de Roi, avoir agreable, & ratifier tout ce que par nôtre dit fils aura été & sera fait, traité, conclu, & juré touchant ladite treve & abstinence de guerre, avec ledit de Quintana, sans aller in souffrir aller ores ni pour le tems à venir au contraire, directement ni indirectement, en quelque maniere que ce soit. En têmoin de ce nous avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre scel. Donné à Orleans le 11. jour de mars, l'an de grace 1513. & de nôtre regne le seizieme. *Sic signatum*, Louis, *super marginem verò*: Par le Roi, *Robertet*.

FERDINANDUS, Dei gratiâ Rex Aragonum, Navarræ, Siciliæ citra & ultra Farum, Jerusalem, Valentiæ, Majoricarum, Sardiniæ, & Corsicæ, Comes Barcinonæ, Dux Athenarum & Neopatriæ, Comes Rossillionis & Ceritaniæ Marchio Oristani & Gociani, confisi de fide, prudentia, sufficientia, & integritate viri dilecti secretarii nostri Petri de Quintana, præsentium tenore de nostra certa scientia & consulto, omnibus melioribus via, modo, & forma, quibus meliùs & validiùs de jure & aliàs possumus & valemus, facimus, creamus, & solemniter ordinamus vos eumdem secretarium nostrum Petrum de Quintana, nostrum verum, certum, & indubitatum ac specialem procuratorem, & ad infra scripta etiam generalem, ita quod specialitas generalitati non deroget, nec è contra; videlicet, ut pro nobis & nomine nostro, ac etiam nomine serenissimorum & potentissimorum Principum, Maximiliani, Romanorum Imperatoris sacratissimi semper augusti, qui per litteras suas privatas & earum credentiam nobis ad infrà scripta pro eo peragenda omnimodam concessit facultatem, & Henrici Angliæ Regis, fratrum nostrorum carissimorum, pro quo serenissimo Rege Angliæ fratre nostro idem serenissimus Imperator frater noster fortem se facit, quòd serenitas sua ratificabit ea quæ vos omnibus ante dictis præsentium virtute firmabitis, ac nomine serenissimæ Reginæ Castellæ, Legionis, Granatæ, &c. filiæ nostræ carissimæ, cujus personæ & bonorum curam legitimè gerimus, ac etiam nomine illustrissimi Principis Caroli, filii nostri carissimi, parte ex una, possitis & valeatis tractare, inire, facere & firmare cum serenissimo & potentissimo Principe Ludovico, Francorum Rege Christianissimo, seu cum quocumque & quibuscumque procuratoribus suis ejus nomine, parte ex altera, bonam, veram, & sinceram treugam, inducias, seu cessationem & abstinentiam armorum & offensionum omnium in omnibus regnis & dominiis nostris, & præfatorum omnium serenissimorum Principum utriusque partis, tàm per mare, quàm per terram & aquas dulces, per tempus, quòd vobis bene visum fuerit, cum illis pactis, articulis, promissionibus, obligationibus, & conditionibus, quæ & prout ac sicut vobis videbuntur atque placebunt, possitisque super treuga & induciis prædictis facere & firmare unum & plura publica instrumenta, cum quibuscumque promissionibus, stipulationibus, pactis, obligationibus, juramentis, clausulis, & cautelis, prout & sicut vobis videbitur expedire, atque placuerit, & generaliter possitis omnia alia & singula facere, quæ in prædictis, & circa ea ac dependentia seu emergentia ex eis, quæ utilia, necessaria, & expedientia fuerint & quomodolibet opportuna, & quæ vobis videbuntur, & placebunt, quæque nos ipsi facere, dicere, seu fieri facere possemus, etiamsi talia forent quæ mandatum exigerent magis speciale, quàm præsentibus est expressum; dantes & concedentes vobis præfato procuratori nostro in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum, ac dependentia & annexa ex eis, plenum, liberum, & generale mandatum, ac etiam speciale, ubi exigitur, cum plena, libera, & generali specialique administratione, potestate, & autoritate, promittentes nos perpetuò firma, rata, & grata habituros quæcumque vos dictus Petrus de Quintana procurator noster in prædictis & circa prædicta, & quolibet prædictorum, duxeritis facienda & promittenda, & contra ea vel eorum aliquod non facere, dicere, opponere, vel venire per nos, vel alium, aliqua ratione vel causa. In quorum testimonium præsentes fieri jussimus manu propria subsignatas, sigilloque nostro impendenti munitas. Datum in oppido Majorecti, die

die 16. mensis februarii, anno à nativitate Domini millesimo quingentesimo quarto decimo. Sic signatum, *Yo el Rey*

Inferius verò, dominus Rex mandavit mihi Michaeli Perez Dalmaçan. Acta & facta fuerunt hæc in civitate Aurelianensi, die 13. mensis martii præsentis anni millesimi quingentesimi terdecimi. Sic signatum, *François, Pedro de Quintana*, sigillatum verò eorum sigillis.

Notum igitur facimus, quòd nos supra scriptam treugam & omnia & singula superius in dictis capitulis contenta, rata, grata, & firma habuimus & habemus, ratificavimus & ratificamus per præsentes, promittentes & jurantes in bona fide & verbo regio, ea omnia & singula dictam treugam concernentia superius scripta tenere & observare, atque inviolabiliter observari facere, & effectualiter & in totum adimplere, & non contra facere, dicere, vel opponere, directè vel indirectè quomodocumque.

In quorum testimonium, has præsentes fieri jussimus, & manu nostra signavimus, sigillique nostri munimine corroborari fecimus. Datum Aureliæ, die 14. mensis martii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo-tertio, & regni nostri decimo-sexto. Signé, Louis. Et sur le repli: Per Regem, *Robertet.* Scellé d'un grand sceau de cire jaune pendant à double bande de parchemin.

TRAITE' DE PAIX ET CONFEDERATION entre le Roi Louis XII. & la Seigneurie de Venise. A Blois le 23. mars 1513. ratifié à Venise le 21. avril suivant.

Venise. 1513. 23. *mars.*

IN Christi nomine, amen. Anno salutis millesimo quingentesimo decimo-tertio, die vicesima-tertia martii ante Pascha, in Blesis. Cunctis pateat evidenter & sit notum, quod ad laudem & gloriam omnipotentis Dei salvatoris, Domini nostri Jesu Christi, exaltationem atque amplitudinem totius christianæ religionis, honorem & commodum amborum statuum, videlicet serenissimi & christianissimi Principis domini Ludovici, hujus nominis duodecimi, Dei gratia Francorum Regis, Ducis Mediolani, &c. & inclitissimi Venetorum Dominii, bona, vera, fidelis atque perpetua pax, renovatio amicitiæ, confœderationis & ligæ perpetuò duraturæ, facta, inita, & conclusa extitit & est inter præfatum Christianissimum Regem Franciæ, Ducem Mediolani, suo & successorum suorum nomine usque ad infinitum parte ex una; & magnificum & clarissimum dominum Andream Gritti, procuratorem sancti Marci, & circumspectum Aloisium Petri secretarium, nuntios, sindicos, & procuratores speciales Illustrissimi domini Leonardi Lauredani Ducis, atque excellsissimi Venetiarum Dominii, parte ex altera, cum pactis, modis, conditionibus, articulis, & capitulis infra scriptis.

Primò, quod præfati Rex Christianissimus & illustrissimus Dux pro eis & eorum successoribus Regibus Francorum, & Venetiarum Ducibus, atque antedictum Venetum excelsum Dominium, sunt atque erunt perpetuis temporibus amici & confœderati, modo & forma infra scriptis, adversùs & contra omnes & quoscumque, nemine omnino excepto, etiamsi suprema dignitate fulgerent. Hoc tamen declarato, quod reservetur locus honorificus Sanctissimo Domino nostro Pontifici maximo ingrediendi hoc fœdus, sine tamen præjudicio præsentis confœde-

rationis, & cum omnibus aliis modis, conditionibus & capitulis in præsenti contractu contentis. Qui quidem præfati Christianissimus Rex, & illustrissimus Dux, & Dominium Venetorum, erunt amici amicorum, & inimici inimicorum, ita & taliter quòd neuter eorum dabit unquam directè vel indirectè, sub quocumque colore, causa, aut occasione quæ dici aut excogitari possit, ulli Principi, Domino, Communitati, aut potentatui, quicumque sint aut esse poterunt, favorem, subsidium, opem aut auxilium contra & adversùs alium.

Item. Poterunt incolæ & subditi utriusque partis, ire, morari, mercari, & negociari tutè & securè, per terram, mare, atque aquas dulces & flumina, in patria, dominiis, & provinciis alterius ditioni & imperio subjectis, perinde ac si essent veri & originarii incolæ & subditi illius Principis & Dominii, cujus patrias & dominium adibunt. Nec patientur præfati Christianissimus Rex & inclitum Venetum Dominium in eorum patriis & dominiis tam terra, quàm mari, aliquos piratas aut prædones ad damnificandum subditos alterius.

Item. Quia Præfatus Christianissimus Rex, summo auxiliante Deo, vult & intendit in præsenti recuperare ducatum Mediolani, & omnes alias civitates, terras, castra, loca, & dominia ipsius ducatus & dominii Mediolani, & quæ Sua Majestas recuperavit à quondam domino Ludovico Sfortia, quæ post modum ei occupata fuere, & nunc occupantur per quoscumque sint qui velint: ex alio latere, quoniam præfatus illustrissimus Dux & Dominium Venetum volunt & intendunt in præsenti recuperare omnes civitates, terras, castra, fortalitia, arces & loca quæ ipsi possidebant ante præsens bellum, quæ postea occupata fuerunt, & nunc occupantur per quoscumque sint qui velint, tractatum, conventum, conclusum, & provisum est, quod præfatus serenissimus Dux, & illustrissimum Dominium Venetorum indicent & apertè movebunt & inferent bellum contra omnes & singulos detinentes, & occupantes dictum ducatum & dominium Mediolani, civitates, terras, castra, fortalitia, loca & dominia ejusdem ducatus, ut supra, cum eorum exercitu tam hominum armatorum quàm equitum levis armaturæ & peditum stipendiatorum sumptibus & expensis præfati Dominii Venetiarum, cum una bona banda artillariæ sufficienti & idonea pro tali expugnatione cienda usque ad totalem & integram recuperationem dicti ducatus & dominii Mediolani, & omnium villarum, castrorumque dicti ducatus & dominii Mediolani, ut supra, & quæ tenebantur per præfatum christianissimum Regem in prima recuperatione dicti status & dominii Mediolani de anno Domini 1499. & etiam prout in tertio capitulo confœderationis factæ inter præfatos christianissimum Regem, & illustrissimum Dominium continetur, & juxta formam & tenorem ipsius capituli tam circa ducatum & dominium Mediolani, quàm circa dominium Januense, prout in ipso capitulo continetur; Christianissimus autem Rex teneatur eodem tempore mittere exercitum suum in sufficienti numero, tam hominum armatorum & levis armaturæ, quàm peditum & artillariæ, sumptibus & expensis Suæ Majestatis, pro facienda dicta expugnatione, & recuperatione, tam status Mediolani ut supra, quàm omnium civitatum, villarum, castrorum, arcium, & fortalitiorum, quæ præfatum illustrissimum Dominium possidebat ante præsens bellum, ut supra, declarando tamen, quòd civitates Cremonæ & tota Glara Abduæ cum suis districtibus & territoriis, & omnibus locis, castris, villis, fortalitiis, fluminibus & aquis suis, quæ omnia ante præsens bellum possidebantur ab

Illustrissimo Dominio Veneto, & antea per quondam dominum Ludovicum Sfortiam, quæ vigore septimi capituli primæ confœderationis pervenerunt in manus illustrissimi Dominii Venetiarum, sint & esse intelligantur & remaneant serenissimo & christianissimo Regi præfato, ac illustrissimum Dominium Venetorum cedit & transfert omne jus præfato serenissimo & christianissimo Regi, & successoribus suis, tam maribus quàm fœminis. Crema autem cum toto suo territorio, & similiter Bergomum & Brixia cum territoriis suis, castra, fortalitia, villæ, aquæ, flumina, jurisdictiones, & omnia alia loca, quæ prius possidebantur ab illustrissimo Dominio Veneto, sint & esse liberè intelligantur illustrissimi Principis & Dominii Venetorum, & serenissimus & christianissimus Rex cedit & transfert omne jus suum, si quod fortè haberet præfato serenissimo & illustrissimo Venetorum Dominio: dicta autem loca, arces, terræ, urbes, & fortalitia, quæ recuperabuntur, tam pertinentia & spectantia christianissimæ Regiæ Majestati, quàm illustrissimo Dominio Venetorum, prout de die in diem recuperabuntur, ita consignentur immediatè & remaneant in manibus dominorum suorum, ut supra.

Item. Conventum & promissum fuit, quòd circa defensionem communium statuum in Italia, tractari debeat & concludi cum deputatis aut deputandis à Christianissima Majestate Sua, cum deputatis aut deputandis ab illustrissimo Dominio Venetorum, & per illum modum & formam quæ ambabus partibus visa fuerit conveniens, procedendo semper in omnibus sincerè & bona fide, prout inter bonos & veros amicos decet.

Item. Conventum & provisum fuit, quòd subditi civitatum & locorum Lombardiæ spectantium illustrissimo Dominio Veneto, qui causa Christianissimæ Regiæ Majestatis exularent, & eorum bona confiscata, seu suspensa, aut quovis modo impedita fuissent, ab ipso illustrissimo Dominio ab exilio liberentur, & eorum bona ipsis restituantur, sicuti erant ante præsens bellum. Et similiter, si subditi civitatum & locorum prædictorum Lombardiæ causa illustrissimi Dominii præfati exules essent facti à Christianissima Majestate, & eorum bona quæ haberent in locis & dominiis Christianissimæ Majestatis essent confiscata, vel suspensa, aut quovis modo impedita, quòd revocentur ab exilio à Christianiss. Majestate, & in bonis suis existentibus in locis & dominijs Christianissimæ Majestatis restituantur.

Item. Circa artillarias quæ reperientur in Brixia, & in aliis locis & fortalitiis spectantibus illustrissimo Dominio, de cætero recuperandis, conventum & firmatum fuit, quod artellariæ quæ fuissent Christianissimæ Majestatis, sint & esse debeant ipsius Christrianissimi Regis.

Item. Quòd tam stipendiati, quàm nobiles, cives, & subditi illustrissimi Dominii Venetiarum, captivi regii & qui in regno Franciæ, & in cæteris dominiis Majestatis Suæ reperientur, liberè & immediatè relaxentur, prout convenit veræ amicitiæ & confœderationi, quæ nunc firmatur inter prædictas partes. Ut similiter omnes stipendiarii, nobiles, cives, & subditi Christianissimæ Majestatis, qui forent captivi in urbibus illustrissimi Dominii, liberè & immediatè relaxentur.

Item. Conclusum & firmatum fuit, quod in reliquis omnibus habeatur relatio ad capitula præcedentis allianciæ, confœderationis, & ligæ, quæ quidem capitula firmata, renovata, & stabilita remaneant in suo robore & vigore in partibus non repugnantibus recuperationi statuum ambarum partium, ut supra, & præsentibus capitulis & tractatui.

Et promiserunt prædictæ partes, videlicet ipse Christianissimus Rex personaliter, & præfati magnificus & clarissimus dominus Andreas Gritti, &c. & circumspectus Aloisius Petri, secretarius, nomine præfati Dominii, &c. Datum in nostro Ducali Palatio die 11. aprilis 1513.

TRAITE' DE PAIX ENTRE LE ROI LOUIS XII. ET HENRI VIII. Roi d'Angleterre. A Londres le 7. aoust 1514.

Angleterre. 1514. *7. aoust.*

IMPRIMIS, quòd bonæ, sinceræ, firmæ & perfectæ sint & inviolabiliter habeantur & observentur pax, amicitia, fœdera & concordia inter potentissimos Reges antedictos eorumdemque regna, civitates, patrias, terras & dominia, castra, villas, territoria, oppida, & loca quocumque modo per eorumdem regum unum alterumve habita, tenta, possessa, vel occupata, interque eorum hæredes & successores, vassallos, incolas, habitatores atque subditos suos, ac quoscumque alligatos & confœderatos utriusque, per præsentem tractatum pacis inferius comprehensos, per terram, mare, portus maris, aquas dulces, & ubique locorum; ita quòd omnes injuriæ, molestationes, & gravamina, offensæ ac damna quæcumque uni Principum prædictorum, ejusve regnis, patriis, terris, castris, villis, oppidis, civitatibus, territoriis ac dominiis, incolis, habitantibus aut subditis, dicti belli sive guerræ occasione, per alterum Principem ejusve subditos, armigeros, gentes armorum alligatos aut confœderatos quoscumque, quoviscumque modo aut occasione quacumque, per terram, mare, vel aquas dulces qualitercumque, quandocumque, aut ubicumque facta & illata penitùs aboleantur, & utrinque per quemlibet Principum prædictorum omninò remittantur, & per præsentes abolentur, delentur, & remittuntur, & ita ab eorumdem memoria prorsus deleantur, ut neuter Principum prædictorum ejusve subditus aut confœderatus, ut præfertur, cujuscumque status, gradus aut conditionis existat, alteri Principi, ejusve confœderatis prædictis, aut eorum subditis, ejus rei gratia, quicquam vultu, verbo, facto aut nutu improperet aut impingat, aut quovismodo seu quæsito colore id vindicare contendat, aut præsumat, aut per alios directè vel indirectè vindicari procuret, aut sinat.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quod dictæ amicitiæ, pax, & fœdera suum habeant & sortiantur effectum immediatè post datam præsentium, & durent vita utriusque regum prædictorum durante, & per unum annum integrum post mortem Principis primò morientis. Teneaturque successor Principis primò morientis infra dictum annum Principi superstiti mortem prædecessoris sui significare, & eumdem per litteras suas manu sua subscriptas certiorem facere, utrum hanc amicitiam & pacem ad ulteriora & ampliora tempora prorogare, an de novo inire, & contrahere velit & intendat.

Item. Quòd durante termino prædicto bella, guerræ, hostilitates, & inimicitiæ quæcumque inter præfatos Reges eorumdemque hæredes & successores, vassallos, subditos, & confœderatos quoscumque, qui per præsentem tractatum, ut præmittitur, inferiùs comprehendentur, eorumque subditos, necnon inter illustrissima regna, patrias, terras, dominia, castra, villas, territoria, civitates, & oppida quæcumque per eorumdem Regum unum alterumve nunc habita, tenta,

possessa aut occupata, eorumque habitatores & incolas quoscumque, per terram, mare, littora, maris & aquas dulces, ac ubique locorum omninò cessabunt.

Item. Quòd omnes & singuli utriusque dictorum Principum, eorumdemque hæredum & successorum, aut eorum alterius, ipsorumque alligatorum in hac parte comprehensorum vassalli, & subditi, dictorumque regnorum, patriarum, terrarum, dominiorum, castellorum, villarum, territoriorum, civitatum, & oppidorum incolæ & habitatores, sive sint Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, Barones, Mercatores, aut cujusvis status conditionisve existant, durante pace antedicta ubique locorum sese mutuis officiis prosequantur, & honesta affectione pertractent, possintque liberè, tutè & securè, absque ulla offensa, salvo conductu, sive licentia, ubique perlustrare, per terram, mare, & aquas dulces navigare hinc inde atque ad patrias, dominia, portus, & districtus quoscumque utriusque ipsorum Principum citra & ultra mare accedere, dum tamen numerum armatorum centum simul non excedant; licebitque eisdem quamdiu voluerint ibinam morari, mercari, merces, mercimonia, arma, & jocalia quæcumque (si statuta municipalia ante hac sancita non obstent) emere, vendere, ac ut eis placuerit, illinc ad partes proprias, vel alibi liberè quotiens duxerint abeundum, abire cum suis aut conductitiis vel commodatis navigiis, plaustris, vehiculis, equis, armaturis, mercimoniis, sarcinulis, bonisque & rebus suis quibuscumque, absque ullo impedimendo, offensa, arestatione, etiam ob causam marcæ, contramarcæ, represaliarum, aut alia districtione quacumque, tam in terra, quàm in mari, & in aquis dulcibus, quemadmodum patriis in propriis hæc omnia facerent, aut eis facere liceret.

Item. Quòd omnia munera sive onera ab aliquo dictorum Principum in cujusvis eorum patriarum sive dominiorum partibus citra aut infra quinquaginta & duos annos ante datam præsentium imposita mercatoribus, aut subditis alterius Principis, ejusve hæredum & successorum nociva, durante hac pace, penitùs sint extincta; & quòd talia aut consimilia, hac amicitia durante, amodò non imponantur; salvis tamen semper quoad alia omnibus regionum, urbium, & locorum statutis & consuetudinibus, quibus nihil quoad eorum jura per præmissa derogatum censeatur.

Item. Quòd omnes mercatores, etiam Veneti & Florentini, possint per mare & aquas dulces armati pro custodia & tuitione suorum corporum, bonorum, navium, & mercium, vel non armati cum suis propriis mercibus, aut alienis, in navibus, carracis, aut galeis propriis, sive alienis, in regna Franciæ & Angliæ, & eorum alterum, sive utrumque tutè, liberè & securè venire, & ab hinc quo velint abire, durante amicitia antedicta, quandocumque & quotienscumque voluerint, absque violentia, disturbio, molestia, aut gravamine quocumque per dictos Angliæ & Francorum Reges, sive eorum aliquem, aut eorum hæredes & successores, sive ipsorum aut alicujus eorum subditos quoscumque.

Item. Dicti ambassiatores & commissarii Angliæ & Franciæ Principum prædictorum pro Principibus suis & nomine eorum promiserunt, & per præsentes promittunt, quòd durante termino præsentis tractatus, neuter dictorum Principum contra alium, ejusve alligatos & confœderatos, aut contra regna, patrias, terras, dominia, castra, villas, territoria, civitates, & oppida quæcumque, per eorum unum aut alterum nunc habita, tenta, possessa aut occupata, eorumve habitatores aut incolas, quicquam aget, faciet, tractabit, vel attentabit quocumque in loco;

five in terra, five in mari, occasione quacumque, nullique præstabit auxilium, consilium vel assensum, quòd per alium vel alios aliquid fiat, agatur, tractetur vel attentetur in præjudicium vel damnum alterius, ejusve, ut prædictum est, alligatorum & confœderatorum. Et si per alterum eorum secus fiat, aut aliqua belli suspicio contra alterum ejusve, ut prædictum est, alligatos & confœderatos præbeatur, Princeps sic in contrarium aliquid attentans, vel belli suspicionem inferens, super hoc admonitus & requisitus, illico illam belli suspicionem auferet & incontinenti amovebit,

Item. Quòd deinceps in villa Calisiæ, Castellis de Hames & Guines, vel in aliquibus portubus alisve locis quibuscumque sub obedientia Regis Angliæ, sive citra, sive ultra mare existentibus, non recipiantur, manuteneantur, aut favorisentur aliqui armigeri, aut gentes armorum quæcumque facientes aut exercentes latrocinia, deprædationes, furta, excursus, piratias, aut malefacta, contra effectum præsentis tractatus, per terras, mare, & aquas dulces, super & contra subditos præfati Regis Francorum, ejusve alligatorum & confœderatorum subsequenter comprehensorum, aut eorum bona quæcumque, & pari eodemque modo in villis Boloniæ, Ardres, Montoire, Fiennes, aut in aliquibus portubus alisve locis quibuscumque sub obedientia Regis Francorum existentibus, nullatenus recipiantur, manuteneantur, aut favorisentur aliqui armigeri aut gentes armorum quæcumque, facientes aut exercentes latrocinia, deprædationes, furta, excursus, piratias, aut malefacta, contra effectum præsentis tractatus, per terram, mare, aut aquas dulces, super & contra subditos præfati Regis Angliæ, ejusve alligatorum & confœderatorum subsequenter comprehensorum, regna, patrias, terras, dominia, castra, villas, territoria, civitates, & oppida, aut eorum bona quæcumque. Et casu quo secus fiat, uterque Principum prædictorum, eorumve amicitiæ conservatores, (causa summariè & de plano sine figura judicii cognita) pro parte sua, & quatenus per se aut subditos suos aliquid fuerit in contrarium attentatum, plenam, integram & & promptam faciet justitiam, restitutionem, & reparationem.

Item. Si per hujusmodi armigeros aut gentes armorum præter seu contra præmissa aliqui prisonarii fuerint captivati, gentes arrestati, aut bona quæcumque capta, & causa hujusmodi captionis aut arrestationis propter rationabilem aliquam causam non possit tam summariè discuti & terminari: tunc & in ipso casu primò & ante omnia per conservatores subscriptos, eorumve commissarios, aut locorum judices, procedetur ad hujusmodi prisonariorum & arrestatorum ac bonorum captorum liberationem & recredentiam seu restitutionem, præstita tamen sufficienti cautione arbitrio præfatorum conservatorum, commissariorum, & judicum.

Item. Quòd ex neutrius Principum prædictorum Cancellaria aut alia curia imposterum concedantur aliquæ litteræ represaliarum, marcæ aut contramarcæ, nisi super & contra principales delinquentes & eorum bona, eorumve fautores, & hoc in casu manifestæ denegationis justitiæ, de qua per litteras summationis aut requisitionis, & prout de jure requiritur sufficienter constabit. Neuterque regum prædictorum, eorumve officialis justitiarum aut minister, ab aliquo regnorum, patriarum, civitatum, villarum, castrorum, oppidorum, dominiorum, territoriorum aut locorum per aliquem eorumdem Angliæ & Francorum Regum, ut præmittitur, habitorum, tentorum, possessorum, aut occupatorum, aut ab eorum incolis, habitatoribus, vel subditis, quicquam ratione dominii, superioritatis,

appellationis, jurisdictionis, ressorti, aut alterius juris, aut causæ cujuscumque, petet, exiget, vindicabit, recipiet, aut quoquo modo admittet.

Item. Quòd si durante pace, & amicitiis præfatis, aliquid contra vires & effectus earumdem per terram, mare, aut aquas dulces, per Principes prædictos, eorumve vassallos, subditos, aut alligatos in iis amicitiis comprehensos, aut eorum subditos, vel vassallos, regna, patrias, terras, dominia, castra, villas, territoria, civitates, & oppida, per eorumdem Principum unum alterumve nunc tenta, possessa, aut occupata, eorumque habitatores & incolas quoscumque, fuerit attentatum, actum, aut gestum, nihilominus tamen hæc pax sive amicitia in suis viribus, durante termino præsentis tractatus, permanebit, & damna resarcientur, attentata reformabuntur, & capta restituentur. Et pro ipsis attentatis solummodo puniantur ipsi attentatores & damnificantes, & non alii.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd neuter Principum prædictorum quicquam aget, faciet, tractabit, vel attentabit, aut ab aliis agi, fieri, tractari, vel attentari permittet, faciet, aut consentiet, quocumque in loco, sive in terris, sive in mari, portubus maris, vel aquis dulcibus, occasione quacumque, nullumque præstabit auxilium, consilium, favorem, vel assensum, quòd per alium vel alios quoscumque aliquid fiat, agatur, vel attentetur, directè vel indirectè, tacitè, vel occultè, in injuriam, præjudicium aut damnum alterius, ejusve hæredum aut successorum, regnorum, patriarum, terrarum, dominiorum, castrorum, villarum, territoriorum, civitatum, aut oppidorum, sicut præmittitur, per eorum aliquem habitorum, tentorum, occupatorum, vel possessorum. Sed quibuscumque, sicut præmittitur, contra unum illorum aliquid molientibus, agentibus, tractantibus, vel attentantibus, alter expressè & cum effectu contradicet, renitetur, obstabit, & impedimentum realiter, & quantum poterit, præstabit.

Item. Quod dictis amicitiis durantibus neuter Regum prædictorum quovis modo receptabit, aut retinebit, nec à subditis suis eorum alter receptari aut retineri permittet aliquos rebelles, sive proditores, de crimine læsæ majestatis suspectos, aut transfugas, ex subditis alterius dictorum Regum scelestam factionem contra alterum dictorum Regum machinantes, nec hujusmodi rebellibus, sive proditoribus, rebelli, sive proditori, qui in aliquem locum obedientiæ dictorum Regum, seu alterius eorumdem, declinaverint, seu declinaverit, quovis modo dabit consilium, auxilium, vel favorem, subsidium aut assistentiam, sed eum, aut eos infra viginti dies, postea quàm per litteras alterius eorumdem, cujus hujusmodi rebelles, aut rebellis, subditi, aut subditus, extiterint, sive extiterit, alter eorum requisitus fuerit, eum vel eos litterarum hujusmodi requisitionis latori, aut alii ad hoc in hujusmodi litteris nominato sive deputato tradet, restituet, & liberabit, tradive, restitui & liberari faciet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præfati Reges pro tuitione & defensione personarum suarum & statuum, regnorum, patriarum, terrarum, dominiorum, civitatum, oppidorum, villarum, castrorum, & territoriorum suorum, nunc per eorum unum, sive alterum tentorum, habitorum, possessorum, sive occupatorum, contra invasores & hostiles aggressores quoscumque, sine fraude, dolo, dissimulatione, aut alio colore quocumque, sint & erunt de cætero, durante vita utriusque, amicorum amici, & inimicorum inimici,

sine exceptione aliqua, non obstantibus quibuscumque tractatibus, ligis, allegianciis, amicitiis, & confederationibus, per eorum unum, sive alterum habitis, contractis, conclusis, & quoquo modo confirmatis, aut posthac habendis, contrahendis, sive confirmandis cum quibuscumque principibus, cujuscumque status, gradus, aut dignitatis existant, aut communitatibus, qualescumque fuerint, aut erunt; & si aliquis vel aliqui cujuscumque status, gradus, aut conditionis existat, vel existant, etiamsi utriusque, vel alterius eorum consanguineus, affinis, confederatus, aut alligatus, consanguinei, affines, confederati, & alligati, fuerit, vel fuerint, & quocumque necessitudinis vinculo utrimque, aut eorum alterum attingat, sive attingant, regna, patrias, dominia, terras, castra, civitates, oppida, villas, aut territoria, per eos, vel eorum alterum, nunc habita, possessa, tenta, aut occupata, per viam guerræ hostiliter invaserit, vel aggressus fuerit, invaserint, sive aggressi fuerint, aut injuriam, vel damnum alteri principum prædictorum, ejusve subditis, incolis, sive habitatoribus, infra regna, patrias, dominia, terras, castra, civitates, oppida, villas, aut territoria prædicta inferre aut facere voluerit, vel attentaverit, voluerint, vel attentaverint, princeps non invasus bona fide, realiter, & cum effectu, Principem sic hostiliter invasum pro tuitione & defensione sua, auxiliis militaribus gentium armorum quotiens, & quando opus fuerit, & quanto citiùs commodè poterit, postquam debitè requisitus fuerit, sumptibus tamen & expensis auxilium petentis, aut requirentis, (habitâ tamen temporis, loci, & status rerum suarum ratione) adjuvabit modo & forma sequentibus. Videlicet Rex Angliæ, Francorum Regi, sicut præfertur, invaso, pro guerra, seu bello ad defensionem suam, ut præfertur per terram gerendis dabit decem millia architenentium, aut aliorum peditum sufficienter armatorum, aut alium minorem numerum quemcumque, si & quatenus petantur, & requirantur, petatur aut requiratur, & pro bello navali, ut præfertur, gerendo quinque millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad bellum hujusmodi aptis, atque bombardis, sive tormentis bellicis, pulvere, lapidibus, telis, victualibus, armamentis, & aliis quibuscumque ad bellum navale gerendum necessariis sufficienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, aut alium numerum minorem quemcumque, si & quatenus petantur aut requirantur, petatur aut requiratur, sumptibus tamen & expensis petentis aut requirentis. Et præfatus Ludovicus, Francorum Rex prædicto Regi Angliæ, pro guerra sive bello ad defensionem, ut prædicitur, per terram gerendo, dabit mille & ducentas lanceas armis, equis validis, & aliis more gallico sufficienter apparatas & instructas, quæ ascendunt ad numerum decem millium equitum, vel alium numerum inferiorem quemcumque, si & quatenus petantur & requirantur, petatur aut requiratur; & pro bello navali ad defensionem gerendo, quinque millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad bellum hujusmodi aptis, atque bombardis, sive tormentis, & aliis quibuscumque ad bellum gerendum necessariis, sufficienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus petantur aut requirantur, petatur aut requiratur, sumptibus tamen & expensis petentis aut requirentis,

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dicti Reges, pro juribus suis in regnis, patriis, terris, dominiis, civitatibus, oppidis, villis, & territoriis per alios detentis & occupatis recuperandis, unus alteri bona fide, realiter,

liter, & cum effectu, suppetias & auxilium gentis armorum dabit & concedet, quanto citiùs commodè poterit, postquam debitè ad hoc requisitus fuerit, sumptibus tamen & expensis petentis aut requirentis, modo & forma sequentibus. Videlicet dictus Rex Angliæ, præfato Regi Ludovico, ad jus suum, ut præfertur, recuperandum, pro bello per terram gerendo, dabit quinque millia architenentium, aut aliorum peditum sufficienter armatorum, & quemlibet numerum inferiorem, si & quatenus petantur & requirantur, petatur & requiratur; & pro bello navali, ad jus suum, ut præfertur, recuperandum, similiter quinque millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad hujusmodi bellum aptis, atque bombardis, sive tormentis bellicis, pulvere, lapidibus, telis, victualibus, armamentis, & aliis quibuscumque ad bellum gerendum necessariis, sufficienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus petantur aut petatur, sumptibus tamen & expensis petentis aut requirentis: & præfatus Ludovicus Rex, prædicto Regi Angliæ, pro guerra sive bello ad jus suum, ut præfertur, recuperandum, per terram gerendo, dabit sexcentas lanceas armis, equis validis, & aliis more gallico sufficienter apparatas & instructas, quæ ascendunt ad quinque millia equitum, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus tot petantur & requirantur; & pro bello navali similiter ad jus suum recuperandum, quinque millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad bellum hujusmodi aptis, atque bombardis sive tormentis bellicis, pulvere, lapidibus, telis, victualibus, armamentis, & aliis quibuscumque ad bellum gerendum necessariis, sufficienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus tot petantur; sumptibus tamen & expensis petentis aut requirentis.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si causa & occasione hujus tractatus amicitiæ, vel alicujus alterius tractatus cujuscumque inter præfatos Reges nunc initi, habiti, facti, & conclusi de data præsentium, contra eorum unum guerra sive bellum ortum, gestum, aut motum fuerit per alium Principem quemcumque, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existat, etiamsi consanguineus, affinis, aut confœderatus & alligatus fuerit utriusque, aut eorum alterius, & quocumque necessitudinis vinculo utrumque, sive alterum attingat, & Rex ille, contra quem hujusmodi guerra sive bellum movetur, alium Regem in verbo regio, & super honore suo, per litteras suas certiorem reddiderit guerram, sive bellum pro hujusmodi causa moveri, stabitur hujusmodi certificationi; & Rex sic factus certior, bonâ fide, realiter, & cum effectu, illi cui guerra sive bellum, sicut præfertur, movebitur, suppetias & auxilium gentis armorum sumptibus suis propriis dabit & concedet, quotiens & quando opus fuerit, & quantò citius commodè poterit, postquam super hoc certior factus, & debitè requisitus fuerit, modo & formâ sequentibus. Videlicet præfatus Rex Angliæ, dicto Regi Ludovico, si bellum aut guerra contra eum causa, vel occasione prædicta, per quemcumque alium Principem, ut præfertur, moveatur: pro bello navali, hoc casu gerendo sumptibus & expensis suis propriis, dabit & concedet sex millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad hujusmodi bellum aptis, atque bombardis, sive tormentis bellicis, pulvere, lapidibus, telis, victualibus, armamentis, & aliis quibuscumque ad bellum gerendum necessariis, suffi-

cienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus petantur vel petatur. Et præfatus Ludovicus Rex prædicto Regi Angliæ, si bellum aut guerra contra eum, causa vel occasione prædicta, per quemcumque alium Principem, ut præfertur, moveatur: pro bello navali hoc casu gerendo sumptibus & expensis suis propriis dabit & concedet sex millia hominum sufficienter armatorum, cum navibus ad hujusmodi bellum aptis, atque bombardis sive tormentis bellicis, pulvere, lapidibus, telis, victualibus, armamentis, & aliis quibuscumque ad bellum gerendum necessariis, sufficienter instructis, & tanto hominum numero convenientibus, & quemlibet numerum minorem, si & quatenus petantur & petatur.

Item. Quòd si de communi & expresso consensu, assensu & concordia utriusque Regum prædictorum contra alium Principem, vel Principes cujuscumque status, gradus, dignitatis, aut præeminentiæ existat vel existant, aut contra comm unitates quascumque, bellum sive guerram simul inferri aut moveri contigerit, neuter eorum tractatum, pacem, treugam, inducias, aut appuntamentum quodcumque cum illo, vel illis, contra quem, vel quos, hujusmodi bellum sive guerra sic motum, illatum, aut gestum fuerit, aut cum eorum hominibus, commissariis, vel deputatis faciet, vel fieri procurabit aut consentiet, sine utriusque eorum sententia, consensu, assensu, & voluntate expressis.

Item. Quòd in præsenti tractatu pacis & amicitiæ comprehendantur amici, alligati, & confederati utriusque partis subsequenter nominati. Videlicet pro parte Regis Angliæ, Sanctissimus Dominus noster Leo decimus, Pontifex maximus, Ecclesia Romana, & Sancta Sedes Apostolica, Bononia, & omnia oppida, civitates, castra, villæ, & territoria ad patrimonium sancti Petri, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ spectantia, & quoquo modo pertinentia; sacrum Imperium, & illustrissimus Princeps Carolus, Princeps Castellæ, Archidux Austriæ, &c. ejusque hæredes & successores, necnon illustrissima domina, domina Margareta, Imperatoris filia, & prædicti Principis amita, Archiducissa Austriæ, &c. ac omnia & singula ejusdem principis castella, dominia, ducatus, comitatus, civitates, & oppida, villæ, territoria, & alia quæcumque sub obedientia dicti Principis existentia, ac omnes ejus subditi, incolæ, & habitatores quicumque (salvis juribus superioritatis, ressorti, & aliis juribus eidem Regi Christianissimo competentibus, & absque istorum jurium præjudicio) Rex Daciæ, nec non Clivensis, Juliacensis, & Venetorum Duces, Dominia Venetorum & Florentinorum, Communitas & Societas Hansæ Teutonicæ; Antonius, dominus de Linguine, & Helvetii, sive Svvetenses. Et pro parte Regis Francorum, Sanctissimus Dominus noster Papa Leo decimus, Ecclesia Romana, ac Sancta Sedes Apostolica; sacrum Imperium, Reges ac Regina Hungariæ, Portugalliæ, Daciæ, Navarræ, & Scotiæ, Duces Sabaudiæ, Lotaringiæ, Gueldriæ, Dux, & Dominium Venetorum, Dominium Florentiæ, Episcopus Leodiensis, Marchiones Mantuæ, Montisferrati, & Saluciarum, ac Dominus de Sedano.

Item. Quamvis dictus Rex & Regnum Scotiæ fuerint comprehensi & nominati pro parte dicti Christianissimi Regis Francorum, fuit tamen & est expressè conventum & concordatum, quòd si præfatus Rex Scotiæ, aut ejusdem Regis locumtenens, vel gardianus Marchiæ, vel Marchiarum, cum quocumque numero,

vel aliquis alius ſubditus, vel aliqui alii ſubditi dicti Regis Scotiæ, mandato aut permiſſione prædicti Regis, locumtenentis, vel gardiani, ſimili modo cum quocumque numero poſt quintum decimum diem menſis ſeptembris proximè futuri (quem quidem terminum præfati oratores Chriſtianiſſimi Regis habent, & ſuper ſe aſſumpſerunt ad præfatum Regem Scotiæ, vel ejus Conſilium ſuper hujuſmodi comprehenſione, & ejus conditionibus certificandum,) hoſtiliter vel violenter invaſerit, vel invaſerint, aut excurſum fecerit, vel fecerint, in regnum Angliæ, & ſuper ſubditos ejuſdem, homicidium, incendium, deprædationes, vel violentias fecerit, vel fecerint, hujuſmodi comprehenſio eo ipſo pro nulla habeatur; vel ſi aliquis ſubditus, vel ſubditi prædicti Regis Scotiæ, ſine mandato vel permiſſione ejuſdem Regis, ejuſve locumtenentis vel gardiani, cum numero trecentarum perſonarum, vel ſupra, hoſtiliter, vel violenter invaſerit, vel invaſerint, aut excurſum fecerit, vel fecerint in regnum Angliæ, & ſuper ſubditos ejuſdem homicidium, incendium, furtum, vel rapinam fecerit vel fecerint, & præfatus Rex Scotiæ ejuſve locumtenens, vel gardianus Marchiæ, vel Marchiarum eorum, qui hujuſmodi invavaſionem, vel excurſum fecerint, ſuper hoc per Gardianum, vel locum tenentem Marchiæ vel Marchiarum regni Angliæ, intra quam vel quas facta eſt hujuſmodi invaſio vel excurſus, admonitus, vel ſummonitus infra quadraginta dies ex tunc proximè ſequentes ablata non reſtituerit, damna non reſarcierit, & juſtitiam ſecundum exigentiam & merita cauſæ, ac juxta & ſecundum ritum, leges, & conſuetudines Marchiarum illarum tempore ultimæ pacis in hujuſmodi caſibus obſervatas & uſitatas, non fecerit, prædicta comprehenſio ſimiliter pro nulla habeatur. Si verò cum minori numero fiant hujuſmodi invaſiones, excurſus, homicidia, deprædationes, vel violentiæ, fiat juſtitia modo & forma contentis in tractatibus ultimæ pacis. Et pari modo Rex Angliæ, ejuſque locumtenentes, gardiani Marchiarum, & ſubditi ejuſdem Regis Angliæ, à prædictis homicidio, incendio, deprædationibus, violentiis, furtis vel rapinis abſtinebunt, & erga Regem Scotiæ, & ejuſdem Regis ſubditos in omnibus, & per omnia, æqualiter & modo prædictis ſe habebunt, & habere tenebuntur. Quod verò ad mutuam converſationem, commercium, & mercium intercurſum inter ſubditos utriuſque regni ſpectat, iidem ſubditi, in omnibus & per omnia ſe mutuò habebunt & tractabunt, prout tempore ultimæ pacis ſe habere & tractare debebant & tenebantur.

Item. Quod alligati & confederati prædicti, videlicet præfatus Rex Scotiæ, & Princeps Caſtellæ infra tres, reliqui verò ab una vel altera parte comprehenſi, ſalvo Sanctiſſimo Domino noſtro ſupradicto, qui abſque termini præfinitione ſit comprehenſus, infra duodecim menſes, datam præſentis tractatus proximè & immediatè ſequentes, per litteras ſuas magnis ſigillis ſuis ſigillatas, & manibus ſuis ſignatas Principi eos comprehendenti, ſi per ipſum voluerint comprehendi, declarabunt & ſignificabunt. Idemque Princeps alteri Principi infra dictos tres menſes quoad Regem Scotiæ, & Principem Caſtellæ; & quoad reliquos, infra duodecim menſes, per litteras ſuas magnis ſigillis ſuis ſigillatas, & manibus ſuis ſignatas, præfatis litteris dictæ comprehenſionis declaratoriis annexas, eamdem declarationem notificabit & ſignificabit.

Item. Actum eſt & concordatum, quòd ſupradicti, pro comprehenſis alligatis & confederatis nominati, non comprehendantur in quantum concernit ducatum

Mediolani, Dominium Genevæ, Comitatum Astensem, & alias terras & dominia in Lombardia existentia, in quibus dictus Rex Francorum jus prætendit.

Item. Conventum & concordatum est, quòd præfatus Christianissimus Rex Ludovicus, tempore confirmationis præsentis tractatus, omnia & singula privilegia mercatoribus Anglicis, intra civitatem Burdegalensem, eis per eumdem Regem, aut ejus prædecessores, antehac concessa, & per eum confirmata ratificabit & confirmabit; & si & quatenus petatur, de novo concedet in tam amplis modo & forma, quàm aliquando habuerunt, aut usi fuerunt.

Item. Pro firmiori & inviolabili prædictorum pacis, amicitiæ, & fœderum observantia & conservatione, electi & nominati sunt ex parte serenissimi Regis Angliæ Cancellarius, Thesaurarius, Custos privati sigilli, Admirallus, Custos quinque portuum Angliæ, & locumtenens, vel deputatus Regis Angliæ villæ Calisiæ, pro tempore existentes; & pro parte ipsius Christianissimi Francorum Regis, electi & nominati sunt pro patria & ducatu Aquitaniæ, dominus Dux de Valois, Comes Engolismensis, locumtenens generalis dicti Christianissimi Regis, & etiam pro aliis terris, patriis & dominiis, in quibus non reperientur alii conservatores nominati; pro Picardia, dominus de Piennes, locumtenens Regis, & gubernator in dicta patria; pro lingua Occitana, dominus Dux Burbonii, locumtenens & gubernator in dicta patria; pro Burgundia, dominus de la Tremoille, locumtenens & gubernator in dicta patria; pro Normannia, dominus Magnus Senescallus, locumtenens Regis in dicta patria; pro Britannia, dominus de Rieux, Marescallus, & locumtenens Regis in dicta patria; pro Campania, dominus d'Orval, locumtenens & gubernator in dicta patria; pro mari, Admiraldi Franciæ, Aquitaniæ, & Britanniæ. Qui quidem conservatores dictorum Principum, & utriusque eorum, & duo aut unus ipsorum, ex parte saltem Principis subditorum damnificantium, qui super hæc requirentur, habeat, seu habeant autoritatem & potestatem virtute hujus tractatus ipsos damnificantes coram se vocandi & examinandi, & ipsos sic examinatos, secundùm quod justitia exigit & requirit, conveniendi & puniendi, ac etiam damna contra vires hujus tractatus illata una cum expensis damnificatorum reficiendi & reparandi. Et si contingat, ipsos conservatores per ipsos Principes, sicut præmittitur, nominatos, vel ipsos commissarios super reformatione aliquorum dictorum attentatorum fore discordes, & inter eos superinde concordare non volentes, quod eo ipso & ex tunc causa illa referatur Consilio Principis subditorum sic damnificantium, aut si opus sit, utriusque Principis, dum tamen dicta causa sive coram conservatoribus, aut unius vel utriusque Principis Consilio ventilanda summariè & de plano coram eis examinetur, & felici marte terminetur, & dictorum conservatorum pro utraque parte sententiæ interlocutoriæ & diffinitivæ, præcepta, & decreta, incontinenti & indilatè dabuntur executioni, non obstantibus appellationibus quibuscumque.

Item. Quod uterque Principum prædictorum, quando per oratores, sive commissarios alterius Principis sufficientem autoritatem habentes, ad hoc debitè requisitus fuerit, & in eorum præsentia tactis sacro-sanctis evangeliis juramentum corporale præstabit, quòd omnia & singula in præsenti tractatu specificata & contenta bene & fideliter observabit, & adimplebit & suis subditis, quatenus ipsos tangunt, aut tangere poterunt, observari & adimpleri faciet cum effectu.

Item. Concordatum & conclusum est, quòd uterque Principum prædictorum præsentem amicitiam, ligam, & confœderationem infra quindecim dies datam præsentium proximè sequentes in insignibus regni sui civitatibus, portubus maris, & oppidis publicabit, aut publicari faciet realiter & cum effectu.

Item. Quòd præfatus illustrissimus Rex Angliæ præsentem amicitiam, sic inter eum, & illustrissimum Francorum Regem, ut præmittitur, contractam, atque omnia & singula capitula prædicta in iis litteris contenta, per litteras suas patentes suo magno sigillo sigillatas, manuque propria subscriptas, & juramento vallatas, ratificabit & confirmabit, ipsam que amicitiam, & dicta capitula sic per eum ratificata, confirmata, & jurata, per tres status regni Angliæ, videlicet per Prælatos & Clerum, Nobiles, & Communitates ejusdem regni ritè & debitè convocatos, in primo & proximo Parlamento post datam præsentium celebrando, ratificari & confirmari faciet; & pariformiter serenissimus Rex Francorum, amicitiam & capitula antedicta per suas litteras patentes magno suo sigillo sigillatas, ac manu propria subscriptas, & juramento vallatas, ratificabit & confirmabit. Ipsamque amicitiam & capitula per eum confirmata, ratificata, & jurata per tres status regni sui Franciæ, videlicet per Prelatos & Clerum, Nobiles, & Communitates ejusdem regni ritè & debitè convocatos, infra tres menses dictum Parlamentum in Anglia celebrandum proximè & immediatè sequentes, ratificari & confirmari faciet. Quòdque uterque Principum prædictorum amicitiam, & omnia capitula ante dicta per Sedem Apostolicam, & autoritatem ejusdem, infra duodecim menses proximè & immediatè datam præsentium sequentes, confirmari, vallari & roborari pro viribus procurabit, & cum effectu faciet. Et insuper uterque Principum prædictorum infra terminum supradictum duodecim mensium instanter, & cum effectu, per commissarium vel commissarios suos ad hoc sufficienter autorisatos, requiret summum Pontificem quod ferat sententiam excommunicationis, nunc pro tunc, & tunc pro nunc, in eum ex duobus Principibus prædictis, qui omnia & singula capitula in præsenti tractatu contenta, quatenus ipsum concernunt, non observaverit, præter & ultra sententiam interdicti in ejus regna, terras, patrias, & dominia, non obstante aliquo privilegio in genere, vel in specie illis, aut eorum alicui, per quod effectus præsentium quomodolibet impediri posset, sub quacumque verborum serie concesso, cui dicti Principes palam publicè & expressè renunciant, & cui nos nominibus eorumdem sufficienti autoritate in hac parte nobis attributa renunciamus expresse in his scriptis.

Item. Conventum & concordatum est, quòd prædictus Rex Angliæ omnia & singula præmissa ratificabit, autorisabit, & confirmabit, atque realiter & cum effectu pro parte sua exequetur & faciet quæ præmissorum tenor exiget & requiret, suasque litteras patentes inde debitè confectas magno suo sigillo munitas, & manu sua subscriptas, Christianissimo Francorum Regi, fratri & consanguineo suo carissimo, infra quadraginta dies datam præsentis tractatus proximè & immediatè sequentes, liberabit liberarive faciet. Et pari eodemque modo dictus Francorum Rex omnia & singula præmissa ratificabit, autorisabit, & confirmabit, atque realiter, & cum effectu pro parte sua exequetur & faciet quæ præmissorum tenor exiget & requiret, suasque litteras patentes inde debitè confectas magno suo sigillo munitas, & manu sua subscriptas, fratri & consanguineo suo carissimo Regi Angliæ supradicto, infra quadraginta dies datam præsentis tracta-

tus proximè & immediatè sequentes, liberabit liberarive faciet. Tenores verò commissionum de quibus supra fit mentio sequuntur in hæc verba. HENRICUS, Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, &c. LUDOVICUS, Dei gratia Francorum Rex &c. In quorum omnium & singulorum præmissorum testimonium atque fidem, nos oratores, ambassiatores, & commissarii potentissimi Regis Angliæ antedicti has litteras nostras patentes fieri fecimus, easdemque sigillis nostris unà cum appositione manuum nostrarum munivimus & roboravimus. Datum in civitate Londinensi, septimo die mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo decimo-quarto. *Plus bas*, facta diligenti collatione concordat cum originali Tractatu. Signé, *R. Toneis*, *& VV. E. Durand.*

CONTRAT DE MARIAGE ENTRE LE ROI LOUIS XII. & Marie d'Angleterre, solennellement publié dans l'Eglise des Celestins de Paris, & passé pardevant deux Notaires de Paris le quatorzieme septembre 1514.

Angleterre. 1514. 14. *sept.*

IN nomine Domini, amen. Hujus publici instrumenti serie cunctis pateat evidenter & sit notum, quòd anno ejusdem Domini millesimo quingentesimo decimo-quarto, indictione secunda, mensis vero septembris die decima-quarta, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Leonis divinâ providentiâ Papæ decimi anno secundo, in nostrûm notariorum publicorum subscriptorum testium infra nominatorum ad hæc vocatorum in Ecclesia Celestinensium Parisiis, & intra solemnia Missæ per reverendissimum in Christo patrem & dominum, dominum Renatum de Prie, tituli sanctæ Sabinæ, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiterum Cardinalem, Episcopum Baiocensem, alta voce celebratæ, præsentia personaliter existentes serenissimus & christianissimus Princeps dominus noster, dominus Ludovicus Dei gratia Francorum Rex, ex una; & nobilis & potens vir dominus Carolus, Comes VVigorniæ, dominus de Gomer, primus Cambellanus potentissimi & excellentissimi Principis domini Henrici, Angliæ Regis procurator, orator & ambassiator, ac nuncius specialis literatoriè constitutus præclarissimæ ac serenissimæ Principis ac dominæ, dominæ Mariæ, dicti domini Henrici Angliæ Regis sororis, per litteras procuratorias præfatæ dominæ Mariæ sua manu subscriptas, ac ejus sigillo rotundo in cera rubea cum duplici cauda pergamenea impendente sigillatas, quarum tenor sequitur,

MARIA Francorum Regina, & soror potentissimi invictissimique Regis Angliæ & Franciæ, universis & singulis præsentes litteras inspecturis salutem. Sciatis, quòd cùm in quodam tractatu matrimoniale de data septimi diei mensis augusti ultimi præteriti inter potentissimum & illustrissimum Angliæ & Franciæ Regem, fratrem nostrum carissimum, & christianissimum Principem Ludovicum Francorum Regem, maritum nostrum dilectissimum, per oratores suos ad hoc hinc inde sufficienter auctorisatos, concordato & concluso pro matrimonio inter nos, & dictum Christianissimum Regem, nunc maritum nostrum, tunc habendo & contrahendo inter cætera contineatur, quòd postquàm nos cum procuratore sive oratore dicti Christianissimi Regis ad hoc speciale mandatum

habente matrimonium per verba de præsenti contraxerimus, (quod quidem tertio decimo die mensis augusti ultimo præterito perquam libenter fecimus, ut per instrumenta publica desuper confecta satis luculenter constat) idem Christianissimus Rex Ludovicus cum oratore nostro, per nos sufficienter autorisato, ad eum in regnum Franciæ misso, similiter matrimonium per verba de præsenti contrahere debeat & teneatur, prout in quodam articulo desuper confecto pleniùs continetur. Nos igitur solennisationem ejusdem matrimonii magnopere cupientes, & quidquid nobis per dictum tractatum faciendum incumbit adimplere volentes, de industria, fidelitate, integritate, & singulari prudentia carissimi consanguinei nostri Caroli Comitis VVigorniæ, domini de Harbeos & de Gomer, primi Camerarii potentissimi fratris nostri prædicti, eundem Carolum carissimum consanguineum nostrum tenore præsentium fecimus, ordinavimus, & constituimus, fecimus, ordinamus, & constituimus nostrum verum & indubitatum procuratorem, oratorem, ambassiatorem, ac nuncium specialem, dantes & concedentes eidem popotestatem & mandatum speciale pro nobis & nomine nostro præfatum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum affidandi & desponsandi, fidem nostram spondendi & etiam per verba de præsenti matrimonium cum eodem Christianissimo Francorum Rege contrahendi, necnon omnes honestas solennitates dictum actum matrimonii per verba de præsenti concernentes, consideratis dignitatibus & excellentiis personarum contrahentium, & omnia alia, & singula necessaria seu opportuna dictum actum concernentia, & quæ nos si præsentes essemus, faceremus, & facere teneremur, faciendi, exercendi, & peragendi, promittentes bona fide & in verbo Principis, quòd quidquid per dictum Carolum consanguineum & procuratorem nostrum dictum, factum, promissum, gestumve fuerit, ratum, gratum, & firmum habebimus, & inviolabiliter observabimus. In quorum fidem & testimonium has litteras nostras patentes manu nostra subscripsimus, & sigilli nostri appensione communivimus. Datum in civitate Londinensi, vicesimo secundo die augusti, anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo. *Throk Martord.* Signatum, *Marie.*

EX altera parte idem dominus noster Rex cupiens, & summoperè, ut judicari poterat, desiderans matrimonium per generosum & illustrissimum Principem dominum Ludovicum d'Orleans, Ducem de Longavilla, Marchionem de Rotelin, magnum Franciæ Cambellanum, ipsius domini nostri Regis procuratorem, ambassiatorem & nuncium specialem, ejusque procuratorio nomine cum dicta domina Maria contractum personaliter contrahere, quandam membranam papiream, quam tunc suis tenebat manibus, gallico sermone conscriptam legit, dixit, & protulit voce alta & intelligibili, verba sequentia continentem.

JE Louis par vous Charles de Sombresset, Comte de VVorcestre, commissaire & procureur de tres haute & excellente Princesse Marie, sœur de tres-haut, tres-excellent & tres-puissant Prince le Roi d'Angleterre, à ce par sa commission & speciale procuration, presentement leur declarer & publier suffisamment constitué & ordonné, & vous moiennant, & à moi ce signifiant par ladite Marie à femme & épouse, & en elle je consens comme à ma femme & épouse, & à elle & à vous pour elle je promets, que dorénavant durant ma naturelle vie je l'au-

tai, tiendrai, & recevrai pour ma femme & épouse, & sur ce baille à elle & à vous pour elle ma foi. Quibus verbis, sicut præfertur, per præfatum dominum nostrum Regem lectis, dictis, & prolatis, idem dominus noster Rex & ambassiator suas manus dextera invicem tetigerunt, ac junxerunt; & iis sic actis præfatus dominus Carolus ambassiator, orator, ac procurator prænominatus, alteram membranam sermone gallico conscriptam, quam similiter suis tenebat manibus, alta voce & intelligibili dixit, legit, & protulit, verba sequentia continentem.

LA tres-haute & tres-excellente Princesse Marie, par la grace de Dieu Reine de France, & sœur de mon souverain Seigneur, par moi Charles de Sombresset, Comte de VVorcestre, son commissaire & procureur, à ce par sa commission & procuration speciale presentement lûë, declarée & publiée, suffisamment constitué & ordonné, & moi moiennant, & vous ce signifiant, vous prend Louis, à son mari & époux, & ma tres-redoutée Dame vous promet, & moi pour elle vous promets, que dorénavant, & durant sa naturelle vie, elle vous aura, obeira, tiendra & reputera pour son mari & époux, & sur ce en vertu & pouvoir dessusdit, elle & moi pour elle vous en baille sa foi. Quæ lecta & prolata idem dominus noster Rex, ac ambassiator suas manus dexteras invicem tetigerunt ac junxerunt; de quibus præmissis omnibus & singulis idem dominus noster Rex & ambassiator nomine quo supra petierunt, prout eorum quilibet petiit à nobis notariis publicis subscriptis, sibi fieri atque tradi publicum instrumentum seu publica instrumenta, unum vel plura. Acta fuerunt hæc in antedicta ecclesia Celestinensium, sub anno, indictione, mense, die, & Pontificatu prædictis, præsentibus dominis Francisco Britanniæ & Valesii Duce, & Comite Engolismensi; Ludovico de Borbonio, Principe de Rupegironis; Ludovico d'Orleans, Duce de Longavilla, & Marchione de Rotelin, magno Cambellano Franciæ; Joanne Stuart, Duce Albanensi; domino Ludovico de Graville, Admirali Franciæ; reverendissimo ac reverendis in Christo patribus dominis, Georgio de Ambasia, Archiepiscopo Rothomagensi; Stephano de Poncher, Parisiensi; & Erardo de Marchia Carnotensi & Leodinensi Episcopis; nobilibus viris dominis, Imberto de Batarnai, Cambellano dicti domini nostri Regis, ordinis milite domino temporali de Bouchagio; & Florimondo Robertet, etiam milite, Thesaurario Franciæ; antedicti domini nostri Regis Consiliariis, unà cum pluribus aliis testibus ad hæc vocatis.

ET ego Martinus Mesnard, Clericus Parisiis oriundus, in artibus Magister, publicus apostolica & imperiali auctoritatibus, venerabiliumque curiarum conservationis privilegiorum apostolicorum Universitatis & Episcopalis Parisiensis notarius, necnon dictæ Curiæ Episcopalis scriba juratus, quia præmissis omnibus, & singulis, dum ut supra scribuntur, dicerentur, agerentur & fierent, unà cum prænominatis testibus, ac notario infra scripto præsens fui. Ideò huic præsenti publico instrumento, manu aliena fideliter scripto, signum meum publicum & consuetum, unà cum signo & subscriptione dicti notarii infra scripti, apposui in fidem, robur, & testimonium veritatis præmissorum requisitus.

Et ego Joannes Cartier, Presbiter Diœcesis Carnotensis, in decretis Baccalaureus

reus, publicus apostolica & imperiali auctoritatibus venerabilisque curiæ Episcopalis Parisiensis notarius, ac ipsius curiæ Audientiarius juratus, quia præmissis omnibus & singulis, dum ut supra scribuntur dicerentur, agerentur & fierent unà cum prænominatis testibus, ac notario supra scripto præsens fui, idcirco huic præsenti publico instrumento manu aliena fideliter scripto signum meum publicum & consuetum unà cum signo & subscriptione dicti notarii supra scripti apposui, in fidem & testimonium præmissorum veritatis requisitus. Signé, *Menosnard & Cartier.*

DECLARATION DE L'EMPEREUR MAXIMILIEN, par laquelle il consent que Charles, Prince de Castille, soit compris dans le traité fait à Londres le 7. aoust 1514. *entre les Rois de France & d'Angleterre. A Inspruk, le premier octobre* 1514.

MAXIMILIANUS, divinâ favente clementiâ electus Romanorum Imperator semper augustus, ac Germaniæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, &c. Comes Palatinus, &c. Tenore præsentium profitemur & notum volumus esse omnibus, quòd cum in tractatu pacis concluso in civitate Londoniarum, die septima mensis augusti novissimè præteriti inter oratores, commissarios, procuratores & ambassiatores serenissimorum & potentissimorum Regum Francorum, & Angliæ, fratrum & consanguineorum nostrorum carissimorum expressè dicitur contineri, quòd inter cæteros confœderatos in dicto pacis tractatu comprehendatur serenissimus Carolus Hispaniarum Princeps, Archidux Austriæ, filius noster carissimus, ac omnia & singula ejus dominia, ducatus, comitatus, civitates & oppida, villæ, territoria, & alia quæcumque loca sub ejus obedientia constituta, seu existentia, ac omnes & singuli ejus subditi, incolæ & habitatores quicumque, dantes eidem Principi terminum trimestrem à data dicti tractatus immediatè sequentem, per litteras suas patentes eisdem serenissimis Regibus declarandi, si in tractatu pacis per eos facto comprehendi voluerit, prout in dictis articulis latiùs contineri dicitur. Nos igitur, qui præfati serenissimi Principis filii nostri carissimi, ejusque statuum, dominiorum, & bonorum quorumcumque tutelam, sive curam & legitimam administrationem gerimus, nostrum desuper consensum, auctoritatem, & decretum impartimur, concedentes & auctoritatem nostram præbentes eidem serenissimo Principi, licet absenti, ut pro se ducatibus, comitatibus, & quibuscumque patriis, dominiis, & subditis suis dictam pacem acceptet & approbet, ac per litteras suas patentes nostro communi sigillo sigillatas, & manu sua signatas declaret & significet præfatis serenissimis Regibus, quòd ipse vult & intendit in dicto tractatu comprehendi, & ejus beneficio uti, decernentes hujusceemodi declarationem & notificationem, per eundem serenissimum Principem fiendam, futuram ejusdem roboris & momenti, acsi dicto actui declarationis & notificationis personaliter nostram præstaremus auctoritatem, vel perinde acsi præfatus serenissimus Princeps esset legitimæ ætatis, tutorem vel curatorem non habens; harum testimonio litterarum sigilli nostri appensione munitarum. Datum

Autriche. 1514. 1. *octobre.*

in oppido nostro Inspruk, die prima mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo, regnorum nostrorum, Romani vicesimo nono, Hungariæ verò vicesimo quinto. Sic signatum sub plica, MAXIMILIANUS. Et supra plicam, ad mandatum domini Imperatoris proprium, *Rennier*. Plus bas, præsens copia collationata & concordata est cum suo vero originali per me. Signé, *Haneton*.

TRAITE' D'ALLIANCE ET CONFEDERATION entre le Roi Louis XII. & Jean & Caterine Roi & Reine de Navarre. A Paris le 20. mars 1514. & ratifié par la Reine le 26. mai 1515.

Navarre 1515. *26. mai.*

CATERINE, par la grace de Dieu Reine de Navarre, Dame de Bearn, Duchesse de Gandie, de Montblanc, & de Pegnafiel, Vicomtesse de Châtelbon, &c. A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Savoir faisons, que comme puis naguere entre le Tres-Chretien Roi de France François I. de ce nom, d'une part, & le Roi de Navarre nôtre seigneur & mari, au nom de lui & de nous, d'autre, ait été fait, conclu, & passé certain traité d'amitié, alliance, & confederation, & par icelui le Roi nôtredit seigneur & mari ait promis de faire par nous ratifier ledit traité d'amitié, alliance, & confederation, ainsi que plus amplement est contenu és lettres patentes, par ledit Roi nôtre seigneur & mari sur ce octroiées; desquelles la teneur s'ensuit.

JEAN, par la grace de Dieu Roi de Navarre, Seigneur de Bearn, Duc de Nemours, de Gandie, de Montblanc, & de Pegnafiel, Vicomte de Châtelbon, &c. A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Savoir faisons, que nous considerant & connoissant par effet les grands maux & inconveniens avenus par ci-devant, & qui peuvent avenir à cause des divisions, qui ont été & sont entre les Princes Chretiens; & au contraire les biens innumerables & inestimables, qui viennent & procedent de paix, union, & concorde: considerant aussi, que nous & nos predecesseurs de tout tems ont été en bonne paix, amitié, union, & concorde avec les feus Tres-Chretiens Rois de France, voulant ensuivre nosd. predecesseurs, avons remontré à Monsieur le Roi, le bon & grand desir, que nous & la Reine nôtre compagne avons eû & avons à lui, & à sa Couronne, & mêmement pour la proximité du sang, qui est entre nous; & afin d'ensuivre nosdits predecesseurs, & continuer ladite bonne amitié, paix, union, & concorde, que nous & nosdits predecesseurs ont & avons euë avec les feus Tres-Chretiens Rois de France, lui avons requis fût son bon plaisir d'accorder aucun traité d'amitié, alliance, intelligence, & confederation, tant en son nom, que de ses hoirs, & successeurs; promettant tant par nous, que par nôtredite compagne, & par nos successeurs mâles & femelles, icelles entretenir, observer & garder, promettant aussi faire ratifier, alloüer, & aprouver, & avoir pour agreables lesdites alliances à nôtredite compagne; lesquelles ledit Seigneur, pour l'amour & affection qu'il nous a porté & porte, nous a accordées, & nous aussi à lui, en la forme qui s'ensuit.

Et premierement, que bonne, seure amitié, alliance, confederation, & intelligence, sera & est faite, concluë, & accordée, entre ledit Seigneur, & ses successeurs, roiaume, duché de Bretagne, & autres duchez, comtez, terres & seigneuries, qui lui competent & apartiennent, pais, & sujets perpetuellement & à toûjours, d'une part: Et nous, & nôtredite compagne, nos enfans mâles & femelles, & nos successeurs, roiaume de Navarre, pais, terres & seigneuries, qui nous competent & apartiennent, & nos sujets, d'autre part; tellement que nous serons amis des amis, & ennemis des ennemis, les uns des autres, & ne pourons, ni nos hoirs, ni successeurs, pour quelque cause, couleur, & occasion que ce soit & puisse être, donner aide, secours, faveur, ni assistance aux ennemis dudit Seigneur, ni de sesdits successeurs, ni jamais faire guerre par nous, ni personne interposée, directement ou indirectement, ausdits roiaume, duché, autres pais, terres & seigneuries quelconques, audit Seigneur, ni à ses hoirs & successeurs apartenantes; mais serons tenus & obligez de secourir & aider de tout nôtre pouvoir ledit Seigneur, & ses hoirs & successeurs envers & contre tous, de quelque autorité, condition, ou dignité qu'ils soient, sans nul excepter, pour la tuition, garde, & défense dudit roiaume, duché de Bretagne, pais, sujets, terres & seigneuries étans deçà & delà les monts, audit Seigneur apartenantes, & qui lui peuvent competer & apartenir, & à ses successeurs. Et pareillement ledit Seigneur, ses hoirs & successeurs, seront tenus & obligez de faire le semblable envers nous, & nosdits successeurs, & nous aider & secourir de tout leur pouvoir envers & contre tous, de quelque état, qualité, condition, autorité, préeminence, ou dignité qu'ils soient, sans nul excepter, pour la seureté, garde & défense, & recouvrement de nôtredit roiaume, pais, terres & seigneuries, qui nous competent & apartiennent, & à nosdits enfans mâles & femelles. Et davantage, si ledit Seigneur a à besogner pour quelque affaire de nos gens & sujets, nous serons tenus de lui en envoier & bailler en tel nombre qu'il saura demander, & requerir à ses dépens.

Item. Et si aucun Prince, ou Princes étrangers, quel qui soit, vouloit passer par nosdits roiaume, pais, terres & seigneuries, pour venir faire la guerre contre ledit Seigneur, ou ses successeurs en son roiaume, pais, & seigneuries, nous ne lui donnerons passage, mais y obvierons de tout nôtre pouvoir; & s'il avenoit, que faire ne le puissions, nous en avertirons ledit Seigneur, & lui requerrons nous envoier gensdarmes, & autres aides, pour resister aux ennemis, qu'ils ne passent par nosdits roiaume, terres & seigneuries quelconques. Et pareillement ledit Seigneur, & ses successeurs, seront tenus & obligez de ne donner aucun passage à aucun Prince, ou Princes étrangers, qui voudroient passer par leurdit roiaume, pais, terres & seigneuries, pour nous venir faire la guerre à nosdits roiaume, terres & seigneuries quelconques; & s'ils n'avoient puissance pour y resister, ils nous en avertiront, pour aprés leur aider de nos gendarmes, & autres aides, en maniere qu'ils ne passent par leursdits roiaume, pais, terres, & seigneuries quelconques.

Item. A été traité & accordé, que tous les sujets de quelque qualité qu'ils soient dudit Seigneur, de ses successeurs, & de nous, & de nos successeurs, pouront dorenavant aller, frequenter, sejourner, & demeurer marchandement & autrement, ainsi que bon leur semblera, par terre, mer, & eaux douces, és pais &

obeissance l'un de l'autre, seurement & sauvement, sans que l'on leur puisse mettre ou donner aucun arrest, détourbier, ou empêchement en leurs personnes, marchandises, & biens quelconques, en paiant toutefois les droits & devoirs deûs & accoûtumez.

Item. Aussi a été traité & accordé, que en cette presente amitié, alliance, & confederation, sont & seront compris les alliez & confederez dudit Seigneur, & de nous, lesquels se pouront nommer dedans trois mois, & par lettres patentes bailler & signifier l'un à l'autre.

Item. Aussi a été traité & accordé, que dorenavant ledit Seigneur, ses hoirs & successeurs, & nous & nôtre compagne, & nos hoirs & successeurs, seront tenus & obligez nommer & comprendre les uns les autres respectivement és traitez, alliances, amitiez & confederations que nous traiterons ci-aprés avec quelque Prince, ou Potentat que ce soit. Toutes & chacunes lesquelles choses dessusdites en la forme & maniere qu'elles sont ci-dessus écrites, traitées, & accordées, ledit Seigneur pour lui & ses successeurs, & nous pour nous & nos successeurs, chacun par tant que lui touche & peut toucher, avons promis & juré, promettons & jurons sur le fust de la vraie Croix, & saints evangiles de Dieu, pour ce manuellement par nous touchez, & en parole de Roi, & sur nôtre honneur entretenir, garder, & observer entierement de point en point selon leur forme & teneur, sans par nous ni l'un de nous venir, ni souffrir venir au contraire, en quelque maniere, ni par quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit. Et outre, nous avons promis & juré comme dessus faire ratifier, aprouver, & avoir pour agreable ledit traité d'amitié, alliance & confederation ci-dessus mentionné, à la Reine nôtre compagne, & de ce faire envoier lettres signées de sa main, & scellées de son scel, dedans le premier jour de juin prochain venant, & à tout ce que dit est, entant que à nous & à nos successeurs touche, & peut toucher, tenir & entretenir, avons obligé & obligeons par cesdites presentes tous & chacuns nos biens, meubles & immeubles, presens & à venir. En témoin de ce avons signé cesdites presentes de nôtre main, & fait mettre nôtre scel; & nous a baillé ledit Seigneur de tout ce que dessus lettres patentes signées de sa main, & scellées de son scel. Donné à Paris le 20. jour de mars, l'an 1514. Ainsi signé dedans le repli, JEAN. Et au dessus d'icelui, Par le Roi, *De Lajus.*

POUR est-il, que nous ensuivant le vouloir du Roi nôtredit seigneur & mari, & par les considerations esdites lettres declarées, cejourdui, avons ratifié & ratifions, & avons eû & avons pour agreable ledit traité d'alliance & confederation par nôtredit seigneur & mari fait, conclu, & passé avec ledit Tres-Chretien Roi, & avons promis & juré, promettons & jurons sur la sainte Croix & evangiles de Dieu, manuellement par nous touchez, & en parole de Reine, entretenir, garder, & observer entierement ledit traité, d'alliance & confederation de point en point, selon sa forme & teneur, sans par nous venir, ni souffrir venir au contraire, en quelque maniere, ni par quelque cause, couleur, ni occasion que ce soit. En témoin de ce avons signé ces presentes de nôtre main, & fait mettre nôtre scel. Donné en nôtre château de Pau, le 26. jour de mai, l'an 1515. Signé, CATERINE. Et sur le repli : Par la Reine, l'Evêque de Conserans, &

les Seigneurs de Gerdereft, fenéchal de Bearn, & d'Andovins, & autres prefens, *De Domec.*

SOUS LE REGNE DE FRANCOIS I.

TRAITE' DE MARIAGE DE CHARLES D'AUTRICHE, depuis Roi d'Espagne, & Empereur, avec Madame Renée de France, fille du Roi Louis XII. A Paris le 24. mars 1514.

FRANCOIS, par la grace de Dieu Roi de France : A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme depuis nôtre avenement à la Couronne, & mêmement au retour de nôtre sacre & couronnement, nôtre tres-cher & tres-amé cousin le Prince d'Espagne, Archiduc d'Autriche, ait envoié pardevers Nous, Henri, comte de Nassau & de Vianden ; Michel de Croy, seigneur de saint-Pinon, cousins, ses Conseillers & Chevaliers de l'Ordre de la Toison ; Michel de Pavie, docteur en Theologie, doien de l'Eglise de Cambrai ; Philippes Dales, écuier, son Maître d'hôtel ; Mercurin de Gattinare, docteur ; Maître Jean Caulier, Maître des Requêtes de son hôtel ; & Gilles Vandesdamme, son secretaire, ses Ambassadeurs & Procureurs speciaux ; & par eux nous ait fait dire & declarer le desir & affection qu'il a, de vivre en toute bonne, vraie, entiere, & parfaite amitié avec nous ; & davantage d'y prendre alliance de mariage, si nôtre plaisir étoit y vouloir entendre, & lui bailler nôtre tres chere & tres-amée belle-sœur, Renée de France. Pourquoi nous reduisant en la memoire la proximité de sang & lignage, dont icelui nôtre cousin le Prince d'Espagne, nous attient, desirant vivre non seulement avec lui, mais avec tous autres Princes, en toute bonne amitié, aiant principalement regard au bien, qui vient & procede de paix & concorde, & au contraire aux maux & innumerables inconveniens, qui viennent & procedent de la guerre, avons pour ces causes été contens d'entendre à ladite amitié & mariage, & pour sur ce communiquer & traiter avec lesdits Ambassadeurs & Procureurs dudit Prince, avons commis, ordonné, & deputé de nôtre part, Antoine du Prat, Chevalier, Chancelier de France ; Jean d'Albret, Comte de Retel, seigneur d'Orval ; Odet de Foix, seigneur de Lautrec, nos cousins ; René, Bâtard de Savoie, nôtre oncle ; & Imbert de Batarnai, sieur du Bouchage, Chevalier de nôtre Ordre, tous nos conseillers & procureurs speciaux, quant à ce. Lesquels aprés plusieurs communications faites d'une part & d'autre, sont finalement condescendus à traiter, accorder, capituler, & passer les points, articles, chapitres, & convenances, tels, en la forme & maniere, qu'il est ci-aprés declaré.

Espagne. 1514. 24. mars.

AU nom & loüange de Dieu nôtre createur, de la glorieuse Vierge Marie, & de toute la Cour celeste, Amen. A tous presens & à venir, soit notoire & manifeste, comme tres-haut & tres-puissant Prince Charles, par la grace de Dieu Prince des Espagnes, & Archiduc d'Autriche, naguere venu en âge de puberté, étant par la tres-sacrée Majesté de l'Empereur, son seigneur & grand-

pere, émancipé, & mis hors de tutelle & mainbournie, & aiant pris à soi l'entiere administration & jouissance des païs & seigneuries à lui appartenans de la succession de feu tres-recommandée memoire le Roi Dom Philippes de Castille, son seigneur & pere, & fils dudit seigneur Empereur; & desirant sesdits pais & sujets entretenir en bonne paix, union, & tranquillité, considerant que quasi en un même instant, & au même tems, tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince François, premier de ce nom, Tres-Chretien Roi de France, a été élevé à la dignité roiale, & succedé à la Couronne, & que pour la correspondance & vicissitude desdites successions, contemporanees, avec la conformité de l'âge en jeunesse desdits deux Princes, entre lesquels n'avoit encore été entamé aucune pique ou inimitié, & ne s'étoient en rien offensez l'un l'autre, ains auroient la carte blanche d'un côté & d'autre, il esperoit par volonté divine se pouvoir trouver la conformité, union, & vicissitude des communes intentions & volontez intrinseques desdits Seigneurs, pour les joindre & allier perpetuellement ensemble, au bien & augmentation de toute la chose publique chretienne, & exaltation de la sainte foi Catolique; icelui seigneur Prince ait pour ce envoié devers ledit seigneur Roi, haut & puissant Seigneur Henri, comte de Nassau, & de Vianden, seigneur de Breda; & Messire Michel de Croy, sieur de saint-Py, ses Chambellans, Conseillers, & Chevaliers de son Ordre de la Toison d'Or, & autres dénommez ses Ambassadeurs, tant pour rendre son devoir de ce qu'il tient en fief de la Couronne de France, que pour lui supplier d'avoir ledit sieur Prince, ses pais, & sujets, en bonne amour, amitié, & intelligence: & pour fondement, seureté, & perpetuel lien d'icelle amitié, lui donner & accorder à mariage Madame Renée sa belle sœur, que ledit seigneur Prince tient être le plus grand & plus honorable parti de mariage, qu'il pouroit pour le tems present choisir en toute Chretienté; lesquelles offres & requêtes ledit seigneur Roi ait eû tres-agreables, même considerant ledit seigneur Prince être extrait de fleurs de lis & de la Couronne de France, & descendu d'Empereurs, & procréé de Roi & Reine, que par les successions qui lui sont écheuës, & autres qui lui sont apparentes, de lui écheoir & succeder ci-aprés, a & est apparent d'avoir tant de beaux, nobles & grands pais, roiaumes & seigneuries, que ledit sieur Roi de present ne pourroit plus hautement, ni plus grandement allier par mariage madite Dame Renée, qu'avec ledit seigneur Prince des Espagnes, & qu'il n'y a nul lien plus ferme, ni plus stable, pour la perpetuation & entiere conservation d'amitié, & union, entre lesdits Sieurs Roi & Prince, que par alliance & conjonction de mariage, qui est selon Dieu & selon nature; & aussi considerant, que les pais dudit seigneur Prince sont voisins & contigus aux païs & roiaume dudit Roi Tres-Chretien, & que selon les admonestemens que le Prince des Philosophes, Aristote, bailloit à Alexandre le Grand, pour la conservation & entretenement des roiaumes, seigneuries, & choses publiques, les amitiez, alliances, & compagnies se doivent faire, constituer, & établir entre ceux, qui sont tres-puissants, & soi aider les uns aux autres, & qui sont voisins, & se peuvent voir & converser ensemble, & soudainement se secourir, comme font lesdits sieurs Roi Tres-Chretien, & Prince des Espagne, en faisant laquelle amitié & alliance, soit vrai semblable que de tant plus elle doit être perdurable,

& porter bon fruit, puisque la racine est entiere, & non infectée d'aucune pique ou inimitié. Pour ce est-il que pour l'introduction, fondement perpetuel, & indissoluble seureté d'icelle amitié, alliance, union, & intelligence, entre les deputez dudit sieur Roi, & les Ambassadeurs dudit seigneur Prince, sous les bons plaisirs desdits seigneurs Roi & Prince, ont été avisez les articles desdits mariage & amitié, en la forme & maniere qui s'ensuit.

Premierement, Que le Roi & la Reine sa compagne, autorisée comme il appartient, d'un commun accord & consentement, en parole de Roi & Reine, & par solennelle stipulation promettront & jureront sur la vraie Croix, & sur les saints evangiles de Dieu, par eux & chacun d'eux corporellement touchez, & en la presence du saint Sacrement de l'Autel, & vrai Corps de nôtre sauveur & redempteur Jesus-Christ, sous les peines & obligations ci-dessous contenuës & écrites, faire, & procurer par effet, que Madame Renée, sœur de ladite Reine, & belle-sœur dudit Roi Tres-Chretien, aprés qu'elle aura accompli l'âge de sept ans, & durant la huitieme année de sondit âge, sera fiancée par paroles de futur à Monseigneur le Prince d'Espagne, & aprés icelle Dame Renée venuë à l'âge de douze ans complets, elle par parole de present prendra pour son legitime mari & époux, ledit seigneur Prince, avec les solennitez sur ce requises, si & entant que nôtre mere sainte Eglise s'y accorde & consente. Semblablement, les Ambassadeurs de Mondit sieur le Prince, en vertu du pouvoir qu'ils ont, & eux faisans forts pour ledit seigneur Prince leur maître, auquel ils feront ratifier & agréer en semblable forme tout le contenu en ce traité, promettront & jureront en la même maniere que dessus, que aiant icelle Dame Renée accompli l'âge de sept ans, & avant le laps de la huitieme année de sondit âge, icelui sieur Prince d'Espagne, par procureur aiant de lui pouvoir & mandement special, fiancera madite Dame Renée par paroles de futur, & aprés icelle Dame venuë en âge de douze ans complets, Mondit sieur le Prince par paroles de present, avec les solennitez sur ce requises, prendra madite Dame Renée à femme & épouse, si & entant que nôtre mere sainte Eglise s'y accorde & consente. Lequel mariage sera solennisé en face de nôtre mere sainte Eglise dedans deux mois aprés que icelle Dame aura accompli l'âge de douze ans; & au cas que pour la solennisation & perfection dudit mariage, fussent necessaires aucunes dispenses, elles seroient obtenuës & impetrées aux frais & dépens du Roi & de la Reine, avant lesdites fiançailles : & aprés que ledit seigneur Prince d'Espagne, aura en personne, ou par procureur, épousé ladite Dame Renée par paroles de present, seront tenus lesdits sieur Roi & Reine, pour l'accomplissement dudit mariage, faire mener & conduire icelle Dame Renée honorablement, & comme à son état appartient, & icelle rendre à leurs frais & dépens és païs de Mondit sieur le Prince d'Espagne, à savoir en la ville de Lille, au cas que Mondit sieur le Prince soit pour lors en la comté de Flandre, ou en ses païs à l'environ; & au cas que pour lors ledit seigneur Prince soit en Castille, ou autre lieu en Espagne, icelle Dame sera délivrée és villes de Baionne ou Narbonne, au choix dudit seigneur Prince; & ce dedans deux mois aprés que ladite Dame aura douze ans complets. Pour le dot de madite Dame Renée, tant pour le droit successif des côtez paternel & maternel, que pour la

dot à icelle appartenant du côté de la Couronne, comme fille de Roi, icelle Dame aura six cens mille écus d'or de poids au soleil, desquels six cens mille écus d'or, le Roi baillera en argent comptant, à Mondit seigneur le Prince, cent mille écus d'or au soleil, au jour de la solennisation & consommation dudit mariage; & autres cent mille écus d'or au soleil au bout de l'an, & icelui complet & revolu. Et pour les quatre cens mille écus restans, aura icelle Dame la duché de Berri, ensemble toutes ses appartenances & dépendances, pour en jouir par ses mains sans que le Roi y reserve aucune chose, fors la souveraineté, l'hommage lige, les Eglises catedrales, & autres de fondation roiale, les cas roiaux, & ceux dont par prevenance la connoissance appartient à ses Juges, desquels connoitra le Bailli de Saint-Pierre-le-monstier. Et quant aux Greniers à Sel, ledit Sieur Prince & Dame Renée les auront par grace, & en prendront lettres en la forme & maniere que font les autres Princes de France, & ce tant pour elle, que pour ses hoirs & successeurs quelconques, mâles & femelles descendans d'icelle, à rachat desdits quatre cens mille écus au soleil & de poids, à paier pour une fois par ledit sieur Roi ou ses successeurs. De laquelle duché de Berri, en la qualité que dessus, comme chose dotale, & sous la charge dudit rachat, jouira Monditsieur le Prince d'Espagne, incontinent que icelle Dame Renée lui sera renduë & delivrée, & que ledit mariage sera solennisé & parfait, comme dit est. Et outre ce, lesdits seigneur Roi & Reine seront tenus meubler, vétir, & enjoüailler ladite Dame Renée, de bons & suffisans meubles, habits, & joiaux, selon qu'il appartient à telle Dame, & à leur dignité roiale; moiennant ce que dessus, madite Dame Renée, elle venuë audit âge de douze ans complets, du consentement & autorité dudit Prince son époux & mari, & avant la consommation dudit mariage, renoncera entierement à tous droits de succession paternelle & maternelle, & autres quelconques, qui lui appartiennent de present, pour quelque cause ou occasion que ce soit, & qu'elle pourroit pretendre, demander, ou quereller esdites successions, & sur les biens de la Couronne, comme fille de France, avec les seuretez qui seront lors avisées par les parties. Et quant aux successions collaterales & transversales, qui lui pouroient écheoir ci aprés, pource que lesdits Ambassadeurs dudit seigneur Prince persistoient de les reserver, & qu'elles demeurassent saines & entieres; & de la part du Roi étoit persisté, que icelle Dame dût aussi à icelles renoncer, & quitter toutes successions, non seulement écheuës, mais aussi aux successions futures, & qui lui pouroient écheoir ci-aprés; a été avisé, que cette difficulté sera reservée jusques au tems desdites fiançailles, & lors entre lesdits sieurs Roi & Prince sera appointé & declaré, si ladite renonciation des successions futures se devra faire, ou non. Reciproquement du côté de Monditsieur le Prince, sera ladite Dame Renée doüée de la somme de vint-cinq mille écus d'or au soleil de rente annuelle, sa vie durant, qui lui sera assignée par Monditseigneur le Prince, ou ses heritiers, dedans ses pais étans du ressort du Roi, si avant que faire se poura; & le reste és pais plus prochains, les maisons & forteresses pour rien contées; desquelles y en aura une meublée ainsi qu'il appartient à son état, pour sa demeure; laquelle maison, & toutes autres, qui lui seront baillées & assignées, elle sera tenuë maintenir & entretenir en bon & suffisant état, comme

doüairiere

Toutes lesquelles choses ci-dessus contenuës & écrites, ainsi traitées, concluës, & accordées, Nous Ambassadeurs deputez desdits Seigneurs Rois Tres-Chretien, & Catolique, dessusnommez, en vertu de nos pouvoirs qui seront donnez l'un à l'autre, avons promis, & promettons faire ratifier, agréer, confirmer, approuver; & jurer par iceux Rois Tres-Chretien, & Catolique, chacun en nôtre regard, dedans le tems de six semaines prochainement venans, le tout selon & en ensuivant la forme & maniere qui dessus est declarée. En têmoin de ce, avons signé ce present traité de nos seins manuels, & sellé du sein de nos armes, en la ville & cité de Noion, le treizieme jour du mois d'aoust 1516. Ainsi signé, Artus Gouffier, l'Evêque de Paris. Jean Olivier. G. de Crouy. Jaq. le Sauvage, & P. Haneton.

Bulle du Pape Leon X. donnant l'absolution à François I. & à la Reine sa femme, de ce que le traité de mariage promis par eux de Madame Renée, avec le Roi d'Espagne, n'a été executé. A Rome le troisieme septembre 1516.

LEO, Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Illius qui pacis autor est vices in terris gerentes, ad ea vigilantiæ nostræ curas libenter convertimus, per quæ tunc inter Reges & Principes discordiarum fomenta extingui, & cujusvis altercationis evulsis seminibus pacis ac tranquillitatis dulcedo inter eos, & sibi subditos, conservari valeat. Sanè pro parte carissimorum in Christo filiorum nostrorum, Francisci Regis, & Claudiæ Reginæ Francorum Christianissimorum, nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet aliàs retroactis temporibus inter ipsos Franciscum Regem, & Claudiam Reginam, præfatos & carissimum in Christo filium nostrum Carolum, tunc Austriæ Ducem, & Flandriæ Comitem, nunc verò Castellæ & Legionis Regem, confederatio & liga, ac pacis tractatus, sub certis modo & forma tunc expressis initi, & eorum juramentis hinc inde etiam forsan cum Eucharistiæ sacramenti receptione vallati essent, per quos inter alia Franciscus Rex, & Claudia Regina, dilectam in Christo filiam, nobilem Domicellam Renatam de Francia, claræ memoriæ Ludovici, olim Francorum Regis, natam, eidem Carolo, Archiduci in uxorem dare, & Carolus Archidux, Renatam hujusmodi in uxorem ducere tenebantur. Tamen Franciscus, & Carolus, Reges præfati postmodum attendentes præmissa sufficiens pacis vinculum non obtinere, ad arctius pacis hujusmodi robur, & alios tractatus devenire intendunt, per quos inter cætera Franciscus Rex, & Claudia Regina, dilectam in Christo filiam Ludovicam de Francia, eorumdem

Le Pape. 1516. 3. sept.

Francisci Regis, & Claudiæ Reginæ, primogenitam, dicto Carolo Regi in uxorem tradere, & ipse Carolus Rex ipsam Ludovicam, quamprimùm septimum attigerit, per de futuro; quamprimum verò undecim cum dimidio suæ ætatis annos compleverit, per de præsenti verba, desponsare & in uxorem accipere, respectivè teneantur; quiquidem ultimo dicti tractatus ad effectum perduci nequeant juramentis obsistentibus supradictis. Quare, pro parte Francisci Regis, & Claudiæ Reginæ, præfatorum, nobis fuit humiliter supplicatum, ut eis juramenta prædicta relaxare, aliàsque eis in præmissis providere opportunè de benignitate apostolica dignaremur. NOS igitur ipsos Franciscum Regem, Claudiam Reginam, & eorum quemlibet, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causâ latis, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, hujusmodi supplicationibus inclinati, juramenta hujusmodi ad effectum prædictum, autoritate apostolica tenore præsentium relaxamus, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis & relaxationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ, apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1516. tertio idus septembris, Pontificatus nostri anno quarto, sub plumbo signatum, *Bembus*. Et sur le repli est écrit, *F. Bernardus*. Et sur le dos il y a, *Registrata apud me Bembum.*

TRAITE' ENTRE L'EMPEREUR MAXIMILIEN I. & Charles, Roi d'Espagne, d'une part, & le Roi François I. d'autre. A Cambrai le 11. mars 1516.

Autriche 1516. 11. mars.

CHARLES, par la grace de Dieu Roi de Castille, de Leon, de Grenade, d'Aragon, de Navarre, des deux Siciles, de Jerusalem, de Valence, de Majorque, de Sardaigne, de Corsique, &c. Archiduc d'Autriche, Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, de Stirie, de Carintie, de Carniole, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldre, Comte de Flandre, de Hasbourg, de Tirol, d'Artois, de Bourgogne, Palatin de Hainaut, Lantgrave d'Alsace, Prince de Suabe, Marquis de Burgau, & du Saint Empire, de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Kibourg, de Namur, & de Zutphen, Comte Seigneur de Frize, des Marches d'Esclavonie, de Port-naon, de Salins, & de Malines: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut. Comme à la convention naguere tenuë en la ville & cité de Cambrai entre les ambassadeurs, procureurs, commis, & deputez de tres-hauts, tres-excellens & tres-puissans Princes, Maximilien, par la grace de Dieu Empereur des Romains toûjours auguste, nôtre tres-cher seigneur & grand-pere, & François, par la même grace Tres-Chretien Roi de France, premier de ce nom, nôtre tres-cher frere & bon pere, & les nôtres, pour traiter entre nous trois Princes dessus nommez, de plus ferme, étroite, & seure amitié, alliance, & confederation, que n'avions euë auparavant; nosdits ambassadeurs, en vertu des pou-

voirs à eux donnez d'une part & d'autre, aprés plusieurs communications par eux sur ce tenuës, aient le onzieme jour de mars dernier passé, entre autres choses convenu, accordé,& conclu certaine nouvelle alliance, amitié, ligue, & confederation entre nous, en la forme & maniere contenuë & declarée és articles & chapitres, dont la teneur s'ensuit.

AU nom & à l'honneur & loüange de Dieu nôtre createur, de la tres-glorieuse Vierge Marie, & de toute la Cour celeste : A tous presens & à venir. Soit notoire & manifeste, que comme dés le mois d'aoust dernier passé, entre tres-hauts, tres-puissans,& tres-excellens Princes le Roi de France Tres-Chretien François I. de ce nom, d'une part; & le Roi Catolique Charles, Roi des Espagnes, d'autre, ait été fait, conclu,& arresté traité de paix, amitié, fraternité, alliance & confederation envers & contre tous; & depuis au mois de decembre ensuivant, ait été pareillement fait, conclu, & arrêté semblable traité de paix, amitié, fraternité, alliance, & confederation entre tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince Maximilien, par la grace de Dieu Empereur toûjours auguste, d'une part; & ledit Tres-Chretien Roi de France, d'autre; lesquels traitez, d'amitié, fraternité, alliance, & confederation ont été depuis solennellement jurez & ratifiez par lesdits trois Princes respectivement; neanmoins pour rendre encore lesdites amitiez, confederations, & alliances plus étroites, fermes, stables, & indossolubles, iceux trois Princes desirant de tout leur cœur demeurer vrais freres, & parfaits amis durant le cours de leurs vies, pour le bien, repos,& soulagement de leurs sujets, profit utilité, & paix universelle de toute la Chretienté, aient envoié en cette ville & cité de Cambrai, c'est à savoir, lesdits Seigneurs Empereur, & Roi Catolique,de leur part Messire Guillaume de Croy Chevalier de l'Ordre de la Toison d'or, Sieur de Chievres Grand & Premier Chambellan dudit Roi Catolique; Messire Jean le Sauvage, aussi Chevalier, Sieur d'Escambecque, Chancelier dudit Roi Catolique; Jâques Fillingher, Tresorier general des finances dudit Empereur, Sieur de sainte Croix; & Maître Philipe Haneton, premier Secretaire & Audiancier d'icelui Roi Catolique, aians de ce pouvoir & faculté; & ledit Seigneur Roi Tres-Chretien Messire Artus Gouffier, Chevalier de l'Ordre de saint Michel, Sieur de Boisy, Grand Maître de France, & Gouverneur du Dauphiné; Etienne de Poncher, Evêque de Paris; Maître Jâques Olivier, President en la Cour de Perlement à Paris; & Maître Florimond Robertet,Tresorier de France;aussi aians pouvoir suffisant quant à ce, lesquels ont été baillez les uns aux autres, lesquels pour & au nom d'eux ont fait & font ensemble nouvelle capitulation, ligue, confederation, alliance & fraternité perpetuelle en la maniere qui s'ensuit, le tout sans rien innover, ou deroger aucunement ausdits traitez de Noion & de Bruxelles, iceux demeurant en leur force & vertu, en tous leurs points & articles.

Premierement, a été traité, conclu,& accordé,que la vûë desdits trois Princes qui par ledit traité de Bruxelles avoit été accordée être faite dedans le jour de la Chandeleur derniere passée, a été & est pour aucunes bonnes, justes,& raisonnables cause avisées entre lesdits Princes remise & prorogée pour tout le mois d'avril prochainement venant, pour la faire à tel jour, lieu, & forme qu'il sera par lesdits Princes conclu & avisé; que lesdits trois Princes, pour mieux assurer, con-

firmer, & corroborer les amitiez, fraternitez, confederations, & alliances naguere prises entr'eux, & les rendre plus étroites, fermes, & stables, feront par ensemble nouvelle alliance, ligue, & confederation, par laquelle ils se lieront, declareront, & obligeront derechef & de nouvel, d'être doresnavant bons, vrais, & loiaux freres, amis, alliez, & confederez, amis d'amis, & ennemis d'ennemis, pour la garde, tuition, & défense de leurs états, roiaumes, païs, terres, seigneuries, & sujets, tant de deçà que delà les Monts; s'entraîmeront, cheriront, & garderont chacun bien & loiaument de tout leur pouvoir, la vie, l'honneur, & les états l'un de l'autre, sans fraude, dol, ou machination quelconque, & ne favoriseront quelque personne que ce soit, l'un alencontre de l'autre, mêmement ne donneront passage, aide, faveur, ou assistance, par leurs villes, & païs, soit de vivres, artillerie, gens, argent, ou autres choses quelconques, à celui ou ceux qui par invasion pouroient ou voudroient porter nuisance, dommage, ou grevance, à eux, leurs roiaumes, païs, seigneuries, & sujets, directement ou indirectement, en quelque maniere que ce soit; ains seront tenus aider, secourir, & assister l'un l'autre, de toute leur puissance, à ladite garde, tuition, & défense de leursdits états, roiaumes, pais, terres, & seigneuries, que à present ils tiennent & possedent, tiendront, & possederont ci-aprés, tant deçà que delà lesdits Monts, envers & contre tous, qui offenser & invader les voudroient, sans nuls excepter, chacun de six cens hommes, aux dépens de celui qui sera requis de donner secours à l'autre: & si aideront l'un à l'autre de pietons, aux dépens de celui qui les demandera, toutes & quantes fois que le cas y écherra, & que par celui d'eux qui sera invadé & endommagé, requis en sera, si-tôt que la sommation sera venuë à sa connoissance; pourveû toutefois que lesdits Princes ne fussent lors envahis en leurs propres états: Que lesdits Princes ne pouront doresnavant recepter ou recevoir en leur protection & sauvegarde, ni autrement soûtenir, favoriser, ou assister les rebelles sujets, bannis, ou fugitifs, l'un de l'autre, de quelque état, autorité, dignité, qualité, ou condition qu'ils soient, de gens, d'argent, ou d'autre chose quelconque, directement ou indirectement; ains si aucuns de leursdits sujets s'élevoient ou émouvoient contre eux, ou l'un d'eux, seront aussi tenus entr'aider, favoriser, & assister l'un l'autre, au reboutement, punition, & correction desdits rebelles, & à leur reduction à vraie & dûë obeïssance, de gens de cheval & de pied, en tel nombre, aux dépens, & en la maniere que dessus, sauf que ceux, qui déja sont au service desdits Princes, y pouront demeurer. Que pour resister aux Turcs, & autres ennemis de la sainte Foi Catolique, retirer & reduire à la Chretienté plusieurs roiaumes, provinces, pais, & seigneuries, qu'ils en ont ôtez & distraits, lesdits trois Princes dresseront pour l'expedition contre lesdits Turcs, chacun une bonne, grosse, & puissante armée, équipée d'artillerie, navires de guerre, & autres munitions necessaires, tant par mer que par terre, & pour executer icelle expedition au tems, & ainsi qu'ils aviseront & concluront à leurdite veuë. Que dedans six mois prochains venans, se tiendra une journée devers ledit Roi Tres-Chretien, & les deputez du Roi Catolique, sur les diferends qui peuvent estre entre l'Empereur, & les Venitiens, à laquelle journee chacunn des parties envoyera ses deputez pour remontrer son droit, & y voir ordonner & appointer, selon & en ensuivant la soumission par eux faite ausdits Rois Tres-Chretien & Catolique,

Catolique. Et ont lesdits trois Princes laissé & reservé lieu à nôtre Saint-Pere le Pape, pour entrer en cette presente ligue, alliance, & confederation, comme chef & protecteur d'icelle. Toutes lesquelles choses ci-dessus contenuës & écrites, ainsi traitées & accordées, lesdits sieurs de Chièvres, Chancelier, Tresorier, & Audiancier; & lesdits sieurs de Boisi, Evêque de Paris, President Olivier, & Tresorier de France dessus nommez, en vertu des pouvoirs, & és noms & qualitez que dessus, ont promis, & promettent faire ratifier, agréer, confirmer, & jurer par lesdits sieurs Empereur, Rois Tres-Chretien, & Catolique, chacun en son regard, dedans le mois d'avril prochain venant. En têmoin de ce, ont les dessusdits signé ces presentes de leurs mains, & fait sceller de leurs seaux en ladite ville & cité de Cambrai, l'onzieme jour de mars l'an 1516. Ainsi soussigné, *G. de Croy. J. le Sauvage. J. Villinger. Haneton. Artus Gouffier, l'Evêque de Paris, J. Olivier, Robertet.*

ET il soit entre autres choses contenu & declaré esdits articles, que ledit traité seroit par nous Princes dessus nommez, juré, confirmé, ratifié, & approuvé, & que d'icelle ratification, & confirmation, chacun de nous feront dépêcher, & délivrer ses lettres patentes à ce dûës & pertinentes. Savoir faisons, que nous considerant le grand & inestimable bien, utilité, & commodité qui par ledit traité peut avenir, tant à nous, comme à toute la Chretienté, aions ledit traité, & tout ce que par nosdits Ambassadeurs, Procureurs, Commis & Deputez, a été fait, besogné, accordé, & conclu en cette partie, pour agreable, Nous icelui traité, & tout le contenu és articles dessus inserez & transcrits, avons accepté, juré, loüé, agréé, confirmé, ratifié, & approuvé, acceptons, jurons, loüons, agréons, confirmons, ratifions, & approuvons par ces presentes, promettant par icelles en parole de Roi, sur nôtre foi & honneur, & pour autant que toucher nous peut, garder & observer, fournir, & accomplir inviolablement tout le contenu au traité dessusdit, selon sa forme & teneur, sans jamais faire ou aller, ni souffrir faire ou aller au contraire, en maniere quelconque, sauf que la veuë de nous trois Princes dessus nommez, mentionnée audit traité, & laquelle nonobstant autres occupations qui nous sont survenuës, n'avons pû faire ni accomplir au terme pour ce promis & limité par ledit traité, est d'un commun accord de nous trois, continuée, & remise à tels jour & lieu, que par lesdits Ambassadeurs, Procureurs, Commis, & Deputez, que Monditseigneur & grand pere & nous, envoierons bref devers ledit seigneur Roi Tres-Chretien, pour la ratification de cedit traité, sera convenu, accordé, & conclu avec icelui Roi Tres Chretien, ou ses Conseillers, tels qu'il lui plaira à ce deputer & ordonner; & ce sans prejudice dudit traité d'amitié, & icelui demeurant au surplus en sa force, vigueur, & vertu. En têmoin de ce nous avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre scel. Donné en nôtre ville de Lyere, le 14. jour de mai l'an de grace 1517. & de nôtre regne le second. Signé, CHARLES. Et sur le repli; par le Roi, VERDERUE. Et scellé sur double queuë d'un grand seau de cire rouge.

Ligue entre le Roi François I. & les Venitiens, en consequence du Traité de Blois du 23. mars 1512. faite le 8. Octobre 1517.

Venise. 1517. 8. *octob.* FRANCISCUS Dei gratiâ Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ Dominus, universis præsentes literas visuris ac inspecturis notum facimus, quòd nos pro corroboratione ac majori firmitate & declaratione tractatuum jam pridem factorum, conclusorum, & initorum inter quondam bonæ memoriæ Ludovicum Regem Christianissimum defunctum, socerum nostrum ex una; & inclitum Venetiarum Dominium ex alia; tractavimus & conclusimus cum prefato domino tractatum, cujus tenor sequitur, & est talis.

CHRISTI nomine invocato, amen. Noverint universi & singuli, quòd anno salutis 1517. die 8. mensis octobris ad laudem & gloriam omnipotentis Dei Salvatoris nostri, exaltationem atque amplitudinem Christianæ Religionis, honorem & commodum statuum Serenissimi ac Christianissimi Principis Domini Francisci, hujus nominis primi, Dei gratiâ Francorum Regis, Ducis Mediolani, & Genuæ Domini, & incliussimi Venetiarum Dominii, conventum & conclusum fuit inter prefatum Christianissimum Franciæ Regem, Mediolani ducem, & Genuæ Dominum, suo & successorum suorum nomine usque in infinitum, parte ex unâ; & magnificum & clarissimum dominum Joannem Baduarium, doctorem & equitem, syndicum, & procuratorem specialem illustrissimi domini Leonardi Lauredani, Ducis, atque excellentissimi Dominii Venetiarum, parte ex alterâ; quod quamvis fœdus, & liga aliàs inita, conclusa & signata Blesis die 23. martii, anno 1512. inter bonæ memoriæ quondam serenissimum Ludovicum Regem Christianissimum, ex unâ; & procuratores, necnon syndicos illustrissimi domini Leonardi Lauredani, & inclitissimi Venetiarum Dominii, ex alterâ; & postmodùm per dictum Ducem Venetiarum, die 11. aprilis, indictione primâ anni millesimi quingentesimi decimi-tertii Venetiis ratificata & approbata, & deinde per eumdem Ducem, post decessum dicti quondam bonæ memoriæ Ludovici Christianissimi Regis, iterùm approbata per literas diei 26. martii anni 1515. more romano computando, necnon pariter confirmata per jam dictum serenissimum & potentissimum Principem & Dominum, Franciscum primum hujus nominis, Regem Christianissimum, per suas patentes literas diei vicesimi-septimi mensis junii 1515. Summo tamen Pontifice Leone X. & bonis Ecclesiæ quoad offensam reservatis, ut suis literis eâdem die & anno per Robertetum secretarium receptis in præsentia magnifici domini Marci Danduli constat, sit firma & valida, & nullâ majori indigeat validitate. Tamen ad evidentiorem omnium notitiam, & ut omnes intelligant prefatos Serenissimum & Christianissimum Regem, & illustrissimum Ducem, & Dominium Venetiarum, arctissimo vinculo conjunctos esse, futurosque perpetuo & indissolubili nodo optimi sincerique fœderis vinctos, voluerunt præfatam ipsam ligam, sicut præfertur, initam & confirmatam, refirmare & renovare per presentem tractatum, sicque eam cum omnibus pactis, conditionibus, & articulis presenti tractatui non repugnantibus, refirmant, renovant, voluntque & intendunt eam remanere debere in suo robore & vigore, Summo tamen Pontifice Leone X. & bonis Ecclesiæ quoad offensam, ut suprâ, exceptis.

Verùm, cùm in præfato fœdere & alliancia sit capitulum dicens, quòd circa defensionem communium statuum in Italia tractari debeat & concludi cum deputatis aut deputandis à Christianissima Majestate, unà cum deputatis aut deputandis ab illustrissimo Dominio Venetiarum, per illum modum & formam, quæ ambabus partibus videbitur conveniens, procedendo semper in omnibus sincerè & bonâ fide, prout bonos & veros amicos decet, conveniens & necessarium visum est ambabus partibus antedictis, per præsentem tractatum dare modum & formam præfato capitulo. Ideóque præfatus invictissimus & christianissimus Rex Franciscus promittit & se obligat, habere & tenere in Italia continuè tam pacis tempore, quàm belli, ad conservationem, tutelam, & defensionem communium statuum in Italia lanceas octingentas more Galliæ; & si fortè evenerit quòd aliquis princeps, potentatus, dominia, communitates, seu quivis alius, quocunque nomine nuncupetur, etiamsi suprema dignitate fulgeret, bellum inferrent, vel inferret, & actualiter invaderent, vel invaderet statum, terras, vel dominia illustrissimi Dominii Venetiarum in Italia, se obligat & pollicetur, & obligatum esse vult, & intendit dare in auxilium & subsidium prefato illustrissimo Dominio prædictas lanceas octingentas, & etiam pedites sex millia, & unam bandam artilleriæ sufficientem & idoneam: & hæc omnia & singula sumptibus & expensis suis, videlicet ipsius Regis Christianissimi, usque ad bellum finitum; illustrissimus autem princeps, & excellentissimum Venetiarum Dominium promittit & se obligat habere & continuè tenere ad conservationem, tutelam, & defensionem communium statuum, tam tempore pacis, quàm belli, in Italia, octingentas lanceas more Italiæ.

Item, si occurreret, quòd aliquis princeps, potentatus, dominia, communitates, aut quivis alius, quocunque nomine nuncupetur, etiam si supremâ dignitate fulgeret, inferret vel inferrent bellum, & actualiter invaderet vel invaderent statum, terras vel dominia prefati Regis Christianissimi in Italia, pollicetur & se obligat, & obligatum esse vult, & intendit dare in auxilium & subsidium præfato Christianissimo Regi prædictas lanceas octingentas, & equites levis armaturæ quingentos, & pedites bonos, & in facto belli expertes, sex millia; item unam bandam artilleriæ sufficientem & idoneam: & hæc omnia sumptibus & expensis videlicet ipsius illustrissimi Dominii usque ad bellum finitum; & hoc promiserunt & promittunt suprascriptæ ambæ partes servare & adimplere, eveniente casu, bonâ & sincerâ fide, & sine aliqua exceptione, prout veros amicos, bonos, & excellentissimos decet.

Item, promiserunt ambæ partes, videlicet ipse Christianissimus Rex personaliter, & præfatus magnificus orator nomine prædictorum illustrissimi Ducis, & inclitissimi Dominii Venetiarum, & virtute mandati inferiùs inserti, bene, legaliter, & integrè custodiri facere & observare omnia & singula in præsenti tractatu contenta, & juraverunt supra sancta Dei evangelia, videlicet Christianissimus Rex pro se, & jam dictus orator in animam præfati illustrissimi Ducis, & inclitissimi Dominii Venetiarum, custodire, observare, & fideliter adimplere jam dictum tractatum.

In quorum testimonium, nos Franciscus Rex Christianissimus, has presentes manu nostrâ signatas sigillo nostro munire fecimus, & nos Joannes Baduarius, syndicus & procurator prædictus, signo nostro manuali subsignavimus, & sigillo nostro munivimus, anno & die, quibus suprà.

TRAITE' ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET HENRI VIII. Roi d'Angleterre, qui rend à la France Tournai, Mortagne, & Saint-Amand; & pour le mariage de François, Daufin, avec Marie, fille dudit Roi. A Londres le 4. octobre 1518.

Angleterre. 1518. 4. *octob.*

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint. Nos Thomas, Dux Nortfolciæ, magnus Thesaurarius, & Marescallus Angliæ; Thomas, Episcopus Dunelmensis, Custos privati sigilli potentissimi & invictissimi Principis domini nostri Henrici, Dei gratiâ Regis Angliæ & Franciæ, & domini Hiberniæ; Carolus, Comes VVigorniæ, & dominus de Herbert, & de Gorrer, & Camerarius dicti domini nostri Regis; Nicolaus, Episcopus Eliensis, Oratores, Commissarii, Procuratores, & Ambassiatores dicti potentissimi Regis domini nostri, ad infrà scripta sufficienter deputati & legitimè constituti, salutem. Cùm inter potentissimum & invictissimum Principem Henricum, Dei gratiâ Angliæ, & Christianissimum Principem Franciscum, eadem gratiâ Francorum Reges, indissolubilis amicitiæ, & pacis perpetuæ fœdera contracta, & conclusa fuerint, atque ad firmiorem eorumdem fœderum corroborationem affinitatis vincula per sponsalia, & matrimonium inter illustrissimam Principem dominam Mariam, dicti Regis Angliæ filiam unicam, & serenissimum Principem dominum Franciscum, Delphinum Franciæ, & dicti Christianissimi Regis filium, habendum & contrahendum superaddita fuerint. Quod quidem matrimonium, Deo bene favente, felicem & faustum in totius reipublicæ Christianæ tranquillitatem sortietur effectum.

Ob gratiam igitur & favorem dicti matrimonii conclusi, & ut omnia hinc inde tollantur, quæ possent inter præfatos Principes sinistram aliquam generare suspicionem, Nos præfati illustrissimi & potentissimi Principis, Consiliarii, Oratores, Commissarii, Procuratores, & Ambassiatores prædicti, pro traditione civitatis Tornacensis, unà cum territorio, & aliis ejusdem appendentiis, cum egregiis, & magnificis viris, Guillermo Gouffier, domino de Bonnivet, milite Ordinis, necnon Cambellano ordinario Christianissimi Francorum Regis, ac Admiraldo Franciæ; Stephano de Poncher, Episcopo Parisiensi; Francisco de Rupecaverdi, milite, domino de Campodenario, Senescallo Tolosæ, & gubernatore, Cambellano, ejusdem Christianissimi Francorum Regis; & Nicolao de Neufville, etiam milite, domino de Villeroi, Audienciario Franciæ, ac Secretario Financiarum, prædicti Christianissimi Regis, Oratoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Ambassiatoribus ejusdem ad infrà scripta sufficientem autoritatem habentibus, convenimus, concordavimus, & conclusimus, ac per præsentes convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Rex Angliæ, ejusve deputatus, sive deputati, sufficientem autoritatem ab eodem habens, vel habentes, tradet, seu tradi faciet intra quadraginta dies confirmationem præsentis tractatus proximè sequentes, præfato Francorum Regi, ejusve deputato, seu deputatis ad hoc sufficientem autoritatem habenti, vel habentibus, dictam civitatem Tornacensem, cum adjacenti suo territorio, Moritaniamque, & S. Aman-

dum, & jurisdictionem, superioritatem, ressortum, cum pertinentiis aliis universis, ad summam sexcentorum millium coronarum auri, boni auri & justi ponderis æstimatam, unaquaque corona valente in pecunia gallica triginta quinque solidos turonenses. Et pro eadem summa idem Rex Francorum se debitorem præfato Regi Angliæ, ac hæredibus, & successoribus suis per præsentes constituet, quam quidem summam sexcent. millium coronarum auri pro eadem civitate & territorio, cum suis pertinentiis quibuscumque, dicto Regi Angliæ, vel ejus hæredibus & successoribus, seu eorum deputatis, bene & fideliter solvet, seu solvi faciet, locis, terminis, modisque & forma sequentibus. Videlicet in die traditionis dictæ civitatis, quinquaginta millia francorum in coronis auri de sole, pro exoneratione militum tunc in præsidio existentium. Et in primo die maii ex tunc proximè & immediatè sequenti, in oppido Calesiæ, viginti quinque millia francorum in coronis auri de sole, & in primo die novembris ex tunc proximè & immediatè sequenti in dicto oppido Calesiæ, alia viginti quinque millia francorum in coronis auri de sole; & sic de sex mensibus in sex menses in dicto oppido Calesiæ, in terminis prædictis, viginti quinque millia Francorum in coronis auri de sole, donec & quo usque dicta integra summa sexcentorum millium coronarum boni auri, & justi ponderis, fuerit plene & integraliter soluta: pro qua quidem solutione, sicut præfertur, bene & fideliter, absque omni dolo, fraude, aut dilatione quacumque facienda, dictus Francorum Rex per litteras suas patentes, manu sua subscriptas, ac magno suo sigillo sigillatas, bona fide & in verbo Regis, obligabit se, hæredes & successores suos, regnum, terras, patrias, & dominia, ac bona sua quæcumque mobilia & immobilia, præsentia & futura ubicumque, subditosque suos, & eorum bona ubicumque fuerint reperta, renunciando in hac parte & expressè, ac in vim pacti, omni privilegio, cautelæ, juris beneficio, ac omnibus & singulis exceptionibus & defensionibus tàm juris, quàm facti quibuscumque, quibus præsentium effectus quomodolibet impediri possit; & quòd insuper ad omnium & singulorum præmissorum firmiorem observantiam præfatus Francorum Rex obligabit se sub pœnis Cameræ Apostolicæ, & per obligationem de nisi.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præfatus Rex Francorum coram aliquo judice ordinario pro tribunali sedente, ac duobus notariis publicis actorum scribis per eumdem judicem assumptis, ac aliis testibus ad hoc specialiter vocatis & rogatis, ac in præsentia commissarii, seu commissariorum præfati Regis Angliæ, ad hoc sufficienter deputati, sive deputatorum, intra quatuor menses datam præsentis tractatus proximè sequentes, personaliter comparebit, seque liberè, spontè & voluntariè submittet eidem judici, & ejus jurisdictioni & coërtioni, jurisdictionem ejusdem judicis prorogando, & coram eodem judice sic pro tribunali sedente, in præsentia commissarii seu commissariorum, notariorum & testium prædictorum, liberè, spontè, & ex certa sua scientia, tunc & ibidem recognoscet, & confitebitur palam, publicè, & expressè se ex contractu valido, efficaci, & à jure permisso, debere præfato Regi Angliæ, ejusque hæredibus & successoribus, summam sexcentorum millium coronarum boni auri, & justi ponderis, unaquaque corona valente in pecunia gallica triginta quinque solidos turonenses, solvendam locis, terminis, modis & formis in præsenti tractatu superiùs specificatis; effectualiterque requiret dictus Rex Francorum præfatum judicem tunc pro tribunali sedentem, ut in personam suam sententiam excommunicationis in scrip-

tis ferat & fulminet, ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc, nisi ut præfertur, præfatam summam sexcentorum millium coronarum boni & justi ponderis. valoris prædicti, & quamlibet ejus partem, locis, terminis, modis & forma prædictis solvat, aut solvi faciat; & quòd in eventu non solutionis hujusmodi, aut alicujus ejusdem partis, idem judex eum sic excommunicatum fuisse aut esse denunciet, & denunciari faciat & mandet; rogabitque insuper idem Rex notarios prædictos, ut super præmissis omnibus & singulis unum vel plura conficiant instrumentum, vel instrumenta, aut autenticum vel autentica, signis, & subscriptionibus eorum notariorum signatum seu signata, atque eumdem judicem similiter rogabit, ut idem instrumentum sigillo suo communiat, aut aliquo alio sigillo autentico ad suam specialem requisitionem communiri faciat & procuret. Quorum quidem instrumentorum unum in publicam formam, sicut præfertur, redactum & sigillatum commissario vel commissariis præfati Regis Angliæ tunc præsenti vel præsentibus, idem Rex Francorum tunc & ibidem tradet seu tradi faciet cum effectu.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes & singulæ injuriæ, molestationes, gravamina, damna, & offensæ quæcumque Regi Francorum, ejusve regno, patriis, villis, oppidis, civitatibus, terris, territoriis, & dominiis, incolis & habitantibus eorumdem, aut subditis quibuscumque ejusdem Regis Francorum, per cives, incolas, habitatores, aut subditos dictæ civitatis Tornacensis & territorii ejusdem, armigeros, gentes armorum quoscumque, sive pedites, sive equites, præfato Regi Angliæ, aut dictæ civitati, tempore quo dicta civitas fuit sub ditione Regis Angliæ servientes, cujuscumque nationis aut patriæ extiterunt, quovis modo & occasione quacumque, per terram, mare, & aquas dulces, qualitercumque, quandocumque, aut ubicumque, ante datam præsentium, factæ & illatæ penitùs per dictum Francorum Regem aboleantur & remittantur, & per præsentes abolentur & remittuntur, ita ut ab ejusdem memoria prorsùs deleantur. Quòdque dictus Francorum Rex, ejusve subditus, aut confœderatus quicumque, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existat, eisdem civibus, incolis, habitatoribus aut subditis dictæ civitatis Tornacensis, & territorii ejusdem, aut armigeris, gentibus armorum, sive peditibus, sive equitibus quibuscumque, præfato Regi Angliæ aut dictæ civitati, tempore, quo dicta civitas fuit sub ditione ejusdem Regis Angliæ, servientibus, ejus rei gratia quicquam vultu, verbo, facto, aut nutu improperet, exprobret, aut impingat, vel quovis modo seu quæsito colore id vindicare vel ulcisci contendat, aut præsumat. vel per alios, directè vel indirectè, seu quovis alio quæsito colore vindicare vel ulcisci procuret, aut sinat.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd cives, incolæ, & habitatores dictæ civitatis Tornacensis, & territorii ejusdem, erunt in eadem & consimili, ac tanta libertate, in omnibus & per omnia, in qua fuerunt, antequam dicta civitas & territorium ejusdem in ditionem Regis Angliæ devenit; & quòd dictus Rex Angliæ eosdem omnes & singulos ab omni obedientia, & juramento fidelitatis sibi præstitis, penitùs exonerabit, liberabit & absolvet, prout per præsentes exonerat, liberat & absolvit, ita quòd omnes & singuli cives, incolæ & habitatores dictæ civitatis, & territorii, adeò quietè, & pacificè vivant & civitatem cum territorio de dicto Rege Francorum eisdem modo & forma, & adeò liberè teneant, sicut priùs tenuerunt, & vixerunt, antequam in manus & potestatem Regis Angliæ pervenerunt.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd cùm cives Tornacenses, & ejusdem incolæ, & habitatores, in traditione dictæ civitatis & territorii in manus præfati Regis Angliæ facta, promiserunt eidem summam quinquaginta millium coronarum auri solvendam eidem, hæredibus, aut successoribus suis certis locis, & terminis tunc conventis; cujus quidem summa certa portio, & pars residua est, & restat insoluta: dictus Francorum Rex de residuo dictæ summæ nondum solutæ se debitorem Regi Angliæ, ejusque hæredibus & successoribus constituit, & eamdem summam pro dicta civitate, & nomine ejusdem, præfato Regi Angliæ, ejusque hæredibus & successoribus in oppido Calesiæ, terminis & modis tunc conventis solvet, seu solvi faciet, absque omni dolo, fraude, aut dilatione quacumque.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ante traditionem dictæ civitatis in manus præfati Regis Gallorum, dictus Rex Angliæ, ejusque deputatus, sive deputati possit & debeat, ac possint & debeant omnes bombardas, tormenta bellica, pulveres, lapides, pila ferrea & plumbea, ac alia instrumentorum bellicorum, sive armorum invasivorum aut defensivorum genera quæcumque, quocumque nomine censeantur, necnon victualia, omniaque & singula alia per præfatum Regem Angliæ, & ejus deputatos pro tuitione, defensione, & salvâ custodia dictæ civitatis, & territorii, vel alia quacumque causa, empta, parata, sive ordinata, & inibi reposita, absque impedimento, molestatione, gravamine, aut contradictione juris, vel facti præfati Regis Francorum, sive civium, aut inhabitantium dictæ civitatis, & territorii, aut alicujus alterius ejusdem Regis subditi, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existat, liberè & quietè abducere, asportare, & transvehere, per terram, mare, & aquas dulces dicti regni Franciæ, in regnum Angliæ, sive ad oppidum Calesiæ, aut locum alium quemcumque, quotiens, quando, & quocumque modo voluerit, aut maluerit. Et quod præfatus Rex Francorum quemcumque, sive quoscumque molestantes, gravantes, & contradicentes, sive impedire, molestare, gravare, & contradicere volentes, sive conantes, realiter, & cum effectu impediet, & eisdem absque omni quæsito colore resistet. Et quòd prædictus Gallorum Rex, pro antedicta transvectione instrumentorum bellicorum, & cæterorum præmissorum, per subditos suos provisionem fieri faciet, tam hominum, equorum, & curruum, quàm cimbarum, plaustrorum, navium, & aliorum quorumcumque, ad transvectionem eorumdem necessariorum, ad expensas tamen dicti Regis Angliæ.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si per præfatum Regem Francorum, aut per alium suæ partis quemcumque, vel per aliquem alium modum, quàm per mortem illustrissimorum principum, Francisci, Delphini, dicti Francorum Regis primogeniti, & dominæ Mariæ, dicti Regis Angliæ filiæ, steterit, quominus matrimonium inter eosdem, vel alios eorumdem Regum liberos, in alio tractatu matrimoniali de data præsentium per dictos Angliæ, & Francorum Reges, initum, & conclusum, debitum sortiatur effectum, tunc præfatus Francorum Rex, ejusve hæredes, aut successores, dictam civitatem Tornacensem cum adjacenti suo territorio, superioritate, ressorto, jurisdictione, aliisque suis juribus, & pertinentiis universis, unà cum fructibus medio tempore perceptis, nulla habita ratione reparationum per dictum Francorum Regem interim factarum, eidem Regi Angliæ, seu hæredibus & successoribus suis, ejusve, seu eorum deputato,

seu deputatis, absque omni dilatione, dolo, fraude, malo ingenio, aut contradictione quacumque, realiter & cum effectu immediatè restituet & tradet, vel restitui & tradi faciet, in eodem statu & libertate, quo fuit tempore, quo de manibus Regis Angliæ eamdem recepit: eruntque cives dictæ civitatis, & territorii ejusdem, ab omni superioritate, ressorto, obedientia, juramento, & fidelitate Regi Francorum præstitis penitùs, absoluti & exonerati: quo casu Rex Angliæ, ejusque hæredes & successores, omnes pecuniarum summas de dictis sexcentis millibus coronarum auri, tunc per Regem Francorum eidem solutas, dicto Francorum Regi eisdem terminis, modo & forma, quibus easdem recepit, reddere, resolvere, & restituere tenebitur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si per præfatum Regem Angliæ, aut per alium suæ partis quemcumque, aut per aliquem alium modum, quàm per mortem dictorum principum Delphini, & Mariæ, aut aliorum dictorum Regum liberorum, ut præfertur steterit, quominus dictum matrimonium sortiatur effectum, tunc præfatus Francorum Rex, ejusve hæredes, aut successores, dictam civitatem Tornacensem, cum adjacenti suo territorio sibi retinebit, vel retinebunt. Quo casu nihilominus dictus Francorum Rex, ejusve hæredes, aut successores, summam sexcentorum millium coronarum auri, valoris prædicti, boni & justi ponderis, vel residuum ejusdem, tunc non solutum, sub modo, forma, & terminis solutionis in præsenti tractatu superiùs specificatis, dicto Regi Angliæ, ejusve hæredibus, aut successoribus, solvere tenebitur, & obligabitur, & per præsentes tenetur & obligatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Rex Francorum, post traditionem dictæ civitatis Tornacensis, & territorii ejusdem, sibi per præfatum Regem Angliæ, ut præfertur, faciendam, nihil omninò aget, faciet, tractabit, vel attentabit, aut à dictis civitatis & territorii civibus, incolis & habitatoribus agi, fieri, tractari, vel attentari sinet, vel quovis modo, clam vel apertè permittet, quod in præjudicium, damnum, jacturam, sive dispendium subditorum Caroli, Regis Hispaniarum Catolici, quovis modò, directè vel indirectè, cedere possit; sed quòd dicta civitas Tornacensis, & territorium, civesque, incolæ, & habitatores eorumdem, in omnibus, & per omnia, versùs dicti Hispaniarum Regis subditos se gerent, & habebunt, sicut ante traditionem dictæ civitatis, & territorii, in manus præfati Regis Angliæ factam gerere & habere consueverunt, & se obligaverunt; & quòd dicta civitas, & territorium ejusdem, in omnibus, & per omnia, in eodem statu versùs subditos dicti Hispaniarum Regis reponatur, quo fuit ante traditionem dictæ civitatis, & territorii, in manus dicti Regis Angliæ. Et pari modo dictus Rex Catolicus, & subditi ejusdem Regis, in omnibus, & per omnia, erga dictam civitatem Tornacensem, & territorium, cives, incolas, & habitatores eorumdem se gerent, & habebunt.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd pro firmiori & fideliori observantia, tam præsentis tractatus, quàm tractatus matrimonii de data præsentium habiti & conclusi per Regem Francorum antedictum, ejusve deputatum, sive deputatos, ad hoc sufficientem autoritatem habentes, eodem die quo civitas Tornacensis cum ejus appendentiis in manus Regis Francorum, ut suprà dictum est, tradetur, prædicto Regi Angliæ, ejusve deputato, vel deputatis ad hoc sufficientem autoritatem habenti, vel habentibus, & in manus ejus, seu deputati, aut

aut deputatorum suorum, in civitate Londinensi dabuntur, & realiter tradentur tot obsides nobiles regni Franciæ, boni, convenientis, ac sufficientis patrimonii & valoris, sumptibus suis propriis alendi, & intertenendi, cum quibus Rex Angliæ bene contentabitur, qui loco pignoris servabuntur, & penes dictum Angliæ Regem, ejusve deputatum sive deputatos, in salva custodia remanebunt, donec, & quousque omnia & singula in dictis tractatibus sub modis & formis in eisdem contentis, fuerint per dictum Regem Francorum ejusve hæredes, aut successores fideliter & cum effectu observata, & perimpleta. Quo casu Rex idem Angliæ, ejusve deputatus seu deputati, tunc præfatos obsides, absque omni dilatione aut contradictione quacumque, præfato Regi Francorum, ejusve deputatis sive assignatis reddere, & in manus suas restituere tenebitur. Et si dicti obsides, vel eorum aliquis interim moriatur, tunc in locum eorum, vel ejus, morientium seu morientis, dictus Francorum Rex intra mensem, postquam per dicti Regis Angliæ litteras super hoc certior factus fuerit, alios sive alium obsides sive obsidem, consimilis qualitatis, valoris, & patrimonii, cum quibus dictus Rex Angliæ contentabitur, similiter in civitate Londinensi dicto Regi Angliæ, seu ejus deputato, sive deputatis, tradet, & liberabit, seu tradi & liberari faciet realiter & cum effectu, totiens quotiens dictus casus mortis alicujus eorumdem evenerit. Et casu quo dictus Rex Francorum aliquem dictorum obsidum propter ægritudinem, matrimonium celebrandum, aut aliam causam quamcumque, domum & in patriam repetere & revocare voluerit, tunc dictus Francorum Rex ante traditionem dicti obsidis, ut præfertur, revocandi, alium consimilis qualitatis, & æstimationis, cum quo dictus Rex Angliæ contentabitur, in dicta civitate Londinensi, dicto Regi Angliæ, ejusve deputato, vel deputatis dabit & tradet, seu dari & tradi faciet, quo facto licebit sic revocato in regnum Franciæ, & in patriam redire.

Item. Cùm in quodam articulo tractatus matrimonialis de data præsentium inter prædictos Angliæ, & Francorum Reges, de matrimonio inter prædictos serenissimos Principes dominum Delphinum, dicti Regis Francorum primogenitum, & dominam Mariam, præfati Regis Angliæ filiam, habendo & celebrando, sit conventum, quòd dictus Rex Angliæ, pro dicto matrimonio, nomine dotis, & pro dote dabit & solvet, dari & solvi faciet dicto Delphino, ejusve deputato, seu deputatis, summam trecentorum triginta trium millium coronarum auri boni & justi ponderis, terminis, modo, & forma sequentibus, videlicet primam medietatem in die solemnisationis dicti matrimonii, seu intra octo dies ex tunc proximè sequentes; aliam medietatem intra annum ex tunc proximè sequentem; conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Francorum Rex, ejusve hæredes & successores, ex residuo summæ dictorum sexcentorum millium coronarum auri, pro civitate Tornacensi, ut præfertur, solvendæ, & die solemnisationis matrimonii prædicti remanenti non soluto, summam centum sexaginta sex millium & quingentarum coronarum auri, prædicto die solemnisationis matrimonii, nomine medietatis dotis dictæ dominæ Mariæ, & in plenam, perfectam, & integram solutionem ejusdem medietatis nomine dicti Delphini filii sui, & ad ejus usum retinebit: & de eadem summa sic per eum nomine dicti filii sui, & ad ejus usum retenta, se pro Rege Angliæ dicto filio suo debitorem constituet, & eumdem Regem Angliæ ab ulteriori solutione dictæ summæ nomine medieta-

tis dotis dicto Delphino facienda, per litteras suas patentes magno suo sigillo sigillatas, & manu sua subscriptas, totaliter eo casu liberabit; pro reliqua verò medietate dictæ dotis intra annum, ut prædictum est, solvenda, suprà nominatus Francorum Rex, ejusve hæredes & successores, ex dictis sexcentis millibus coronarum auri summam sexaginta sex millium & quingentarum coronarum auri sibi retinebit in plenam, integram, & perfectam solutionem ejusdem, si tanta summa de dictis sexcentis millibus in manibus suis tunc remanebit insoluta. Et casu, quo dicta summa centum sexaginta sex millium & quingentarum coronarum auri tunc non integrè remanserit insoluta, sed solùm aliqua ejus pars, eo casu idem Rex Francorum, ejusque hæredes & successores, summam remanentem pro solutione partis secundæ medietatis pro rata ejusdem, nomine dicti filii sui retinebit, ac de eadem summa sic per eum nomine dicti filii sui, & ad ejus usum retenta, se pro Rege Angliæ dicto filio suo debitorem constituet, ac eumdem Regem ab ulteriori solutione dictæ ratæ partis medietatis dotis dicto Delphino facienda per litteras suas patentes, magno suo sigillo sigillatas, & manu sua subscriptas, totaliter eo casu liberabit; reliquam verò partem dictæ summæ centum sexaginta sex millium & quingentarum coronarum auri præfatus Rex Angliæ, ejusve hæredes aut successores eidem Francorum Regi, aut ejus deputato, nomine Delphini filii sui solvet & supplebit, aut solvi & suppleri faciet, in plenam, perfectam, & integram solutionem totius dotis dictæ dominæ Mariæ hoc casu constitutæ; de qua quidem reliqua parte sic per eum nomine dicti filii sui & ad ejus usum in plenam solutionem totius dotis recepta, dictus Francorum Rex, ejusque hæredes & successores, pro Rege Angliæ dicto filio suo se debitorem constituet, & eumdem Regem Angliæ ab ulteriori solutione dictæ reliquæ partis præfato Delphino facienda, per litteras suas patentes, magno suo sigillo sigillatas, & manu sua subscriptas, integram dotem solutam esse declarantes, totaliter eo casu liberabit: quas quidem litteras, sicut præfertur, confectas, eidem Regi Angliæ, ejusve deputato, seu deputatis, dabit & tradet, darive & tradi faciet. Et si contingat, dictam dominam Mariam dicto Regi Angliæ, ob defectum liberorum masculorum, quod Deus avertat, in regno succedere, tunc & in eo casu, de prædicta summa trecentorum & triginta trium millium coronarum auri, nihil omninò nomine dotis solvetur, nec aliquid de dicta summa sexcentorum millium coronarum auri per dictum Regem Francorum, seu ejus hæredes, nomine dotis retinebitur. Et si quid nomine dotis solutum aut retentum fuerit, id totum executoribus dicti Regis Angliæ, per dictum Regem Francorum, ejusque hæredes & successores, resolvetur; & quanquam hoc casu nulla dos fuerit per Regem Angliæ data, in receptione tamen dotis, si dicta filia Delphinum supervixeritt, antum solvetur ei per Francorum Regem, ejusque hæredes & successores, quantum solveretur nomine dotis ex parte Regis Angliæ, si sua filia non successerit in regno.

Item. Conventum, concordatum & conclusum est, quòd præfatus Christianissimus Francorum Rex coram oratore, vel oratoribus, commissario, vel commissariis, procuratore, vel procuratoribus præfati Regis Angliæ, quamprimùm ad hoc per eosdem oratorem vel oratores, commissarium vel commissarios, legitimè requisitus fuerit, absque omni dilatione, tactis sacrosanctis Dei evangeliis, juramentum in scriptis præstabit, quòd præsentem tractatum, ac omnia & singula capitula in eodem contenta, bona fide observabit, & ab aliis, quantum in ipso

erit, realiter & cum effectu observari faciet: idemque juramentum, sicut præfertur, in scriptis redactum & præstitum, ac manu sua propria tunc ibidem signatum, oratori vel oratoribus præfati Regis Angliæ ibidem præsenti vel præsentibus realiter tradet; & similiter Rex Angliæ coram oratore vel oratoribus, procuratore vel procuratoribus, commissario vel commissariis præfati Francorum Regis, quamprimùm ad hoc legitimè fuerit requisitus, absque omni dilatione, tactis sacrosanctis evangeliis, juramentum in scriptis præstabit, quòd præsentem tractatum, ac omnia & singula capitula in eodem contenta, bona fide observabit, & ab aliis, quantum in eo erit, realiter & cum effectu observari faciet. Idemque juramentum suum, sicut præfertur, in scriptis præstitum, & manu sua propria tunc & ibidem subsignatum, dictis oratoribus præfati Regis Francorum ibidem præsentibus realiter tradet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd uterque Regum prædictorum per litteras suas patentes, magno suo sigillo sigillatas, & manibus suis subscriptas, præsentem tractatum, ac omnia & singula in eodem contenta, acceptabit, ratificabit, & intra quatuor menses datam præsentium proximè sequentes, confirmabit, easdemque litteras, sicut præfertur, signatas, intra dictos quatuor menses vicissim & mutuò tradet, tradive faciet cum effectu.

Sequuntur tenores commissionum.

HENRICUS, Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, dominus Hiberniæ, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Notum facimus, quòd nos de fidelitate, industria, & provida circumspectione dilectorum & fidelium consiliariorum nostrorum, Thomæ, Ducis Northfolciæ, magni Thesaurarii & Marescalli Angliæ; Reverendi Patris Thomæ, Dunelmensis Episcopi, custodis privati sigilli nostri; necnon Caroli, Comitis VVignoriæ, domini de Herbett & de Gorrer, Camerarii nostri; & Reverendi Patris Nicolai, Episcopi Eliensis, plurimùm confidentes, ipsos, & eorum quemlibet, conjunctim & divisim, nostros veros, legitimos, & indubitatos oratores, procuratores, ambassiatores & nuncios nostros generales & speciales ad infra scripta ordinavimus, fecimus, & constituimus, ac per præsentes ordinamus, facimus, & constituimus, dantes & concedentes eisdem, & eorum cuilibet, conjunctim, ut præfertur, & divisim, potestatem generalem & mandatum speciale, ita quòd generalitas specialitati non deroget, nec è contra, pro nobis & nomine nostro cum Christianissimo Principe, Francisco, Francorum Rege, consanguineo nostro carissimo, vel ejus oratoribus, procuratoribus, ambassiatoribus, commissariis sive deputatis, sufficientem autoritatem ab eo habentibus, de & super traditione ac deliberatione civitatis Tornacensis, & territorii ejusdem, Abbatiæ sancti Amandi, ac castri sive oppidi de Mortaigne, cum suis pertinentiis & dependentiis, ad manus dicti consanguinei nostri Francisci Regis, vel deputatorum suorum, sub quibuscumque pactis, capitulis, conditionibus, & conventionibus, cum dicto Rege Francorum, ejusve commissariis aut deputatis, conveniendi, concipiendi, & concludendi; necnon & super hujusmodi pactis, conditionibus, contractibus, & conventionibus quibuscumque, ac etiam super quibuscumque pecuniarum summis, pro traditione ac deliberatione dictæ civitatis Tornacensis, quantumvis

magnis per præfatum Francorum Regem, suosque, hæredes & successores, nobis, nostris hæredibus & successoribus, sive nostris, aut eorum deputatis, certis locis, terminis, modisque & forma solvendis, tractandi, communicandi, paciscendi, concordandi, & concludendi, ipsumque Franciscum Regem, hæredes & successores suos, necnon regnum, terras, patrias, & dominia, ac res & bona sua quæcumque, ac subditos suos quoscumque, eorumque bona mobilia & immobilia, ubicumque fuerint reperta, pro summis hujusmodi, locis, terminis, modisque & forma inter oratores nostros prædictos, & dictum Regem Francorum, ejusve commissarios, aut deputatos, utrinque conventis & concordatis, fideliter solvendis, astringendos & obligandos, paciscendi, & conveniendi. Et præterea, pro residuo cujusdam pecuniarum summæ, nobis, hæredibus & successoribus nostris, per cives Tornacenses, eo tempore quo cives dictæ civitatis se in manus & ditionem nostras dederunt nobis, & eisdem præmissis, & ea ratione nobis, & eis debitæ, & remanentis adhuc non solutæ, ipsum Franciscum Regem, & successores suos, nobis, hæredibusque & successoribus nostris debitores constituendos, subrogandos, obligandos, & astringendos, conveniendi & concludendi, vel alias promissiones recipiendi, quæ eisdem procuratoribus nostris rationabiles videbuntur; ipsumque Francorum Regem, regnum, terras, & dominia sua quæcumque, ad inviolabilem conventorum & conclusorum observantiam, sub censuris ecclesiasticis quibuscumque, & in forma Cameræ Apostolicæ, ac aliàs, prout eis videbitur, nobis astringenda & obliganda, similiter paciscendi & conveniendi; ac ulterius pro securitate, firmitate, & observatione omnium & singulorum pactorum & conventionum faciendorum tam super dicta traditione, & deliberatione dictæ civitatis Tornacensis, quàm super matrimonium inter carissimam filiam nostram Mariam, & Franciscum, Delphinum Viennensem, filium prædicti Francisci, Regis Francorum, contractum, obsides regni sui Franciæ, nobiles boni & sufficientis valoris, si ipsi, vel eorum aliquis moriatur, in locum ejus, vel eorum substituendos, paciscendi, conveniendi, & nobis obligandi: ac insuper cum dicto Rege Francorum, ejusve oratoribus, procuratoribus, ambassiatoribus, sive nunciis sufficienter & legitimè deputatis, ad causas, quæstiones, controversias, differentias, & occasiones quascumque, quæ inter nos, & dictum carissimum fratrem nostrum Francorum Regem, mutuum amorem & benevolentiam diminuere, vel suspicionem aut simultatem aliquam generare, quovis pacto possent, tollendas & amovendas, tractandi, communicandi, conveniendi, & concludendi, necnon de & super restitutione & satisfactione quarumcumque deprædationum, rapinarum, aut injustè ablatorum à subditis nostris, vel dicti Regis Francorum, hinc inde per terram, mare, & aquas dulces, antehac factorum, vel imposterùm fiendorum, ac de modo & forma ejusdem restitutionis & satisfactionis utriusque subditis, tam pro præterito, quàm pro futuro tempore faciendarum, & de deputatione judicum ad cognoscendum, procedendum, definiendum, & exequendum de & super eisdem cum dicto Rege Francorum, ejusve oratoribus, procuratoribus, & commissariis, similiter tractandi, communicandi, & concludendi, & nos, hæredes & successores nostros, pro hujusmodi restitutione facienda obligandi & astringendi, ac super hujusmodi conventis, concordatis, & conclusis cum dicto Christianissimo Francorum Rege, consanguineo nostro carissimo, sive ejus oratoribus, commissariis, aut deputatis, literas

validas & efficaces pro parte nostra tradendi, aliasque consimilis effectus & vigoris ab ipso vel ipsis petendi & recipiendi, plenamque præterea potestatem juramentum in animam nostram præstandi, quòd tenebimus & adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula, quæ in prædictis, & circa ea, nomine nostro concordabunt, convenient, jurabunt, firmabunt, & concludent; ac quòd illa ratificabimus, & nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea, vel eorum aliquod, faciemus, vel quovis pacto veniemus; similèque juramentum à dicto Christianissimo Rege Francorum, ejusve ambassiatoribus ad hoc potestatem habentibus, præstari videndi, petendi, & exigendi, ac generaliter omnia & singula nomine nostro faciendi, exercendi, & expediendi, cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis quibuscumque, cujuscumque naturæ seu importantiæ fuerint, quæ in præmissis, vel aliquo præmissorum, necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiamsi talia fuerint, quæ de sua natura ad ea perficienda mandatum exigant magis speciale, quàm præsentibus sit expressum, & quæ nobis facere liceret, si præmissis personaliter præsentes interessemus; promittentes bona fide, & in verbo regio, nos ratum, gratum & firmum habituros id totum, & quicquid per dictos oratores, commissarios, procuratores, & deputatos nostros, seu eorum quemcumque, actum, gestum, conventum, juratum, aut factum fuerit in præmissis, & contra ea, vel eorum aliqua, nullo modo contravenire, imò ipsa manutenere, inviolabiliter observare, ac per nostras patentes litteras confirmare. In cujus rei testimonium, præsentibus his manu nostra signatis sigillum nostrum magnum duximus apponendum. Datum Londini, primo die octobris, anno Domini millesimo quingintesimo decimo octavo, regni verò nostri decimo: Per Regem.

FRANCISCUS, Dei gratia Francorum Rex, Mediolani Dux, & Genuæ dominus, universis & singulis litteras præsentes inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd nos de fidelitate, industria, & provida circumspectione dilectorum & fidelium consiliariorum nostrorum, Guillelmi Gouffier, domini de Bonniveto, militis nostri ordinis, necnon Cambellani ordinarii, ac Admiraldi Franciæ; Stephani de Poncher, Episcopi Parisiensis; Francisci de Rupecaverdi, militis, domini de Campodenario, senescalli Tholosæ, & gubernatoris Rupellæ, Cambellani nostri; & Nicolai de Neufville, etiam militis, domini de Villeroy, Audientiarii Franciæ, ac Secretarii Financiarum nostrarum, plurimùm confidentes, ipsos, & eorum quemlibet, conjunctim & divisim, nostros veros, legitimos, & indubitatos oratores, procuratores, ambassiatores & nuncios nostros generales, & speciales, ad infrà scripta ordinavimus, fecimus, & constituimus, ac per præsentes ordinamus, facimus, & constituimus. Dantes & concedentes eisdem, ac eorum cuilibet, conjunctim, ut præfertur, & divisim, potestatem generalem & mandatum speciale, ita quod generalitas specialitati non deroget, nec è contra, pro nobis, & nomine nostro, cum illustrissimo Principe Henrico, Rege Angliæ, consanguineo nostro carissimo, vel ejus oratoribus, procuratoribus, ambassiatoribus, commissariis, sive deputatis sufficientem autoritatem ab eo habentibus, de & super traditione ac deliberatione civitatis Tornacensis, & territorii ejusdem, Abbatiæ sancti Amandi, ac castri sive oppidi de Mortaigne, cum suis pertinentiis ac dependentiis, ad manus nostras, vel deputatorum nostrorum, sub qui-

buſcumque pactis, capitulis, conditionibus, & conventionibus cum dicto Rege Angliæ, ejuſve commiſſariis aut deputatis, conveniendi, concipiendi, & concludendi, necnon de & ſuper hujuſmodi pactis, conditionibus, contractibus, & conventionibus quibuſcumque, ac etiam ſuper quibuſcumque pecuniarum ſummis pro traditione dictæ civitatis Tornacenſis, quamtumvis magnis, per nos noſtroſque hæredes & ſucceſſores præfato Regi Angliæ, aut ejus hæredibus & ſucceſſoribus, ſive ejus, aut eorum deputatis, certis locis, terminis, modiſque & forma, ſolvendis tractandi, communicandi, paciſcendi, concordandi, & concludendi, noſque, hæredes & ſucceſſores noſtros, necnon regnum, terras, patrias, & dominia, ac res & bona noſtra quæcumque, ac ſubditos noſtros quoſcumque, eorumque bona mobilia & immobilia, ubicumque fuerint reperta, pro ſummis hujuſmodi, locis, terminis, modiſque & forma inter oratores noſtros prædictos, & dictum Regem Angliæ, ejuſve commiſſarios aut deputatos, utrinque conventis & concordatis, fideliter ſolvendis aſtringendi & obligandi: & præterea pro reſiduo cujuſdam pecuniarum ſummæ dicto Regi Angliæ, ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus, per cives Tornacenſes, eo tempore quo cives dictæ civitatis ſe in manus & ditionem dicti Regis Angliæ dederunt, eiſdem promiſſæ, & ea ratione Suæ Majeſtati debitæ, & remanentis adhuc non ſolutæ, nos, hæredes & ſucceſſores noſtros, dicto Regi Angliæ, ejuſque hæredibus & ſucceſſoribus, debitores conſtituendi, ſubrogandi, obligandi & aſtringendi, vel alias promiſſiones faciendi, quæ eiſdem procuratoribus noſtris rationabiles videbuntur, noſque, regnum, terras, & dominia noſtra quæcumque, ad inviolabilem conventorum & concluſorum obſervantiam ſub cenſuris eccleſiaſticis quibuſcumque, & in forma Cameræ Apoſtolicæ, ac aliàs, prout eis videbitur, aſtringendi & obligandi, ac ulteriùs pro ſecuritate, firmitate, & obſervatione omnium & ſingulorum pactorum & conventionum faciendarum, tam ſuper dicta recuperatione & traditione dictæ civitatis Tornacenſis, quàm ſuper matrimonio inter cariſſimum filium noſtrum Franciſcum, Delphinum Viennenſem, & illuſtriſſimam Mariam, filiam Regis Angliæ prædicti contracto, obſides regni noſtri, nobiles boni & ſufficientis valoris quoſcumque & quotcumque eis expedire videbitur, in manus dicti Regis Angliæ dandos & tradendos, alioſque nobiles boni & ſufficientis valoris, ſi ipſi, vel eorum aliquis moriatur, in locum ejus, vel eorum, ſubſtituendos, paciſcendi, promittendi, & nos obligandi, ac inſuper cum dicto Rege Angliæ, ejuſve oratoribus, procuratoribus, ambaſſiatoribus, ſive nunciis ſufficienter & legitimè deputatis, ad cauſas, quæſtiones, controverſias, differentias, & occaſiones quaſcumque, quæ inter nos, & dictum cariſſimum fratrem noſtrum Angliæ Regem, mutuum amorem & benevolentiam diminuere, vel ſuſpicionem, aut ſimultatem aliquam generare quovis pacto poſſent, tollendas & amovendas, tractandi, communicandi, conveniendi, & concludendi; necnon de & ſuper reſtitutione & ſatisfactione quarumcumque deprædationum, rapinarum, aut injuſtè ablatorum à ſubditis noſtris, vel dicti Regis Angliæ, hinc inde ubicumque per terràm, mare, vel aquas dulces, antehac factorum, vel impoſterum fiendorum, ac de & ſuper forma ejuſdem reſtitutionis & ſatisfactionis utriuſque ſubditis, tam pro præterito, quàm pro futuro tempore faciendarum, & de deputatione judicum ad cognoſcendum, procedendum, diffiniendum, & exequendum, de & ſuper eiſdem cum dicto Rege Angliæ, ejuſve oratoribus, procuratoribus, & com-

missariis, similiter tractandi, communicandi, & concludendi, & nos, & hæredes & successores nostros, pro hujusmodi restitutione facienda obligandi & astringendi; necnon ad omnia & singula per eosdem oratores, procuratores, ambassiatores sive nuncios nostros, circa præmissa, vel eorum aliqua, tractata, communicata, & conclusa, per nos, & ex parte nostra fideliter adimplendum, nos, hæredes & successores nostros, ac bona nostra ubicumque reperta, necnon regna, patrias, & dominia nostra, subditosque nostros, ac eorum bona ubilibet inventa, astringendi & obligandi, ac super hujusmodi conventis, concordatis, & conclusis, cum dicto illustrissimo Angliæ Rege, consanguineo nostro carissimo, sive ejus oratoribus, commissariis aut deputatis, litteras validas, & efficaces pro parte nostra tradendi, aliasque consimilis effectus & vigoris, ab ipso, vel ab eis petendi & recipiendi, plenamque præterea potestatem juramentum in animam nostram præstandi, quòd tenebimus & adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula, quæ in prædictis, & circa ea, nomine nostro concordabunt, convenient, jurabunt, firmabunt, & concludent; ac quòd illa ratificabimus, & nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea, vel eorum aliquod faciemus, vel quovis pacto veniemus; simileque juramentum à dicto Rege Angliæ, consanguineo nostro carissimo, præstari videndi & exigendi, ac generaliter omnia & singula faciendi, exercendi, & expediendi, cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis quibuscumque, cujuscumque naturæ, seu importantiæ fuerint, quæ in præmissis, vel aliquo præmissorum, necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, etiamsi talia fuerint, quæ de sua natura, ad ea perficienda, mandatum exigant magis speciale, quàm præsentibus sit expressum, & quæ nobis facere liceret, si præmissis personaliter præsentes interessemus; promittentes bona fide, & in verbo regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros id totum & quicquid per dictos oratores, commissarios, procuratores, nuncios & deputatos nostros, seu eorum quemcumque, actum, gestum, conventum, juratum, aut factum fuerit in præmissis, & contra, ea vel ipsorum aliqua, nullo modo contravenire, imò ipsa manutenere, & inviolabiliter observare, ac per litteras nostras patentes confirmare. In cujus rei testimonium, præsentibus his manu nostra signatis sigillum nostrum duximus apponendum. Datum Andegavis, die ultimo mensis julii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo, & regni nostri quarto. Sic signatum replica subtus, FRANÇOIS, & super replica: Per Regem.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, nos oratores, commissarii, & procuratores antedicti domini nostri illustrissimi Regis Angliæ præsentibus litteris manibus nostris subscriptis, sigilla nostra apposuimus. Datum in Urbe Londinensi, die quarto octobris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

LETTRES DE CHRISTIERNE II. ROI DE DANEMARC, par lesquelles il renouvelle avec le Roi François I. le traité de confederation fait entre le Roi Louis XII. & Jean Roi de Danemarc, son pere, soit pour la liberté du commerce entre leurs sujets, ou pour s'entr'assister contre leurs ennemis. A Coppenhague, le vintieme novembre 1518.

Danemarc. 1518. 20. *nov.*

CHRISTIERNUS, Dei gratiâ, Daciæ, Norvegiæ, Slavorum, Gottorumque Rex, electus in Regem Sueciæ, Dux Slesvicensis, Holsatiæ, Stormariæ, & Ditmarsiæ, Comes in Oldemburg, & Delmenhorst, manifestum facimus universis & singulis præsentes nostras litteras inspecturis, compertum esse nobis, jam olim nostros inclitissimos progenitores Daciæ Reges, cum Christianissimis Francorum Regibus, fœdera percussisse: Considerantes itaque nullum Imperium facilè absque amicis stare posse, & rem sanctissimam amicitiam Deo optimo maximo pergratam fore, qua parvæ res crescunt, cum discordia maximè dilabuntur, eadem fœdera nunc, & in futurum, cum excellentissimo & christianissimo Principe, domino Francisco, divina favente clementia Francorum Rege, Mediolani Duce, & Genuæ domino, fratre, consanguineo, & confœderato nostro carissimo, continuari, & magis atque magis in dies augeri, commune esse desiderium utrique nostrum innotuit. Nos itaque prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, ex una; & nobilis ac magnificus vir Franciscus de Bordellis, Baro Colunciarum, ejusdem Christianissimi fratris & confœderati nostri, consiliarius, atque orator, ambassiator, nuncius, & procurator, cum speciali mandato, commissione, & procuratorio sufficienti ad nos destinatus & deputatus, nomine dicti nostri fratris, & virtute mandati, & commissionis hujusmodi, partibus, ex altera; amicitiam, ligam, & confœderationem jamdudum initam inter potentissimos Principes nuperrimè defunctos, scilicet Reges Joannem, genitorem nostrum, & Ludovicum, ejusdem fratris nostri socerum, juxta tenorem litterarum desuper confectarum, habita priùs ad hoc matura consultatione, nunc & in perpetuum renovamus, confirmamus, & per præsentes penitùs ratum habemus, præfatis litteris inter defunctos Reges prædictos hinc inde confectis, tam quoad mutua commercia terrestria, quàm maritima, aut aliter aquatica, & alia quæcumque in eis contenta, in suo vigore & roboro omnino duraturis, ac in futurum permanentibus.

Præterea, feliciori tam regiarum personarum, quàm regnorum & subditorum utriusque statui, maturiùs consulentes, habita cum fidelissimis consiliariis nostris diligenti consultatione & deliberatione, præfato majorum nostrorum fœderi ascribimus, appunctuamus, concorditer volumus, & in verbo regio promittimus, ut quandocumque Christianissimus Rex, frater & confœderatus noster, contra Anglos, pro recuperatione civitatum, dominiorum, seu terrarum, quas vel quæ ipsi Angli in Francia jam detinent, bellum habuerit, aut si & quando adversùs, & contra præfatos Anglos, ipsum aliter provocatum, bellum, & bellicam expeditionem suscipere contigerit, seu quandocumque nos adversùs infidos & rebelles nostros Suecos, bellum habuerimus, aut si & quando adversùs civitatem Lubecensem, & alias

alias Germaniæ civitates ipsis Lubecensibus adhærentes, nos provocatos bellum & bellicam expeditionem suscipere contigerit, ex tunc unusquisque nostrum requisitus tenebitur mittere, & præstare in auxilium alteri tot armatos pedites in re bellica exercitatos, atque tot naves cum bombardis, armis, & machinis bellicis instructas, quot ab altero vicissim expectare & habere voluerit. Quos etiam auxiliares pedites, & naves, ita ut præfertur instructas, unusquisque nostrûm qui requisitus fuerit mittere tenebitur suis propriis stipendiis & expensis, ad terram, seu regna ejus qui auxilium petierit, & eosdem pedites ad tres menses continuos, postquam terram seu regna intraverint, suis stipendiis stipendiare alteri militaturos; deinceps is in cujus auxilium missi fuerint, tenebitur eis stipendium erogare, donec eis recedendi licentiam concesserit. Qui etiam tenebitur eis providere de sufficientibus victualibus, seu de condignis stipendiis, quibus possint commodè in patriam suam redire, proviso tamen quod non sine temporis saltem trium mensium intercapedine alter alterum de habendo ejusmodi auxilio & populo commonefeciat. Sit tamen unicuique nostrûm, qui pro tempore principaliter, & pro se bellum ita, ut præfertur, susceperit, & ab altero auxilia impetraverit, semper libera potestas, oblata opportunitate, cum hoste inducias, seu pacem pacisci, quando ipsi regnisque ejus condecens, seu utile videbitur. Hac tamen lege & conditione, ut alterum auxiliarem, & ejus regna, atque subditos, in tali pace, seu induciis alter semper comprehendat.

Obligantes nos, & hæredes ac successores nostros, atque promittentes bona fide, & in verbo regio, fraternam hanc renovationem, corroborationem, amicitiam, & confederationem, juxta & secundum præsentium nostrarum, & prædictarum litterarum tenores, quoad omnia & singula in eis contenta inviolabiliter semper manutenere & observare omnino, & contra ea, aut aliqua ipsorum, nullo modo contravenire.

In quorum omnium fidem & robur perpetuum sigillum, nostrum præsentibus litteris manu nostra propria subscriptis jussimus appendi. Datum in castro nostro Haffniensi, vicesima die mensis novembris, anno nostræ salutis 1518.

TRAITE' D'UNE SAINTE LIGUE CONTRE LE TURC, entre le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, par l'entremise du Pape Leon X. le 2. octobre 1518. ratifié & approuvé par l'Empereur Charles V. qui y entra en vertu d'une clause inserée audit traité. A Saragoce, le 14. janvier 1519.

CAROLUS, Dei gratiâ Rex Castellæ, Aragonum, Legionis, utriusque Siciliæ, Jerusalem, Navarræ, Granatæ, &c. Decet Reges & Principes, quorum cor in manu Dei consistit, ut de universis regnis, provinciis, & populis eorum curæ suprema dispositione commissis, taliter protectionem, & tuitionem suscipiant, ut sub fœlici regimine prosperè gubernentur, & in statu pacifico ac tranquillo sedulò conserventur. Id autem magis ad Catolicos Reges & Principes pertinet, quorum studia & conatus in ortodoxæ fidei exaltationem, divini nominis gloriam, ac universæ reipublicæ christianæ amplitudinem, semper

Avec le Pape, l'Empereur, & l'Angleterre, contre le Turc; 1518. & 1519. 2. octobre & 14. janvier.

debent esse disposita, ut in his constantia fidei, probata sinceritas, ac singularis devotionis affectus observantiáque, & reverentia erga Deum optimum maximum, ejusque in terris vicarium, clarissimè dignoscantur. Cùm itaque S. D. N. Leo Papa X. tanquam ipsius omnipotentis Dei vices gerens in terris, more boni pastoris, ad conservandum gregem sibi commissum, ne lupus ille rapax Turcus immanissimus christiani nominis hostis, continuè quærens quem devoret, posset quovis modo christianum ipsum gregem impetere, seu opprimere: dudum per suos legatos de latere ad universos christianos Reges & Principes destinatos curaverit hos omnes disponere, ut depositis inter eos armis, sublatis inimicitiis, sedatisque & pacatis universis etiam christianorum discordiis & controversiis, communibus armis, omnes Christianorum vires contra ipsum publicum Christianæ Religionis hostem dirigi possent. Cujus S. D. N. hortatibus ac persuasionibus perciti statueramus jam pridem, pro ipsa universali christianorum pace, fœdus inire, cum eodem S. D. N. sacratissimoque Romanorum Imperatore, paterno nostro avo colendissimo, serenissimisque & potentissimis Francorum & Angliæ Regibus, &c. ad eumque effectum pro ipso fœdere ineundo mandatum dederamus amplissimum Elnensi Episcopo, oratori nostro in Anglia commoranti, ut cum prædictis cæterisque Christianis Regibus & Principibus, eorumve oratoribus ad id potestatem habentibus, hujusmodi universalis pacis nostro nomine fœdus percuteret. Verùm, dum mandatum nostrum sic expeditum transmissum foret per biduum antequam illuc mandatum ipsum applicuerit, inter oratores, commissarios, ac deputatos, eorumdem serenissimorum Franciæ, & Angliæ Regum, fœdus hujusmodi percussum fuerat. In quo ipse S. D. N. Leo Papa decimus, Cæsarea Majestas, & nos, cum eisdem Francorum, & Angliæ Regibus, tanquam principaliter contrahentes, & confederati inclusi fuimus, ea tamen lege adjecta, ut infra quatuor menses, post notificationem ipsius tractatus nobis factam immediatè sequentes, teneremur per litteras nostras ratificatorias, & confirmatorias, ac per oratorem, vel oratores sufficientem ad hoc autoritatem habentes, nos ad observantiam dicti tractatus, juramento corporali super hoc præstando obligare & astringere, ac requirere & rogare dictos Angliæ, & Francorum Reges, ac eorum utrumque, quatenus pro principaliter contrahente recipiamur & acceptemur, gaudeamusque beneficio dicti tractatus, acsi in conclusione ejusdem fœderis mandatum nostrum affuisset. Alioquin autem elapso termino pro comprehenso duntaxat, non autem pro principaliter contrahente haberemur, prout latius in articulis hujusmodi tractatus & fœderis, sub die secunda octobris, anni Domini 1518. conclusis & tractatis legitur contineri, quorum tenor sequitur, & est talis.

UNiversis & singulis, ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, Nos Thomas, Dux Norff. magnus Thesaurarius, & Marescallus Angliæ; Thomas, Episcopus Dunelmen. custos privati sigilli potentissimi & invictissimi principis domini nostri Henrici, Dei gratiâ Regis Angliæ & Franciæ, & domini Hiberniæ; Carolus, Comes VVigorn. dominus de Hebert, & de Gobber, Camerarius dicti domini nostri Regis; Nicolaus, Episcopus Elien. oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores dicti potentissimi Regis domini nostri ad infra scripta sufficienter deputati, & legitimè constituti, salutem. Cùm nihil magis christianos Principes deceat, quàm fidem Christi, à quo omnis potestas data

eſt, & per quem Reges regnant, propagare & dilatare, ac chriſtiani nominis hoſtes ubique terrarum compeſcere, refrenare, inſectari, proſequi, & longè à regnorum ſuorum limitibus profligare, & exterminare; ac immaniſſimus Turcarum tyrannus jam pridem innumeris, tam peditum quam equitum copiis, & immenſa multitudine machinarum omnis generis inſtructus, bellum ingens in ſoldanum intulerit, atque eo devicto, & militibus ejus ad internecionem cæſis, victor evaſerit, duo ampliſſima imperia ad unum reduxerit. Ne igitur prædictus catolicæ fidei inimicus, ea victoria tumidus & inflatus, in Chriſtianorum fines irrumpat, viruſque ſuum lethale evomat, ac omnes copias ſuas ad chriſtianum nomen delendum convertat, potentiſſimis, ſereniſſimis, & invictiſſimis Angliæ, & Francorum Regibus, &c. dictis nefariis Turcarum tyranni conatibus obſiſtere, chriſtianæque reipublicæ amplificationem, necnon pacis univerſalis propagationem intimo cordis affectu cupientibus, ad hoc idem etiam ſuadente & hortante S. D. N. Leone Papa decimo, commodiſſimum & maximè neceſſarium viſum eſt, cùm non facile tantæ Turcarum potentiæ unus Princeps, quantumvis magnus & opulentus, poſſit reſiſtere; cunctis poſtpoſitis ſimultatibus ligam fœduſque defenſivum ſtatuum, regnorum, & dominiorum ſuorum, inter S. D. N. Imperatorem, Angliæ, Francorum, & Hiſpaniarum Reges, principaliter contrahentes, iniri, componi, & concludi, ex quo univerſalis pax tantopere deſiderata, & neceſſaria felicibus auſpiciis non modo indubie ſequetur, verum etiam cæteri Principes ad dictum fœdus amplectendum alacriùs faciliùſque allicientur, dictique communis hoſtis, & crudeliſſimæ belluæ injurias unitis viribus commodiùs, & propulſare, & repellere poterunt.

NOS igitur præfati illuſtriſſimi & potentiſſimi Principis, conſiliarii, oratores, commiſſarii, procuratores, & ambaſſiatores, ſufficienter autoriſati pro firma pace, amicitia, & vera concordia, inter eumdem potentiſſimum & ſereniſſimum Regem noſtrum, & Chriſtianiſſimum Principem Franciſcum, Francorum Regem, ejuſdem domini noſtri Regis conſanguineum & fratrem cariſſimum eorumdemque ſubditos, alligatos, & confederatos, cum egregiis & magnificis viris, Guillermo Gouffier, domino de Bonniveto, milite ordinis, necnon cambellano ordinario Chriſtianiſſimi Francorum Regis, ac admiraldo Franciæ; Stephano de Poncher, Epiſcopo Pariſienſi, Franciſco de Rupecavardi, milite, domino de Campodenario, ſeneſcallo Tholoſæ, & gubernatore Rupellæ, cambellano ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis; & Nicolao de Neufville, etiam milite, domino de Villeroy, audientiario Franciæ, & ſecretario financiarum prædicti Chriſtianiſſimi Regis; oratoribus, procuratoribus, & ambaſſiatoribus ejuſdem, ad infrà ſcripta ſufficienter & legitimè deputatis & autoriſatis, ad honorem & laudem Dei omnipotentis, glorioſiſſimæque Virginis Mariæ, totiuſque Curiæ cœleſtis, & chriſtianæ religionis exaltationem & incrementum, convenimus, concordavimus, & concluſimus, atque autoritate commiſſionum noſtrarum per præſentes convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout ſequitur.

IMPRIMIS conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd inter prædictum S. D. N. Leonem Papam X. Cæſaream Majeſtatem, & illuſtriſſimos ac potentiſſimos Angliæ, Francorum, & Hiſpaniarum Reges, principaliter contra-

hentes, & confœderatos, eorumque heredes & successores, vassallos, incolas & habitatores, ac subditos quoscumque, præsentes & futuros, tam ecclesiasticos, quàm seculares, cujuscumque dignitatis, statûs, gradûs? aut conditionis existant, seu quicumque dignitate, statu, sive gradu præfulgeant, eorumque regna, patrias, terras, & dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida, & loca quocumque modo per eorumdem aliquem habita, tenta, possessa, & occupata, sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, fidelis & firma amicitia, unio, liga, intelligentia, confœderatio, & pax, per terram, mare, & aquas dulces, portus maris, & ubique locorum, futuris temporibus perpetuò duratura.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd pro tuitione, conservatione, & defensione personæ, dignitatis, & autoritatis S. D. N. Leonis Papæ X. & sacrosanctæ Sedis Apostolicæ, dignitatum, personarum, & statuum prædictorum confœderatorum omnium & singulorum, & eorum cujuslibet, eorumque heredum aut successorum, regnorum, patriarum, terrarum, & dominiorum, civitatum, castrorum, villarum, territoriorum, contra invasores, perturbatores, & hostiles aggressores quoscumque, prædicti confœderati omnes, & singuli eorum, perpetuis futuris temporibus erunt amici amicorum, & inimicorum inimici, invicem alligati & confœderati, sine aliqua exceptione aut contradictione; ita quod, si posthac aliquis præfatorum confœderatorum, aut in hoc fœdere comprehensorum, seu alius quicumque, per se, vel per locumtenentem, capitaneum generalem, aut alium quemcumque, potenti, valido, & magno exercitu, vel alio quovis modo, directè vel indirectè, regna, patrias, terras, dominia, castra, civitates, oppida, territoria, sive alia loca quæcumque, per dictorum confœderatorum aliquem impræsentiarùm habita, tenta, possessa, aut occupata, hostiliter invaserit, vel perturbaverit, aut invadi seu perturbari procuraverit, sive cuiquam confœderatorum violentiam, aut damnum grave vel intolerabile inferre, facere, vel irrogare attentaverit; tunc, & in eo casu princeps invasus cupiens habere suppetias dictorum confœderatorum pro sua defensione, ut prędicitur, tenebitur admonere & requirere omnes & singulos confœderatos, per suas literas patentes, manu sua subscriptas, & suo sigillo sigillatas, super hujuscemodi invasione. Qui super hoc certiores effecti, &, ut præmittitur, admoniti & requisiti, tenebuntur unanimiter & unico consensu, unà cum ipso requirente, Regem, Principem, aut alium quemcunque, sive de dictorum confœderatorum numero fuerit, sive non, sic invadentem, aut hujusmodi invasionem fieri, ut prædicitur, procurantem, & eorum utrumque invasionem aut procurationem facientem, si qui tales fuerint, per oratores, literas, sive nuncios suos monere & requirere, monebitque & requiret eorum quilibet, ut ab hujusmodi hostili invasione & guerra, sive procuratione ejusdem, totaliter desistat, vel desistant, & ab eadem ac ab eisdem cesset, seu cessent realiter & cum effectu, & pro dictis sic attentatis, & damnis exindè subsecutis, condignam rependet emendam & satisfactionem, significantes eidem, sive eisdem, quòd vigore & virtute istius fœderis, sive ligæ defensivæ, tenentur ipsi confœderati omnes & singuli sibi invicem assistere, suppetias dare, & se mutuò defendere. Quod si illicò & absque mora facere recusaverit, vel recusaverint, distulerit, aut distulerint, tunc omnes & singuli confœderati infra mensem ex tunc proximè sequentem, se hostes & inimicos regis, principis, potentatûs, sive communita-

tis sic invadentis, aut invasionem hujusmodi fieri procurantis, & eorumdem utriusque invasionem aut procurationem hujusmodi facientis, publicè & expressè declarabunt & manifestabunt; ac sic declarabit & manifestabit eorum quilibet; ac intra duos menses ex tunc proximè & immediatè sequentes ad summum, absque omni dolo, fraude, malo ingenio, aut alio quovis quæsito colore, sive excusatione quacumque, regna, patrias, terras, & dominia regis, principis, aut alterius cujuscumque, sicut præfertur, invadentis, vel invasionem procurantis, & eorum utriusque, sive de dictorum confœderatorum numero fuerit, sive non, ab ea parte quæ sibi propinquior existit, vel quâ id commodiùs fieri posse visum fuerit, unanimiter unicoque consensu ingredientur, & hostiliter invadent, ac sic ingredietur, & hostiliter invadet eorum quilibet, suis propriis sumptibus & expensis; præfatus Sanctissimus Pater, per capitaneum suum generalem, sive deputatum legitimum; præfati verò principes per se, vel per locumtenentes suos, realiter & cum effectu, cum tanto & tam valido exercitu tam equitum, quàm peditum, equis, armis, bombardis, & instrumentis bellicis, aliisque rebus quibuscunque ad tanti belli molem necessariis & requisitis, ac sufficienter instructis, qualis ad profligandos communes hostes, & eorum malitiam coërcendam & comprimendam sufficere poterit.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si Rex, Princeps, seu quivis alius aliquem principem, seu confœderatum, ut præfertur, invadens, vel invadi procurans, sive de dictorum confœderatorum numero fuerit, sive non, habeat, teneat & possideat terras, dominia, loca maritima, portus, aut littora, mari Gallico, Hispanico, Britannico, aut Germanico adjacentia sive contigua, tunc & in eo casu potentissimi & illustrissimi Angliæ, Francorum, & Aragonum Reges, non solùm per terram modo & forma suprascriptis, guerram facient, verùm etiam per mare bellum gerent, & quilibet eorum geret & faciet, cum tali & tanta navium classe, militibus, sive hominibus armatis, bombardis, sive instrumentis bellicis, telis, victualibus, & aliis quibuscumque ad bellum navale gerendum necessariis & requisitis sufficienter instructis, qualis ad profligandos communes hostes, & eorum malitiam coërcendam & comprimenmendam sufficere poterit. Quam classem infra mensem, postquam dictum bellum hosti communi, sicut prefertur, indici & inferri cœperit, ad mare realiter & cum effectu propriis suis expensis mittent, aut mitti curabunt & facient, sicque mittet ac mitti curabit & faciet eorum quilibet: quæ quidem naves omnes & singulæ ad mare communis hostis, regnis, patriis, terris, & dominiis proximè adjacentibus navigabunt, ac ibidem continuè remanebunt, huc & illuc navigando, communem hostem, ejus regna, patrias, terras, dominia, & subditos ipsius, quantum poterunt, molestando, sese ac cæteros amicos & confœderatos, eorumque regna, patrias, terras & dominia defendendo, ac quoties & quando opus fuerit, simul se conjungent, ut unitis viribus communi hosti resistere, atque eumdem infestare ac debellare possint. Nec licebit alicui regum prædictorum naves aut exercitum maritimum, sicut præmittitur, ad mare destinatum, vel destinatas, revocare aut minuere sine mutuo eorumdem expresso consensu & voluntate. Sed si casu aliquo contingat, numerum navium, aut gentes armorum, hostium invasione, aut maris tempestate capi, naufragari, aut alio quovis modo diminui, quod Deus avertat, tenebitur ille, cujus classis, sicut prefertur, casu capietur,

five diminuetur, illam infra mensem de novo reficere, reparare, & resarcire realiter & cum effectu, sine omni dolo, fraude, dilatione, aut aliâ excusatione q acumque.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præcedentis articuli invasiones non extendantur ad subditos alicujus confœderatorum prædictorum, invasionem vel rebellionem in dominum & superiorem suum molientes, aut quoquo modo facientes, nisi dicti subditi per aliquem confœderatorum prædictorum, vel inferius comprehensorum, ad hoc instigatus, provocatus, inductus, persuasus, vel in hoc adjutus, aut favorisatus fuerit; quo casu confœderati prædicti, & eorum singuli, tam contra invadentem, quàm contra instigantem, provocantem, inducentem, persuadentem, adjuvantem, aut favorisantem, suppetias dabunt, &, ut præfertur, invadent.

Item, conventum & concordatum est, quòd si alicui dictorum confœderatorum communem hostem, sicut præfertur, per se, capitaneum suum generalem, seu locumtenentem, invadere volenti necessarium fuerit per regna, patrias, dominia, civitates, castra, territoria, villas, sive oppida, portus maris, aut aquas dulces, alicujus confœderatorum prædictorum, vel inferiùs comprehensorum, ire, equitare, navigare, & exercitum ducere, confœderatus ille ad hoc requisitus non solùm liberum transitum, accessum, & recessum per hujusmodi loca absque fraude, dolo, impedimento seu resistentia concedet, verùm etiam eidem sic transire & exercitum ducere, ut dictum est, volenti, currus, equos, plaustra, naves, vehicula, & omnis generis victualia, & alia quæcumque tanto exercitui necessaria, dabit & subministrabit, aut cum effectu dari & realiter subministrari faciet, sumptibus tamen & expensis transeuntis, sive transitum requirentis. Proviso semper, quòd dictus princeps, aut ejus capitaneus generalis, seu locum tenens, sicut prædicitur, exercitum ducens, nihil hostiliter aget, faciet, aut attentabit, vel agi, fieri aut attentari procurabit, vel permittet, in principis transitum, ut præmittitur, concedentis, ejusve subditorum damnum, aut grave præjudicium.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd nullus prædictorum confœderatorum, vel in hoc tractatu comprehensorum, durante pace & amicitiâ prædictis, permittet subditos suos servire in bello alicui dictorum confœderatorum contra alterum, nec milites externos quoscumque, sive pedites, sive equites non sibi subditos, per se, vel per alium, stipendiabit, vel conducet, aut conduci faciet, seu eorum opera, etiam sibi gratis oblata, utetur contra aliquem prædictorum confœderatorum, seu inferiùs comprehensorum, sive contra eorum subditos, regna, patrias, & dominia, aut in eorum damnum sive præjudicium; & si quis eorum secus fecerit, aut quovis modo in contrarium attentaverit, pro transgressore hujus amicitiæ, & pacis universalis violatore, penitus habeatur, rato manente inter cæteros præsentis tractatus contractu.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd nullus prædictorum confœderatorum principaliter contrahentium, vel in hac liga comprehensorum, aliquem vassallum aut subditum alterius, cujuscumque statûs, gradûs, dignitatis, aut conditionis existat, in protectionem, tuitionem, sive defensionem quovis modo suscipiet aut acceptabit, vel ab alio quocumque suscipi aut acceptari consentiet, aut procurabit, inconsulto & non consentiente domino, cujus est vassallus aut subditus, nec alicui tali, vel aliquibus talibus consilium, auxilium, assisten-

tiam, vel favorem, directè vel indirectè dabit, vel pręstabit, darive aut pręstari faciet, vel procurabit.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd nullus principum prędictorum quicquam aget, faciet, tractabit, vel attentabit, aut ab aliis agi, fieri, tractari, vel attentari faciet, permittet, aut consentiet quocumque in loco, sive in terris, sive in mari, portubus maris, vel aquis dulcibus, occasione quacumq; nullumque præstabit auxilium, consilium, favorem, vel assensum, quòd per alium, vel alios quoscumque, aliquid fiat, agatur, vel attentetur, directè vel indirectè, tacitè vel occultè, in injuriam, præjudicium, aut damnum alicujus eorumdem, ejusve heredum aut successorum, regnorum, patriarum, terrarum, dominiorum, castrorum, villarum, territoriorum, civitatum, aut oppidorum, sicut pręmittitur, per eorum aliquem habitorum, tentorum, occupatorum, vel possessorum; sed quibuscumque, sicut pręmittitur, contra eorum aliquem aliquid molientibus, agentibus, tractantibus, vel attentantibus, dicti confœderati, & eorum quilibet, expressè & cum effectu contradicet, renitetur, obstabit, & impedimentum realiter & quantum poterit præstabit.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd, dictis amicitiis durantibus, nullus dictorum confœderatorum, aut aliorum quorumcunque in hoc tractatu comprehensorum, quovis modo in regnis suis, aut alicubi locorum, favorisabit, intertenebit, receptabit, aut retinebit, nec à subditis suis eorum aliquis receptari, favorisari, intertenerі, aut retineri permittet aliquos rebelles, sive proditores, de crimine læsæ majestatis suspectos, & transfugas ex subditis alicujus dictorum confœderatorum, sive comprehensorum, nec hujusmodi rebellibus, sive proditoribus, rebelli sive proditori, qui in aliquem locum obedientiæ dictorum confœderatorum, sive comprehensorum, seu alicujus eorumdem, declinaverint, sive declinaverit, quovis modo dabit consilium, favorem, subsidium, aut assistentiam, sed eum aut eos infra viginti dies, postquam per literas alicujus eorumdem, cujus rebellis aut rebelles, subditus aut subditi, extiterit sive extiterint, quibus literis certificatoriis super hoc omninò stabitur, aliquis eorum requisitus fuerit, eum, vel eos, literarum hujusmodi requisitionis latori, aut alii ad hoc in hujusmodi literis nominato sive deputato, tradet, restituet, & deliberabit, tradive, restitui, & deliberari faciet.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd in præsenti tractatu pacis & amicitiæ comprehendantur amici, alligati & confœderati omnium partium subsequenter nominati, videlicet pro parte regis Angliæ, rex Daciæ, reges & regna Ungariæ, Portugalliæ, illustrissima domina Margareta Imperatoris filia, archiducissa Austriæ; Ferdinandus, Hispaniarum regis frater; Dux & Dominium Venetorum, Dux Urbini, Clevensis & Juliacensis Duces; magnifica domus de Medicis, & Dominium Florentinorum; Dux Ferrariæ; Communitas & societas Hansæ Theutonicæ; domini Helvetii sive Suetenses; & pro parte Regis Franciæ, rex Scotiæ, rex Portugalliæ, rex Ungariæ, rex Navarræ, Dux & Dominium Venetorum, Dominium Florentinorum, & egregia domus de Medicis, Dux Sabaudiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Gueldriæ, Dux Ferrariæ, Dux Urbini, Marchio Mantuæ, Marchio Montisferrati, Marchio Salutiarum, domini Helvetii.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd S. D. N. intra quatuor menses, post notificationem suæ sanctitati factam, si velit pro principaliter

contrahente haberi, tenebitur per bullas suas confirmatorias & ratificatorias pręsentis fœderis declarare, se velle acceptare pręsentem tractatum, & se ad omnia & singula in hoc fœdere contenta, quatenùs Sanctitatem Suam concernunt, obligare, & tunc confœderatos suos nominare possit & valeat. Et si quis alius pro principaliter contrahente in præsenti tractatu nominatus mandatum sufficiens ad principaliter contrahendum in conclusione pręsentis tractatus in regno Angliæ non habuerit, tunc infra quatuor menses, post notificationem hujusmodi tractatus sibi factam, proximè & immediatè sequentes, teneatur per literas suas patentes, magno suo sigillo sigillatas, & manu suâ subscriptas, præsentis tractatûs ac omnium & singulorum articulorum in eodem contentorum, quatenùs ipsum concernunt, ratificatorias & confirmatorias, ac per oratorem vel oratores, sufficientem ad hoc autoritatem habentem vel habentes, tradendas & liberandas, quibus se ad observantiam dicti tractatûs etiam juramento corporali super hoc pręstando se obligabit & astringet, requirere & rogare dictos Angliæ & Francorum reges, & eorum utrumque principaliter contrahentes, quòd pro principaliter contrahente recipiatur & acceptetur, gaudeatque in tam amplis modo & formâ, beneficio præsentis tractatûs, acsi in conclusione dicti fœderis mandatum ex parte ejus adfuisset; alioquin, si intra dictos quatuor menses id, ut pręmittitur, non fecerit, tantummodò pro comprehenso, & non principaliter contrahente, per cæteros omnes confœderatos principaliter contrahentes, rato manente inter eosdem præsentis tractatus contractu, habeatur & reputetur, non obstante quòd pro principaliter contrahente superiùs fuerit nominatus.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est quòd à quibuscumque tractatibus inter aliquos confœderatorum, vel comprehensorum prædictorum, ante datam præsentium, initis aut conclusis, aut ab aliquibus articulis eorumdem, nullo pacto sit aut videatur per præsentem tractatum recessum, aut eisdem aliquo modo derogatum; sed quòd prædicti tractatus omnes & singuli, ac omnia contenta in eisdem, ac singuli articuli eorum inter partes, inter quas conclusi fuerint, quatenùs huic tractatui, aut alicui articulo ejusdem, non sunt contrarii, in suo pleno permaneant robore & effectu.

Item, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnibus & singulis aliis principibus, ac regibus, & dominis datur & conceditur locus congruus & condecens intrandi præsentem ligam & confœderationem, dummodò intra octo menses se ingredi, dictam ligam, acceptare & intrare velle per literas suas patentes magnis suis sigillis sigillatas, & manibus suis subscriptas, declaraverint, necnon per easdem ad observantiam dictæ ligæ & fœderis, ac omnium & singulorum articulorum in eadem contentorum, quatenùs eos concernunt, aut concernere poterunt, se realiter & cum effectu obligaverint; & quòd dicti principaliter contrahentes tenebuntur defendere dictos reges, principes, potentatus, & dominia, ac omnes alii & singuli in hoc tractatu comprehensi tenebuntur tam dictos principaliter contrahentes, quàm seipsos, mutuò defendere, sumptibus tamen, ut præfertur, requirentis, sive requirentium.

Item, cùm præfati potentissimi Angliæ & Christianissimus Francorum Reges, hujus sanctæ ligæ & confœderationis primi autores, sese indissolubili quodam affinitatis vinculo perpetuò conjunxerint, conventum & concordatum est inter eosdem, quòd licet inter cætera in præsenti tractatu contineatur, quòd quilibet principaliter

cipaliter contrahens in persona sua, sive per deputatum suum, communem hostem ipsos, aut eorum aliquem, invadentem, aut invadere procurantem, cum ea potentia, tam terrestri, quàm navali, prout superiùs est descripta, suis propriis expensis invadere teneatur uno simul & eodem contextu; præfati tamen Angliæ & Francorum Reges pro defensione personarum, statuum, regnorum, patriarum, & dominiorum suorum, per eos, aut eorum alterum impræsentiarum ubicumque possessorum, in propriis personis, cum tanta equitum & peditum manu ac navium classe, quanta & quemadmodum superiùs est descripta, se mutuò defendent contra invadentem, aut invasionem procurantem, ut præmittitur, quemcumque absque ulla exceptione, eumdem sive eosdem hostiliter invadent & aggredientur, bellumque contra ipsum vel ipsos, bona fide, absque omni dilatione, fraude, & dolo, realiter & cum effectu gerent. Ac insuper licet alii pro principaliter contrahentibus superiùs nominati, aut eorum aliquis, præsentem tractatum, aut aliquem articulum in eo contentum, non observaverint, vel contravenerint, sive non observaverit, vel contravenerit, præsens tamen contractus, & omnia & singula in eodem contenta, inter eosdem potentissimum Angliæ, & Christianissimum Francorum Reges, pro personarum, statuum, regnorum, terrarum, & dominiorum suorum tuitione, conservatione, & defensione, firma & rata manebunt, eumdemque tractatum, ac omnia & singula in eodem contenta, quatenùs eos concernunt, inconcussè & inviolabiliter observabunt, non obstante quòd cæteri id non fecerint, perimpleverint, aut facere, vel perimplere recusaverint, seu eorum aliquis non fecerit, perimpleverit, aut facere recusaverit.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes & singuli confœderati prædicti, per oratores sive commissarios alicujus eorumdem sufficientem auctoritatem habentes, ad hoc debitè requisiti fuerint, in eorum præsentia, tactis sacrosanctis evangeliis juramentum corporale præstabunt, quòd omnia & singula in præsenti tractatu specificata & contenta benè & fideliter observabunt & adimplebunt, ac à suis subditis, quatenùs ipsos tangunt aut tangere poterunt, observari & adimpleri facient cum effectu: & idem juramentum in scriptis redactum, & manu sua subsignatum oratori sive oratoribus hujusmodi tunc præsentibus tradet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes & singuli confœderati principaliter contrahentes omnia & singula præmissa ratificabunt, autorisabunt, & confirmabunt, atque realiter & cum effectu pro parte sua exequentur, & facient, & eorum quilibet ratificabit, auctorisabit, & confirmabit, atque realiter & cum effectu pro parte sua exequetur & faciet quæ præmissorum tenor exiget & requiret; suasque litteras patentes desuper debitè confectas magnis suis sigillis sigillatas ac manibus suis subscriptas, dictis confœderatis principaliter contrahentibus, & eorum cuilibet, intra quatuor menses datæ præsentis tractatus proximè & immediatè sequentes, liberabunt & tradent, tradive aut liberari facient, & eorum quilibet tradet & liberabit, aut tradi & liberari faciet.

Nos igitur intentioni primævæ, quam, ut præmittitur, conceperamus, inhærere cupientes, potiùsque spectantes ipsius rei gestæ substantiam, vim & effectum, quàm supervacuas verborum formulas, nihil aliud quàm bonum publicum, universalemque Christianorum pacem præ oculis ferentes, hujusmodi tractatum pacis & fœderis, cum omnibus & singulis capitulis & articulis prænarratis, prout superiùs de verbo ad verbum inseruntur, ratum & gratum habentes, laudavimus, ratificavimus, & approbavimus, laudamusque, ratificamus, &

approbamus per prǫſentes, atque ea omnia ſuperiùs inſerta, iis modis & formis, quibus tractata ſunt, in quantum nos concernunt, & ad nos attinent ac ſpectant, nos ſervaturos & integrè executuros promittimus & pollicemur, ad idque nos, & heredes & ſucceſſores noſtros obligamus & aſtringimus, omni exceptione ſeu contradictione ceſſante, hæc omnia, ſacris evangeliis per nos tactis, jurejurando firmantes. Cùmque intendamus deinceps cum eiſdem ſereniſſimis Francorum & Angliæ Regibus fraterno amore perpetuò devinciri, eoſdem, & ipſorum quemlibet, per has noſtras requirendos ac rogandos duximus, quatenus nos, tanquam principaliter contrahentem, ſic incluſum recipiant & admittant, & ipſi vice versâ eorum patentes & autenticas literas, has noſtras recipiendo, expediri faciant, per quas juxta ipſius tractatûs formam viciſſitudinariâ obligatione nos ſic, tanquam principaliter contrahentem, incluſum & comprehenſum recipiendo & acceptando, foveant & obſervent, beneficioque dicti tractatûs, iis amplioribus modo & formâ, quibus conventum extitit, gaudere patiantur unà cum omnibus confœderatis noſtris, quos per has noſtras ex facultate nobis in dicto tractatu attributâ nominamus, & comprehendimus, videlicet primò S. D. N. ſanctamque Sedem Apoſtolicam, ac omne Cardinalium collegium, dictum ſacratiſſimum Imperatorem, ſacrumque Imperium, ac ipſius Imperii Electores, & Principes, ſereniſſimos Reges Ungariæ, Bohemiæ, Poloniæ, Daciæ, Portugalliæ, ſereniſſimam dominam Margaretam, amitam noſtram, pro ſe, & terris ac dominiis ſuis, tam comitatûs Burgundiæ, quàm aliorum dominiorum ſui dotarii, necnon illuſtrem dominum, Ferdinandum de Caſtella, Auſtria, & Burgundia, fratrem noſtrum, illuſtreſque Duces Sabaudiæ, Juliacenſem, & Clevenſem, dominos Epiſcopos, Leodienſem, & Trajectenſem, Dominium Helvetiorum, & omnes Ligas Germaniæ; Dominium Florentinorum, & totam inſignem familiam de Medicis; Dominium Senenſium, & omnes ipſius civitatis cives, vaſſallos & ſubditos; & dominum Robertum de la Marchia, dominum de Sedan; & ad prædicta omnia juxta ipſius tractatûs formam explenda, conſtituimus oratorem & procuratorem noſtrum, reverendum Philibertum Naturellum, Præpoſitum Trajectenſem, cancellarium ordinis noſtri aurei velleris, conſiliarium & oratorem noſtrum apud Chriſtianiſſimum Francorum Regem, fratrem noſtrum cariſſimum; cui quidem mandatum cum pleniſſima poteſtate concedimus prædicta omnia & ſingula, prout conventa ſunt, exequendi, juramentumque requiſitum ſuper his omnibus noſtro nomine prǫſtandi, ac in animam noſtram ſubeundi; reciprocum quoque juramentum ab eiſdem ſereniſſimis Regibus exigendi, ac ad opus noſtri prǫſtari petendi, cæteraque omnia in prǫmiſſis omnibus & circa prædicta implendi, & impleri faciendi, aliaque neceſſaria & opportuna gerendi & exercendi, quæ nos ipſi faceremus, & facere poſſemus, ſi prædictis perſonaliter intereſſemus, harum teſtimonio literarum, ſigilli noſtri majoris munimine roboratarum, manuque noſtrâ ſubſcriptarum. Datum in civitate noſtra Cæſarauguſta, die decima-quarta menſis januarii, anno Domini milleſimo quingenteſimo decimo-nono, regnorum verò noſtrorum anno tertio. Ainſi ſigné, CHARLES: & ſur le repli, *per Regem, Hauvard.* Et ſcellé en lacs de ſoie verte & rouge, d'un grand ſcel de cire verte, pendant au repli.

TRAITE' ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET HENRI VIII. Roi d'Angleterre, pour le paiement de cent mille francs par an audit Roi d'Angleterre, & pour l'entretenement de paix entre les roiaumes d'Angleterre & d'Ecosse. A Guines le 6. juin 1520.

HENRICUS, Dei gratia Rex Angliæ & Franciæ, & dominus Hiberniæ, universis & singulis ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Cùm inter illustrissimos Angliæ, & Francorum Reges quidam tractatus mutui conventus & congressus de data duodecimi diei martii ultimò præteriti, per reverendissimum dominum Cardinalem Eboracensem, de latere Legatum, sufficienti autoritate ab utroque dictorum regum munitum, conventus & conclusus fuerit, ne quid ex hujusmodi conventu & congressu ad firmiorem amicitiam pro dictorum regum conjunctione requiretur, sed ut solidior firmiorque inter eosdem amor, benevolentiaque accresceret, inter quos jamdudum affinitatis necessitudo contracta est, dicti Reges ob dicti matrimonii contemplationem, & ad dictam corroborandam inter eosdem pacem & amicitiam, mediis & interventu dicti reverendissimi domini Cardinalis convenerunt, concordarunt, & concluserunt, ac per præsentes conveniunt, concordant, & concludunt articulatim, prout sequitur.

Angleterre. 1520. *6. juin.*

Imprimis, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præfatus Christianissimus Francourm Rex Franciscus, hæredesque & successores sui, post ultimum terminum solutionis cujusdam millionis coronarum auri in litteris obligatoriis ejusdem Francorum Regis de datâ octavi diei mensis maii, anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto specificati, & dicto Regi Angliæ certis terminis solvendi transactum, finitum, & elapsum, singulis annis, donec & quousque illustrissimus Princeps Franciscus, Delphinus Franciæ, præfati Christianissimi Francorum Regis primogenitus, cum illustrissima Principe domina Maria, præfati Angliæ & Franciæ Regis potentissimi nunc filia unica & dilectissima, matrimonium per verba de præsenti contraxerit, & in facie ecclesiæ solemnisaverit juxta vim, formam, tenorem, & effectum cujusdam tractatus de data quarti diei mensis octobris, anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo desuper facti, conclusi & confirmati, solvent, seu solvi facient præfato Regi Angliæ, ejusve deputato sive deputatis, summam centum millium francorum, unoquoque franco valente viginti solidos turonenses, in coronis auri de sole, boni auri, & justi ponderis, qui numerus francorum facit numerum quinquaginta duorum millium sexcentarum & triginta coronarum auri de sole & sexaginta solidorum turonensium, loco, terminis, modoque & forma sequentibus, videlicet primo die mensis maii dictum ultimum terminum proximè sequenti, in oppido Calisiæ, in coronis auri de sole quinquaginta millia francorum, unoquoque franco valente viginti solidos turonenses, quæ faciunt summam viginti sex millium trecentarum & quindecim coronarum auri de sole & triginta solidorum turonensium, casu quo dicta ultima & finalis solutio prædicti millionis primo die mensis novembris proximè præcedenti expirare contigerit; & primo die mensis novembris ex tunc proximè sequenti, in eodem oppido Calisiæ, similiter in præ-

fatis coronis auri alia quinquaginta millia francorum prædictorum ; & primo die maii ex tunc proximè sequenti, pariformiter in dicto oppido Calesiæ, in coronis auri valoris prædicti alia quinquaginta millia francorum ; & sic de termino in terminum, & de anno in annum, donec & quousque dictum matrimonium inter præfatos serenissimos Principes dictum dominum Franciscum, Delphinum Franciæ, & dominam Mariam dicti potentissimi Regis Angliæ filiam unicam, modo & forma præmissa contractum & solemnisatum fuerit. Et casu quo dicta ultima & finalis solutio præfati millionis coronarum auri, primo die mensis maii expirare contigerit, tunc dictus Francorum Rex, hæredesque & successores sui solvent, seu solvi facient præfato Regi Angliæ, ejusve deputato sive deputatis, primo die mensis novembris ex tunc proximè sequenti, in oppido Calisiæ, in coronis auri de sole quinquaginta millia francorum valoris prædicti; & primo die mensis maii ex tunc proximè sequenti, alia quinquaginta millia francorum, & sic de termino in terminum, & de anno in annum, donec & quousque dictum matrimonium inter præfatos serenissimos Principes dominum Franciscum Delphinum Franciæ, & dominam Mariam dicti potentissimi Angliæ Regis filiam nunc unicam, modo & forma præmissa contractum & solemnisatum fuerit. Et casu quo dictum matrimonium non sortiatur effectum, cessabit solutio præsentis præfatæ promissionis, & conventionis, salva tamen obligatione prædicti millionis de data prædicta pro solutione summarum, quæ residuæ ex dicto millione restabunt solvendæ.

Item. Conventum & concordatum est, quòd casu quo præfatum matrimonium inter supra nominatos serenissimos Principes, Franciscum Delphinum, & dominam Mariam præfati Regis Angliæ filiam unicam, in facie ecclesiæ, ut præfertur, fuerit solemnisatum, supradictus Christianissimus Francorum Rex, ejusque hæredes & successores solvent, seu solvi facient dicto Regi Angliæ, ejusve deputato sive deputatis, singulis annis, durante vita naturali ejusdem Regis Angliæ, dictam summam centum millium francorum valoris prædicti in coronis auri de sole boni auri, & justi ponderis, loco, terminis, modoque & formis superiùs specificatis.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si dictum matrimonium inter præfatos serenissimos Principes, Franciscum Delphinum, & Mariam, realiter sortiatur effectum, & Rex Angliæ dicta unica filia domina Maria relicta sine liberis masculis decesserit, quod Deus avertat, ac eadem serenissima Princeps Maria in regnum Angliæ tanquam hæres successerit, atque ea ratione præfatus illustrissimus Princeps Franciscus Delphinus, jure dictæ dominæ Mariæ uxoris suæ, Rex Angliæ, & in possessione ejusdem regni fuerit, tunc præfatus Christianissimus Francorum Rex Franciscus, ejusque hæredes & successores, hæredibus dicti Regis Angliæ de suo corpore legitimè procreatis, sive eorum deputatis, perpetuis futuris temporibus solvent, seu solvi facient summam centum millium francorum valoris prædicti in coronis auri de sole boni auri, & justi ponderis, loco, termininis, modoque & forma superiùs expressis & specificatis. Et quamvis præfatus Angliæ Rex aliam, vel alias reliquerit filias, nihilominus dicta solutio fiet dictæ dominæ Mariæ, durante vita sua, &, post mortem ejus, hæredibus de corpore suo legitimè procreatis in perpetuum, loco, terminis, modoque & forma superiùs expressis & specifica-

tis. Ad quas quidem solutiones omnes & singulas, in supra scriptis articulis respectivè specificatas, loco, terminis, modoque, & formis in eisdem contentis, benè, & fideliter faciendas, præfatus Christianissimus Francorum Rex per litteras suas patentes manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, obligabit se, hæredes & successores suos, regna, terras, patrias, & dominia sua quæcumque, necnon subditos suos, ac ejus & eorum bona ubicumque reperta, prout etiam per præsentes se obligat.

Item. Quia inter Reges & regna Angliæ & Scotiæ, eorumdemque subditos, multæ interveniunt controversiæ, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd, pro pacificatione dictarum controversiarum, dictus Francorum Rex omnia & singula aget & faciet, quæ salvo honore & juramento suis super rebus Scotiæ præstitis quovis modo agere aut facere poterit; super quo dicti Angliæ, & Francorum Reges per præsentes promittunt se stare arbitrio, judicio, laudo, decreto, & arbitramento dicti reverendissimi domini Cardinalis de Latere Legati, & illustrissimæ dominæ Ducissæ de Angulesina, dicti Christianissimi Francorum Regis matris carissimæ, intra annum post datam præsentium reddendo & ferendo.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dicti Angliæ & Francorum Reges, & eorum uterque, stabunt laudo, judicio, arbitrio sive arbitramento eorumdem arbitratorum, & idem arbitrium sive arbitramentum, quantum eos aut eorum alterum concernit, inviolabiliter observabunt, & eidem absque omni dolo, fraude, aut malo ingenio, bona fide parebunt.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd per præsentem tractatum, aut aliquem articulum in eodem contentum, non censeatur recessum ab aliquo alio tractatu, seu obligatione pro solutione alicujus pecuniarum summæ, seu aliis tractatibus quibuscumque inter præfatos Angliæ, & Francorum Reges, ante datam præsentium quovis modo factis & conclusis; sed quòd omnes hujusmodi tractatus & obligationes in pleno robore permaneant, & effectu.

Item. Conventum & concordatum est, quòd dicti Reges, & eorum uterque, ante octo dies datam præsentis tractatus proximè sequentes, præsentem tractatum manu sua subscribent, & magnis suis sigillis respectivè sigillabunt, iidemque Reges, & eorum uterque tactis sacrosanctis Dei evangeliis, juramentum corporale præstabunt, quòd eumdem tractatum, ac omnia, & singula capitula in eodem contenta, quatenùs eos, aut eorum alterum, concernunt, aut quovis modo concernere poterunt, absque omni dolo, fraude, aut malo ingenio, bona fide, & inviolabiliter observabunt.

Quæ supra scripta omnia & singula nos Henricus, Rex Angliæ & Franciæ ante dictus, bona fide, & in verbo regio pro parte nostra, quatenùs nos tangunt, pro nobis, & hæredibus nostris, nos observaturos promittimus, atque ad eadem nos obligamus.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, præsentes litteras manu nostra subscripsimus. Datum in castro nostro de Guisnes, sexto die mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo, & regni nostri duodecimo. Signé au bas, HENRI.

TRAITÉ ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET CHARLES V. *Empereur, pour la liberté de la pêche du Haranc. A Calais, le 2. octobre 1521.*

Espagne. 1521. 2. octob.

CAROLUS, divina favente clementia electus Romanorum Imperator semper augustus, Rex Germaniæ, Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Jerusalem, & Indiarum, ac terræ firmæ maris oceani, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Virtembergiæ, &c. Comes Flandriæ, Tirolis, Palatinus Burgundiæ, &c. Princeps Sueviæ, &c. Landgravius Alsaciæ, &c. Marchio Burgoviæ, Dominus in Asia, & Africa, universis præsentes litteras inspecturis, salutem. Notum facimus, quòd cùm inter oratores nostros, ex una; & oratores carissimi fratris nostri Francisci, Francorum Regis, ex alia partibus; certi articuli fuerint concordati, sub beneplacito nostro, & dicti Regis Franciæ, reservati, interveniente carissimo ac dilectissimo amico nostro Thoma, miseratione divinâ tituli sanctæ Ceciliæ trans Tiberim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Archiepiscopo Eboracensi, & Sanctissimi domini nostri Leonis Papæ X. & Sedis Apostolicæ cancellario, & serenissimi, carissimi & dilectissimi fratris, avunculi, & consanguinei nostri regis Angliæ locumtenente; quorum articulorum tenor sequitur.

Cùm nuper inter potentissimos principes, Carolum, Romanorum Imperatorem electum &c. & Franciscum, Francorum Regem Christianissimum, bellum ingens & asperum subortum sit, ratione cujus, tam terra, quàm mari, frequentes deprędationes, & incursiones utrinque factæ fuerint in utriusque principis innocentium subditorum grave detrimentum, & damnum intolerabile; cùmque etiam impręsentiarùm piscandi pro halecibus tempus opportunum & aptum instet, & propter maritimas deprædationes utrinque piscatura cessatura videatur, piscatoribus ipsis sese mari committere jam ab hostibus obsesso non audentibus; quo fit, ut piscaturæ commoditas, ad pauperum levandam famem à cœlesti numine concessa, cessare hoc anno omninò debeat, nisi aliter provideatur: Idcircò dictorum potentissimorum principum oratores, nunc in oppido Calisiæ, hortatu illustrissimi Regis Angliæ, ad componendas discordias congregati, contemplatione ejusdem Regis Angliæ, & interventu reverendissimi in Christo Patris, Thomæ, miseratione divinâ tituli sanctæ Ceciliæ trans Tiberim Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteri Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopi, & Sanctissimi domini nostri Leonis Papæ X. & Sedis Apostolicæ de latere Legati, & regni Angliæ cancellarii, & prędicti Regis Angliæ locumtenentis, interveniente etiam Nuncio Sanctissimi Domini, ad occurrendum malis supra dictis, & ad asperitatem pręsentis belli molliendam, convenerunt, concordarunt, & concluserunt articulatim, prout sequitur.

Imprimis conventum & conclusum est, quòd subditi utriusque principis, tam Caroli, Romanorum Imperatoris electi, quàm Francisci, Francorum Regis Christianissimi, in mari piscantes, aut piscationem exercentes, absque aliqua incursione, deprædatione, molestatione, vexatione, aut impedimento quocumque, hinc ad & per totum mensem januarii proximè venturum, tutè & liberè ubi-

que in mari piscari haleces, & omne genus piscium capere possint & valeant; bello, ut prefertur, inter eosdem principes terrâ & mari exorto non obstante: ita quòd neutrius dictorum principum subditi eisdem piscatoribus, aut piscationem exercentibus, aut eorum navibus, victualibus, armamentis, retibus, & piscibus, aut aliis eorum bonis quibuscumque ad piscationem sine fraude pertinentibus, dicto tempore durante, aliquam deprædationem, vim, violentiam, molestationem, aut vexationem, quovis modo inferant, aut inferre tentent, vel præsumant. Et, si quid in contrarium per aliquem alterius dictorum principum subditum, actum, gestum, vel attentatum fuerit, cujuscunque status, gradûs, aut conditionis extiterit ille sic contraveniens, postquam de dicta deprædatione, violentia, molestatione, vexatione, impedimento, & damno, Cancellario, seu Consilio Principis, cujus fuerit talis prædo subditus, seu officiariis & judicibus ordinariis ejus loci, cujus jurisdictioni subjicietur, per juramentum damnum passi constiterit, tenebitur immediatè omne damnum & interesse, absque omni strepitu & figura judicii, parti læsæ restituere, ulteriùs arbitrio ejusdem Cancellarii, seu Consilii, aut judicum ordinariorum, corporaliter pro qualitate delicti puniendus.

Item, conventum & conclusum est, quòd neutrius principum prędictorum gentes armorum, pedites, vel equites, aut subditi quicumque, cujuscumque status, gradûs, aut conditionis existant, incursiones, deprædationes, incendia, rapinas, aut aliquam violentiam, seu vim hostilem facere, pecora abigere, aut homines captivare possint & valeant, intra limites, fines, territoria, & jurisdictionem Regis Angliæ, citra mare existentia, nec victualia intercipere, aut commeatus ad oppidum Calisiæ deferre volentes prohibere, seu spoliare, aut eis molestiam aliquam inferre, commeantes intercipere, capere, captivare, aut quovis modo molestare.

Item, conventum & conclusum est, quòd, dicto bello durante, nullus subditus principum prædictorum, intra portus & sinus maris quoscumque, flumina, ostia fluminum, gurgites, aquas dulces, stationes navium, & præsertim stationem vulgariter vocatam, *les Dunes*, aut alia loca maritima quæcumque jurisdictioni dicti Regis Angliæ subjecta, aliquam navem mercatoriam, onerariam, armatam vel non armatam, onustam seu vacuam, cujuscumque quantitatis aut oneris fuerit, de quacumque natione eadem navis extiterit, capere, spoliare, diripere, seu merces, victualia,, aut armamenta quæcumque, ab eisdem navibus, aut earumdem nautis auferre, nec eisdem vim, violentiam, aut molestationem aliquam inferre possit, aut debeat; sed quòd liceat navibus & nautis quibuscumque, circa loca supra dicta, tutè, liberè, & securè morari, manere, & ad ancoram stare, absque cujuscumque alterius navis armatæ dictorum principum, aut alicujus eorumdem subditi, violentia, infestatione, aut molestia.

Item, conventum, & conclusum est, quòd Nuncius & orator Sanctissimi domini nostri, ac oratores Cæsarei, eorumque nuncii, cursores, servitores, familiares, & ministri, & qui eos comitati sunt honoris gratiâ, dum ad hunc locum venirent, de quibus stetur juramento ipsorum oratorum, durante hoc conventu, & quamdiu erunt cum ipso reverendissimo Cardinali, in hoc oppido Calisiæ congregati, & etiam dum hinc recedere voluerint, & per quindecim dies post conventûs dissolutionem, cum omnibus & singulis eorum bonis, sar-

cinis, impedimentis, & supellectile, habeant, & habere debeant liberum & securum transitum, accessum, & regressum, cum literis, vel sine literis, ex hoc oppido Calisiæ, usque ad oppidum & locum, in quo Cæsaris Majestas adesse & consistere comperietur, & ab ipso Cæsare usque ad hoc oppidum Calisiæ, absque eo quòd intra hos limites liceat eidem Francorum Regi, ejusve capitaneis, militibus, stipendiariis, aut subditis quibuscumque, per quasvis incursiones fiendas, quempiam ex his capere, intercipere, detinere, molestare, inquietare, seu impedire, dum tamen recto itinere incedant per loca, territoria, & dominia ipsius Imperatoris electi, nec divertant ad loca, territoria, & dominia ipsius Regis Christianissimi; & vicissim oratores Christianissimi Regis, eorumque nuncii, cursores, servitores, familiares, & ministri, & qui eos comitati sunt honoris gratiâ, cùm ad hunc locum venirent, de quibus etiam stetur juramento ipsorum oratorum, durante dicto conventu, in hoc oppido Calisiæ, & per quindecim dies post conventûs dissolutionem, & etiam in eorum, seu alicujus eorum recessu, cum omnibus & singulis eorum bonis, sarcinis, impedimentis, & supellectile, habeant, & habere debeant liberum & securum transitum, accessum, & regressum, cum literis, vel sine literis, ex hoc oppido Calisiæ usque ad oppidum & locum, in quo Rex Christianissimus adesse & consistere comperietur, & ab ipso Rege Christianissimo usque ad hoc oppidum Calisiæ, absque eo quòd intra hos limites liceat eidem electo Imperatori, ejusve capitaneis, militibus, stipendiariis, aut subditis quibuscumque, per quasvis incursiones faciendas, quempiam ex his capere, intercipere, detinere, aut quovis modo molestare, inquietare, seu impedire, dum tamen recto itinere incedant per loca, territoria, & dominia ipsius Regis Christianissimi, nec divertant ad loca, territoria, & dominia ipsius Caroli, Romanorum Imperatoris electi. Et, si quispiam subditorum capitaneorum, militum, seu stipendiariorum alterius ipsorum principum, quicquam in contrarium præmissorum egerit, molitus fuerit, seu tentaverit, teneatur illius dominus, cujus subditus capitaneus, miles, seu stipendiarius fuerit, ad omnem requisitionem damnum passi, medio illius juramento justificantis capturam seu damnum, omnia resarciri facere, & ad primum statum reducere, & reduci facere, per se, vel per illorum officiarios, & judices ordinarios, omni morâ & contradictione cessantibus.

Item, quia nonnullæ naves, de regno & dominio Regis Angliæ existentes, nuper à subditis tam Romanorum Imperatoris electi, quàm Francorum Regis Christianissimi, captæ, deprędatæ, & spoliatæ asseruntur; & mercatores, & nautæ earumdem tanquam captivi abducti, uti ex Anglicorum querelis refertur; Nos igitur oratores principum prędictorum cupientes, ne de cętero subditi dicti Regis Angliæ, sicut prefertur, molestentur, promittimus per pręsentes eidem Regi Angliæ, & reverendissimo domino Cardinali Eboracensi, legato antedicto, ejusdem Regis Angliæ locumtenenti, promissionem nostram acceptanti, quòd naves de regno & dominio dicti Regis Angliæ existentes, tutè, liberè, & securè possint, tam per mare navigare, quàm in portus, & sinus quoscumque, gurgites, flumina, ostia fluminum, aut stationes navium quascumque utriusque dictorum principum, seu alterius eorumdem, cum suis mercibus & oneribus appellere, manere, in ancoris stare, morari, atque indè, quandocumque eis libuerit, cum suis mercibus & oneribus liberè abire & recedere, absq;
alterutrius

alterutrius dictorum Principum, seu subditorum eorumdem arrestatione, molestatione, deprędatione, vexatione, aut impedimento quocumque, solvendo tamen jura solita; proviso etiam, quòd naucleri, mercatores, & alii quicumque Angli existentes in dictis navibus, abstinebunt ab omni fraude, & nihil molientur adversus dictos Principes.

Item, conventum & conclusum est, quòd serenissimus Rex Angliæ, & dictus reverendissimus dominus Cardinalis legatus, ejus locumtenens, cujus medio pręsens capitulatio conclusa extitit, hujusmodi conventorum sint conservatores, tantumque ad id per ambas partes electi & assumpti.

Item, conventum & conclusum est, quòd uterque Principum prædictorum intra decem dies à datâ pręsentium, præsentes articulos, & omnia & singula in eis contenta, per literas suas patentes, magno suo sigillo sigillatas, & manibus suis subscriptas, ratificabit, & confirmabit.

Item, conventum, & conclusum est, quòd articuli supradicti in omnibus portubus & locis maritimis dictorum Principum, Caroli Romanorum Imperatoris electi, & Francisci Francorum Regis Christianissimi, post ratificationem hinc indè secutam, per edicta & proclamata insinuentur, declarentur, & publicentur intra dies quindecim, in Flandria, Brabantia, Hollandia, & Zelandia, Bononia, Picardia, Normannia, & Britannia; in aliis verò regionibus, & patriis remotioribus, eisdem Principibus subditis, fiet dicta publicatio infra alios viginti dies, post dictam primam publicationem immediatè sequentes, sub comminatione &c. & quòd nuncius lator præsentium articulorum, pro dicta publicatione facienda, & curanda ut fiat, habebit salvum-conductum opportunum.

Visis igitur dictis articulis, cupientes gratificari dicto Cardinali, carissimo ac dilectissimo amico nostro, illos & unumquemque eorum ratificamus, laudamus, & approbamus. Quocirca per præsentes mandamus omnibus officiariis, & justiciariis nostris, admiraldis, marescalibus, capitaneis, conductoribus exercituum nostrorum, militibus, ac omnibus & singulis subditis nostris, tam in mari quàm in terra existentibus, quatenus contenta in prædictis articulis faciant indilatè observare, puniendo illorum infractores, ut juris fuerit & rationis. Et, ne aliquis contentorum in pędictis articulis ignorantiam prætendere valeat, volumus, quòd sono tubæ in locis consuetis publicentur. In quorum fidem & testimonium his præsentibus, manu nostra signatis, sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in oppido nostro Montis Hannoniæ, die secunda mensis octobris, anno Dom. millesimo quingentesimo vigesimo-primo, regnorum verò nostrorum, videlicet Romanorum, & Hungariæ &c. tertio; & Hispaniarum &c. sexto. Ainsi signé, CHARLES. Et sont lesdites letres scellées en double queuë de parchemin, d'un scel sur cire rouge: & sur le repli, *per Imperatorem, Lalemand.*

TRAITE' ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET L'ARCHIDUCHESSE Marguerite, à la priere & en consideration des Cantons Suisses, pour la neutralité entre les duché & comté de Bourgogne. A Saint Jean de Laône le 1522.

Bourgogne. 1522.

PREMIEREMENT, que lesdits duché de Bourgogne, Mâconnois, Auxerrois, Bar sur Seine, vicomté d'Auxonne, comté de Champagne, Bassigny, les seigneuries de Mezieres, & Mouzon sur Meuse, terres enclavées, & y adjacentes, appartenantes audit seigneur Roi Tres Chretien: & la Franche-comté de Bourgogne, terres enclavées, & pais adjacens appartenans à ladite Dame Archiduchesse, soient & demeurent en neutralité entre ledit seigneur Roi Tres-Chretien, & ladite Dame; tellement que pendant le tems de trois ans, ne se poura faire, mouvoir, ni inferer guerre, hostilité, envahissement, ni autre force quelconque, par ledit seigneur Roi Tres Chretien, sesdits pais, & sujets, directement, ou indirectement, à ladite comté, ni autres pais appartenans à madite Dame. Aussi ladite Dame ne poura faire, mouvoir, ni inferer guerre, hostilité, ni envahissement, ni autre force quelconque, directement, ou indirectement, esdits duché de Bourgogne, & pais susdits, par elle, sesdits pais, ni sujets.

Item. Que durant icelle neutralité, les manans & habitans de ladite duché de Bourgogne, Mâconnois, Auxerrois, Bar sur Seine, vicomté d'Auxonne, comté de Champagne, Bassigny, seigneuries de Mezieres, & Mouzon, terres enclavées, & païs adjacens, & ceux d'icelle Franche comté pouront hanter, converser, trafiquer, & marchander de choses licites, & non prohibées, aller, demeurer, sejourner, retourner de païs en autre avec leurs marchandises, ainsi, & en la forme & maniere qu'ils faisoient auparavant la guerre, sans que respectivement puissent estre constituez prisonniers de guerre, ni leurs marchandises & biens estre dits de bonne prise; ni que les biens immeubles, que les uns & les autres pouroient avoir esdits duché de Bourgogne, Mâconnois, Auxerrois, & païs dessusdits, ou en la Franche-comté, puissent estre mis hors leurs mains, saisis, arrestez, ni declarez commis ou confisquez, comme biens d'ennemis tenans parti contraire.

Item. Que ladite Dame Archiduchesse & Comtesse de Bourgogne, & chacun des manans & habitans desdits païs respectivement, jouïssent, tiennent, & possedent leursdits biens étans enclavez esdits païs, en la forme & maniere qu'ils faisoient auparavant ladite guerre: & si aucune chose a été attentée au contraire durant ladite guerre, soit revoquée, & remise en l'état qu'étoit auparavant.

Item. Que durant ladite neutralité, ceux d'icelle Franche-comté ne tireront aucuns vivres de ladite duché de Bourgogne, ni des pais dessusdits, pour les porter ou mettre hors d'icelle Franche-comté: & neanmoins en cas qu'il y eût necessité de vivres esdits païs, sera loisible audit seigneur Roi, & à Madame, & Gouverneurs desdits païs, pouvoir défendre ledit traité, tant d'un côté, que d'autre: & que ceux d'icelle Franche-comté, ne bailleront passage, vivres, aides, armures, ni artilleries, à tres-haut & tres-puissant Prince, Charles, Roi Catoli-

que, & élu Empereur, ni à ses adherans, alliez, & confederez, pour guerroier, & faire guerre aux gens & païs dessusdits.

Item. Que dans icelle Franche-comté ne se feront aucunes entreprises, ni prises de prisonniers, de marchandises, ni autres choses de ceux de ladite duché, & païs dessusdits, par les sujets & gens-d'armes d'icelui élu Empereur, ou ses adherans, alliez, & confederez. Semblablement, les sujets dudit Seigneur Roi Tres-Chretien, alliez, & confederez, ne pouront faire aucune prise de ceux de la Franche-comté, ni de leurs biens dans ladite duché, & païs dessusdits.

Item. Que ceux de ladite Franche-comté, qui ont suivi & suivront le parti d'icelui seigneur élu Empereur, ne pouront estre travaillez, ni molestez pour leurs fiefs, & autres biens qu'ils ont esdits duché & païs dessusdits; ni pareillement ceux de ladite duché, & païs dessusdits, qui ont suivi & suivront le parti dudit seigneur Roi, ne pouront estre molestez ni travaillez, à cause des biens, fiefs, & autres seigneuries qu'ils tiennent en icelle Franche-comté, ains en joüiront durant icelle neutralité.

Item. Que les manans & habitans desdits païs, respectivement, ne machineront, ni conspireront aucune chose contre l'une ou l'autre desdites parties: & si aucune chose étoit attentée contre les choses dessusdites, ou aucunes dicelles, par aucuns des sujets d'une part & d'autre, ils seront aigrement punis & corrigez. Et s'il avenoit, qu'il y eût aucun sujet desd. duché & comté de Bourgogne, & païs dessusdits, qui se retirât d'une obeïssance à l'autre, pour éviter la punition des crimes, qu'il pouroit commettre, en ce cas seront tenus respectivement le rendre es mains des officiers, tant dudit seigneur Roi, que de ladite Dame, pour en faire la punition & justice. Et le semblable sera fait des voleurs non sujets dudit seigneur Roi Tres-Chretien, & de madite Dame l'Archiduchesse.

Item. Seront en cette neutralité compris la cité de Besançon, citoiens & habitans d'icelle; l'Abbé, Couvent, & habitans de Luxeu, & sujets de ladite seigneurie de Luxeu, enclavée audit comté; en ratifiant de leur part le contenu en cette neutralité, dedans le tems & terme ci-aprés declaré.

Item. Que dans le jour de fête de la nativité Nôtre-Dame prochain venant inclusivement, ledit seigneur Roi Tres-Chretien, & madite Dame l'Archiduchesse, seront tenus de bailler leur ratification du contenu en cesdites presentes: & avec ce ladite Dame Archiduchesse sera tenuë de faire dûëment ratifier dedans le tems dessusdit, par ledit seigneur élû Empereur, toutes les choses ci-devant contenuës & declarées: & seront tenus de faire tenir lesdites ratifications, à savoir madite Dame, celle d'icelui élu Empereur, & la sienne, aux Gouverneurs des duché de Bourgogne, & comté de Champagne, leurs lieutenans, ou à l'un d'eux: & ledit seigneur Roi Tres-Chretien, au Gouverneur de ladite Franche-comté de Bourgogne, ou son lieutenant: & cependant ne sera aucune chose innovée d'une part ni d'autre, és païs susdits. Et ont lesdits seigneurs commis| accordé, que lesdits seigneurs Gouverneurs desdits duché de Bourgogne, comté de Champagne, & païs dessusdits, la Cour souveraine de ladite duché, & les Baillifs d'iceux païs, ou leurs lieutenans, feront publier & enregistrer, chacun en son endroit, cette presente neutralité, & icelle feront entretenir selon sa forme & teneur, & puniront & feront punir rigoureusement les infracteurs

d'icelle, comme ils verront estre à faire par raison, selon l'exigence des cas. Et le semblable feront les Gouverneur, Cour de Parlement de Dole, & Baillifs de madite Dame, ou leurs lieutenans, le tout toutefois aprés les ratifications dessus mentionnées, dûëment expediées d'une part & d'autre. Et pource que l'on poura avoir affaire de ces presentes en plusieurs & divers lieux, a été accordé, qu'au *vidimus* d'icelles, fait sous scel autentique, foi soit ajoûtée comme au present original. Lesquels seigneurs commis, & chacun d'eux respectivement, ont juré & promis és mains de Reverend Pere en Dieu & seigneur, Messire Claude de Longuy, Evêque de Mâcon, en presence des secretaires, notaires, & temoins souscrits, à savoir les seigneurs de Jonvelle 1, de Ruffey 2, & Premier President 3 de ladite duché, en l'ame dudit seigneur Roi Tres-Chretien : & la Dame Princesse d'Orange 4, les President dudit comté, sieurs de Montboillon, de Betoncourt, & Messire Nicolas Perrenot, en l'ame de madite Dame l'Archiduchesse ; de garder, entretenir, & inviolablement observer ladite neutralité, ainsi & par la forme & maniere que dessus est écrit, sans y contrevenir, ni souffrir d'y contrevenir en quelque maniere que ce soit. Et pour plus grande seureté, approbation, & entretenement des choses dessusdites, lesdits seigneurs commis dessusnommez ont fait signer par lesdits secretaires & notaires, cesdites presentes, & promis y faire mettre & apposer leurs sceaux, desquels on use en la Cour de la Chancellerie aux contrats de ladite duché de Bourgogne : & aussi celui, dont l'on use aux contrats de ladite comté de Bourgogne. Fait és lieu, jour & an que dessus, en presence de Reverend Pere en Dieu & seigneur, Messire René de Breche, Abbé des Abbaïes de Saint-Benigne, & Saint-Etienne de Dijon ; Messire Jean de Corcelles, Chevalier, sieur de Damvillers ; Gui de Salins, aussi Chevalier, sieur de la Nocle, Conseiller du Roi en ladite Cour de Parlement à Dijon ; noble & scientifique personne, Messire Jean Pericart, aussi Conseiller en ladite Cour, Tresorier & Chanoine de la Sainte-Chapelle à Dijon; Messire Louis de Guigneuse, sieur de Voliere, Capitaine du Château dudit Dijon; Claude de Baissey, sieur de Longecourt, Chevalier ; Maître Benigne Serre, sieur des Barres d'Orsans, Conseiller dudit seigneur Roi, & son Procureur General en ses duché de Bourgogne, & païs y adjacens ; Messire Claude de Tenarre, Chevalier, sieur de Jauly & de Montmoien ; Messire Philbert de Lugny, Chevalier, sieur de Mouterde, Bailli de Châlon ; & Etienne Bardet, Huissier de la Cour de Parlement dudit Dijon ; Reverends Peres en Dieu Messire Antoine de Baulmotte, Commendataire perpetuel des Prieurez de Saint-Horry & de Chaux, Archidiacre en l'Eglise de Besançon, Conseiller de madite Dame l'Archiduchesse en sa Cour de Parlement à Dole ; Louis de Vers, Abbé de l'Abbaie de Mont-Sainte-Marie ; nobles & puissans seigneurs, Messire Christofe de Longuy, Seigneur de Neufchâtel, Villaffans, & Longepierre ; Jean de Vienne, sieur de Chevreau ; Claude de Montmartin, sieur dudit lieu, de Cugney, & de Bellefons ; Humbert, sieur de Fetigni ; Aimé de Balay, sieur de Terans, Bailli de Dole ; Jean de la Thouviere, sieur de Beauregard, & de Chantonai, pardessus de la Saunerie de Salins, tous Chevaliers ; Gerard du Châtelet, sieur de Vauvillers, Montureux, & Longueville ; Simon, sieur de Corboson ; Pierre, sieur de Montrichard, & de Flamerans ; nobles hommes & sages, Messire Adrien de

1 *George de la Trimoüille.*
2 *Girard de Vienne.*
3 *Hugues Fournier.*
4 *Filberte de Luxembourg.*

Salive, sieur de Cerf, Conseiller de madite Dame en sa Cour de Parlement de Dole; Claude Glannes, President d'Orange; Simon Merceret, sieur de Monnet, Gruier de la comté de Bourgogne; nobles hommes, Maître Hugues de Vers, Tresorier de ladite Dame Princesse d'Orange en ladite Saunerie de Salins; Jâques Boutechoux, sieur de Batterans, & plusieurs autres temoins à ce appellez & requis. Ainsi signé, *G. de Boisset. J. Rate. J. de Fraisans, & N. Desirez.*

TRAITE' D'ALLIANCE ENTRE LE ROI FRANCOIS I. & Henri, Roi de Navarre. A Lion, le 27. septembre 1523. & ratifié par le Roi de Navarre en son château d'Orthes, le 16. octobre 1523.

HENRI, par la grace de Dieu Roi de Navarre, Duc de Nemours, de Gandie, de Montblanc, de Pegnafiel, Comte de Foix, Seigneur de Bearn, Comte de Bigorre, de Perigord, de Rivegorce, Vicomte de Castelbon, de Limoges, Marsan, Tursan, Gavardan, & Nebousan, Seigneur de la cité de Balaguier, & Pair de France: A tous ceux qui ce presentes verront, salut. Comme ainsi soit que pour le desir & affection, que à jamais avons eû de demeurer bon ami, parent, & allié de la Couronne de France, en ensuivant les gestes de nos predecesseurs, & desirant, que nos successeurs fissent le semblable, eûssions dépêché nôtre tres-cher & amé cousin Gaston, Seigneur & Baron d'Andoüins, nôtre senéchal de Bearn, & grand chambellan, devers Monsieur le Roi Tres-Chretien, avec exprés pouvoir & charge de renouveller les alliances, qui avoient été faites & passées entre ledit Seigneur, & feus de bonne memoire, les Roi & Reine, nos tres-honoré pere & mere, que Dieu absolve; lequel en vertu dudit pouvoir ait fait ladite renouvellation, & par icelle promis, que nous les ratifierons un mois aprés, ainsi qu'il nous a dit & remontré, & appert par les lettres en forme sur ce octroiées, dont la teneur s'ensuit.

Navarre 1523. 27. sept.

FRANÇOIS, par la grace de Dieu Roi de France: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Comme l'an mille cinq-cens & quatorze, le vint-troisieme jour de mars, feu nôtre tres-cher & tres-amé frere & cousin, le Roi de Navarre, nous eût dit & remontré le desir & affection, que lui, & feuë nôtre tres-chere sœur & cousine, la Reine de Navarre sa compagne, avoient de suivre & continuer la bonne amitié, paix, union, & concorde, qui toûjours avoit été, & mêmement par le traité fait à Blois, le dix-septieme jour de juillet, l'an mille cinq-cens douze, entre feu nôtre tres-cher seigneur & beau-pere, le Roi Roi Louis XII. dernier decedé, que Dieu absolve, d'une part; & les Ambassadeurs desdits feus Roi & Reine de Navarre, d'autre: Et en ce faisant nous eûssent prié & requis, traiter, conclure, & passer entre nous, & eux, confederation & alliance; ce que pour la singuliere & speciale amour & benevolence, qu'ils nous avoient toûjours portée, nous aurions bien voulu & accordé faire, & en nôtre bonne ville & cité de Paris, fait & passé ledit traité, icelui signé de

nôtre main, & fait seller de nôtre scel. Depuis lequel traité fait, lesdits feus Roi & Reine de Navarre, nos bons amis & alliez, sont allez de vie à trepas, delaissé nôtre tres-cher & tres-amé frere & cousin, Henri, Roi de Navarre, leur fils aîné, & principal heritier, lequel sur toutes choses tres-affectueusement desirant la perpetuation & continuation de ladite alliance & confederation, faite & accordée avec nous, par lesdits feus Roi & Reine de Navarre, ses pere & mere, voulant suivre & imiter leurs loüables vestiges & exemples, a envoié devers nous nôtre tres-cher & bien-amé Gaston, Seigneur & Baron d'Andoüins, Senéchal de Bearn, son premier Chambellan, ambassadeur & procureur garni de procuration, de laquelle la teneur ensuit.

HENRI, par la grace de Dieu Roi de Navarre, Duc de Nemours, de Gandie, de Montblanc, de Pegnafiel, Comte de Foix, Seigneur de Bearn, Comte de Bigorre, de Perigord, & de Rivegorce, Vicomte de Castelbon, de Limoges, de Marsan, Tursan, Gavardan, & Nebousan, Seigneur de la cité de Balaguier, & Pair de France: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Savoir faisons, Que comme à jamais entre les predecesseurs du Roi Tres-Chretien, & les nôtres, eût eû toute bonne fraternité, amitié, & alliance, & mêmement entre le feu Roi Louis XII. & nos tres-chers seigneurs les feus Roi & Reine de Navarre, nos pere & mere, que Dieu absolve, & le Roi, qui est à present: laquelle fraternité, amitié, & alliance, nous de tout nôtre pouvoir avons desiré & desirons estre continuée, tant en la personne dudit seigneur, & de ses successeurs, que de nous, & de nos successeurs. Pour ce est-il que nous confiant à plein de la faculté, discretion, & bonne diligence de nôtre tres-cher & amé cousin, Gaston, Seigneur & Baron d'Andoüins, nôtre senéchal de Bearn, & grand chambellan, icelui d'Andoüins aujourdui avons constitué & ordonné, constituons & ordonnons nôtre procureur, auquel avons donné & donnons exprés mandement, pouvoir, & autorité, de & au nom de nous, requerir & supplier audit Seigneur, veüille renouveller tant en personne de lui, que de ses successeurs; de nous, & de nosd. successeurs, les alliances, qui furent passées entre ledit feu Roi Louis XII. & ledit Seigneur, & nosdits feu pere & mere, & de jurer en nôtre foi, & parole de Roi, tenir, & accomplir les articles desdites alliances, & iceux voir jurer audit Seigneur, & faire toutes autres choses requises & necessaires pour le renouvellement desdites alliances, posé ores que fussent de telle qualité que mandement plus special requissent. Si promettons, & avons promis sur nôtre bonne foi, & parole de Roi, & par serment par nous presté aux saint evangiles de Dieu, avoir ferme & agreable tenir, & accomplir, tout ce que par ledit d'Andoüins, nôtredit cousin & procureur, sera fait, procuré, & accordé, touchant ce que dessus, sans aucunement venir au contraire. En témoin de quoi en avons octroié ces presentes, signées de nôtre main, & mandé sceller du scel de nos armes. Donné en nôtre châtel de Pau, le quatorzieme jour d'aoust, l'an 1525. Ainsi signé sous le repli, HENRI. Et sur le repli: Par commandement du Roi de Navarre, l'Evêque de Lescar, les Chanceliers de Navarre, de Foix, & Bearn, le seigneur d'Antin, & autres presens, *De Peyrac*, & scellé en double queuë de cire rouge.

Lequel seigneur d'Andoüins, de la part de nôtredit frere & cousin, le Roi de Navarre, son maître, aprés humble & gracieuse remontrance des choses dessus dites, nous a requis vouloir renouveller & confirmer lesdits traité & alliance, offrant iceux jurer en l'ame dudit Roi de Navarre, comme son procureur & ambassadeur, & si besoin étoit, les lui faire ratifier. Savoir faisons, que nous, ladite requête par nous bien entenduë, vuë, & deliberée en nôtre Conseil, aiant icelle tres-agreable, & connoissant par effet les maux & inconveniens par ci-devant avenus, & qui peuvent avenir par les divisions & discords, qui ont été, & sont entre les Princes Chretiens; & au contraire les biens infinis, qui viennent & procedent de paix & de concorde; desirant, non seulement avec nôtredit frere & cousin le Roi de Navarre vivre en amitié & alliance, mais avec tous les autres Princes de la Chretienté; considerant aussi la proximité du sang & lignage, dont nous attient nôtredit frere & cousin, & l'amour & affe-ction qu'il nous a toûjours porté & porte, avons pour nous, & nos successeurs Rois, avec ledit Baron d'Andoüins audit nom, promettant faire ratifier, traité, conclu, & accordé amitié, alliance, intelligence, & confederation, en la forme & maniere, qui s'ensuit.

Premierement, Que bonne, seure, & vraie amitié, alliance, confederation, & intelligence, sera, & est faite, conclüe, & accordée entre nous, nos succes-seurs, roiaume, duché de Bretagne, & autres duchez, comtez, terres, & seigneu-ries, qui nous competent, & appartiennent, pais, & sujets, perpetuellement & à toûjours, d'une part; & ledit Roi de Navarre, ses hoirs & successeurs, son roiaume, pais, terres, seigneuries, & sujets, d'autre part. Tellement que nous serons amis des amis, & ennemis des ennemis, l'un de l'autre; & ne pourons, ni nos hoirs, & successeurs, pour quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit, ou puisse estre, donner aide, secours, faveur, ni assistance, aux ennemis dudit Roi de Navarre, ni jamais faire guerre par nous, ni par personne inter-posée, directement ou indirectement, esdits roiaume, duchez, & autres, pais, terres, & seigneuries quelconques audit Roi de Navarre, & à ses hoirs & suc-cesseurs appartenans, mais serons obligez d'aider & secourir de tout nôtre pou-voir ledit Roi de Navarre, & sesdits hoirs & successeurs, envers & contre tous, de quelque autorité, condition, ou dignité quils soient, sans nul excepter, pour la tuition, garde, défense, & recouvrement de sondit roiaume, païs, terres, & seigneuries, qui lui competent, & peuvent competer & appartenir, & à sesdits hoirs & successeurs. Et pareillement ledit Roi de Navarre, & sesdits hoirs & succes-seurs, seront tenus & obligez de faire le semblable envers nous, & nos succes-seurs, & nous aider & secourir de tout leur pouvoir, envers & contre tous, de quelque état, qualité, condition, autorité, prééminence, ou dignité qu'ils soient, sans nul excepter, pour la seureté, tuition, garde, & défense de nosdits roiaume duché de Bretagne, pais, sujets, terres, & seigneuries étans deçà & delà les Monts, à nous appartenans, & qui nous peuvent competer & appartenir, & à nosdits successeurs. Et davantage, si nous avons à besogner pour quelque affaire, de gens & sujets dudit Roi de Navarre, il sera tenu nous en bailler ou envoier en tel nombre qu'en ferons demander & requerir, à nos dépens.

Item. Et si aucuns Princes, ou Prince étranger, quel qu'il soit, vouloit passer

par nôtredit roiaume, païs, terres, & seigneuries, pour aller faire guerre contre ledit Roi de Navarre, en sondit roiaume, pais, terres, & seigneuries, nous ne lui donnerons passage, mais y obvierons de tout nôtre pouvoir. Et s'il avenoit, que faire ne le puissions, nous en avertirons ledit Roi de Navarre, & le requerrons nous envoier gens d'armes, & autre aide pour resister aux ennemis, & obvier qu'ils ne passent par nôtredit roiaume, pais, terres, & seigneuries quelconques. Et pareillement, ledit Roi de Navarre sera tenu & obligé ne donner aucun passage à aucun Prince, ou Princes étrangers, qui voudroient passer par sondit roiaume, pais, terres, & seigneuries, pour nous venir faire la guerre en nosdits roiaume, duché de Bretagne, pais, terres, & seigneuries quelconques, mais l'empêchera de tout son pouvoir: & s'il n'avoit puissance pour y resister, il nous en avertira, pour aprés lui aider de nos gens d'armes; & autre aide, en maniere qu'ils ne passent par sondit roiaume, pais, terres, & seigneuries quelconques.

Item. A été traité & accordé, que tous les sujets, de quelque état & qualité qu'ils soient, de nous, & dudit Roi de Navarre, pouront dorenavant aller, frequenter, sejourner, & demeurer marchandement, & autrement, ainsi que bon leur semblera, par terre, mer, & eaux douces, és païs, & obeïssance l'un de l'autre, seurement, & sauvement, sans qu'on leur puisse mettre ou donner aucun arrest, détourbier, ou empêchement en leurs personnes, marchandises, & biens quelconques, en paiant toutefois les droits & devoirs dûs & accoûtumez.

Item. A été accordé, que en cette presente amitié, alliance, & confederation, sont & seront compris les alliez & confederez de nous, & de nôtredit frere & cousin, le Roi de Navarre, lesquels se pouront nommer dedans trois mois, & par leurs lettres patentes signifier & bailler l'un à l'autre.

Item. A été aussi traité & accordé, que dorenavant, nous, & ledit Roi de Navarre, & nos hoirs & successeurs, serons tenus & obligez nommer & comprendre les uns les autres respectivement, és traitez, alliances, amitiez & confederations, que nous traiterons ci-aprés avec quelque Prince ou Potentat que ce soit.

Item. Et pource que l'Elu Empereur, Roi d'Espagne, est de present nôtre ennemi declaré, & en volonté d'invader nôtre roiaume, & nous faire toute la guerre qu'il poura, ledit Roi de Navarre, la publication faite de cette presente alliance, si-tôt que ledit Roi d'Espagne, ou son armée, s'efforcera descendre en nôtredit roiaume, sera tenu soi declarer ouvertement contre ledit Roi d'Espagne, & autres nos ennemis, qui le serviront, seront de sa ligue, ou en sa compagnie.

Toutes & chacunes lesquelles choses dessusdites, en la forme & maniere qu'elles sont ci-dessus écrites, traitées, & accordées, Nous, pour nous, & nos successeurs; & ledit Baron d'Andoüins, pour ledit Roi de Navarre, & ses successeurs, & entant que besoin seroit, frere & sœurs, pour lesquels ledit Roi de Navarre se fait fort, avons promis & juré, promettons & jurons sur les saints evangiles de Dieu, pour ce manuellement par nous touchez, & en parole de Roi; & ledit Baron d'Andoüins, audit nom, en l'ame dudit Roi de Navarre, auquel il le promet faire ratifier dedans un mois prochain, (autrement ce present traité

traité demeurera nul) entretenir, garder, & observer de point en point, selon leur forme & teneur, sans par nous, ni l'un de nous, venir, ni souffrir venir au contraire, en quelque maniere, ni pour quelque cause, couleur, ou occasion que ce soit. Et à tout ce que dit est, entant que à nous, & à nos successeurs touche, & peut toucher, tenir, observer, & entretenir, avons obligé, & obligeons, par ces presentes, tous & chacuns nos biens, meubles & immeubles, presens & à venir. En têmoin de ce avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre nôtre scel. Donné à Lion le vint-sixieme jour de septembre, l'an de grace mille cinq cens vint-trois, & de nôtre regne le neuvieme. Ainsi signé sous le repli, FRANÇOIS, & sur le repli: Par le Roi en son Conseil, DE NEUFVILLE, & sellé du grand scel dudit Seigneur.

Lesquelles lettres par nous veuës & bien entenduës, le jour sous écrit, dedans l'Eglise des Cordeliers de cette ville, étant à genoux au devant du maître autel de ladite Eglise, avons juré sur le *Te igitur*, & sainte vraie Croix dessus mise, & apposée, que tiendrons & accomplirons le contenu és articles desdites alliances, sans venir, ni faire venir, directement ou indirectement, au contraire. Et avons ratifié & ratifions, par teneur de ces presentes, tout ce que que par ledit d'Andoüins a été fait & accordé en nôtre nom, touchant lesdites alliances. Et pareillement l'avons fait jurer & ratifier à nôtre tres-cher & tres-amé frere, Charles, Prince de Navarre, en tant que besoin seroit En têmoin de quoi en avons octroié les presentes, & signé de nôtre main, & fait sceller du scel de nos armes. Donné en nôtre châtel d'Orthes, le seizieme jour d'octobre, l'an 1523. Signé, HENRI. Et sur le repli: Par commandement du Roi de Navarre, le seigneur d'Andoüins, Grand Chambellan dudit seigneuur; le seigneur de Miossens, premier Chambellan; les Chanceliers de Navarre, de Bearn, & de Foix; les seigneurs de Touars, de Serinet, & de Gelas, Grand-Ecuier; les Capitaines Bonnasse, & Plehot; les seigneurs de Lobeyac, de Candau, de Badet, & autres plusieurs presens. Signé, DE LUNTS.

Traité de treve pour six mois, entre la Duchesse d'Angoulesme, mere du Roi François I. Regente en France, & l'Archiduchesse Marguerite, Gouvernante des Pais-Bas, pour l'abstinence de la guerre, & la seureté de la pêche du Harang. A Breda le 14. juillet 1523.

A L'HONNEUR de Dieu nôtre Createur, pour le bien de la Chretienté, & éviter les rigueurs de la guerre, & les execrables & inestimables malefices, qui durant & sous couleur d'icelle, se commettent, haute & excellente Princesse, Madame l'Archiduchesse d'Autriche, Duchesse & Comtesse de Bourgogne, &c. tante de l'Empereur, Roi des Espagnes, & pour lui Regente és pais de pardeçà, par tres-reverend Pere en Dieu, Messire Jean Carondelet, Archevêque de Palerme, & Chef du privé Conseil; Messire Antoine de Lalain, Comte de Hoochstrate, Chef des finances; & Messire Jean, sieur de Berghes, Chevaliers de l'Ordre de l'Empereur, ordonnez vers elle, ses commis & deputez: Et haute, excellente, & puissante Princesse, Madame la Duchesse d'Angoumois,

Espagne, 1523. 14. juil.

d'Anjou, & de Nemours, Comtesse du Maine, & de Gien, &c. mere du Roi Tres-Chretien, & pour lui Regente en France, par Messire Pierre, sieur de VVarti, Chevalier, Gentilhomme de la chambre d'icelui sieur Roi, Gouverneur de Clermont, &c. ambassadeur, commis, & exprés deputé, & pourveû de pouvoir d'icelle Dame; ont traité & conclu une vraie, sincere, & entiere abstinence de guerre, & dépôt d'armes, par mer, par eau douce, & par terre, entre l'Empereur, ses pais, terres, & seigneuries de pardeçà, & le Roi, ses roiaumes, pais, terres, & seigneuries, endroit lesdits pais, terres, & seigneuries de l'Empereur de pardeçà, leurs hoirs & successeurs, leurs vassaux, gens, sujets, serviteurs, & habitans, desdits roiaumes, & pais, à commencer le vint-sixieme jour de ce present mois de juillet, & durant jusques au dernier jour du prochain mois de decembre, & de là en avant jusques à quinze jours prochains ensuivans le dédit d'icelle abstinence, par l'un ou l'autre desdits Princes. Et durant ledit tems cesseront tous ports d'armes, toutes hostilitez, invasions, dégats, courses & pilleries, toutes surprises de villes, châteaux, & autres forces, mises de feu, prises de gens, de bestiaux, & autres biens, & en effet, toutes & quelconques entreprises, par & entre lesdits sieurs, leurs vassaux, sujets & serviteurs, leurs gens de guerre & soldats, & tous autres par leur aveu.

Et pouront tous ceux de l'un parti & de l'autre, seurement & paisiblement, entendre & vaquer à leurs negóces & affaires, chacun en son parti. Les sujets mêmement desdits deux Princes respectivement, aians accoûtumé, ou qui voudroient pêcher au harang, ou autre poisson, le pouront faire ladite abstinence durant, & hanter la mer és parties & quartiers esquels s'adonnera ladite pêcherie, seurement & sauvement. Et si par fortune de vent, de tourmente de mer, ou par autre licite & non simulée occasion, les sujets de l'un desdits Princes, vacans à ladite pêcherie, fussent contraints prendre port, arriver, ou se trouver és limites ou sous l'obeissance de l'autre des Princes, ils ne méprendront, & ne leur sera méfait, ains audit cas leur sera donné adresse & provision, à leurs raisonnables dépens, à leur retour vers le roiaume, ou pais, desquels ils seront sujets.

Et outre est convenu, que lesdits deux Princes durant ladite abstinence, par eux ni par autre, directement ou indirectement, ne donneront, ni feront donner aide ou secours, par mer ni par terre, & n'assisteront les ennemis l'un de l'autre, d'or ni d'argent, de vivres, d'artilleries, ou munitions, de villes, de châteaux, ou tres forces, de navires, ni de passages, sejour, chevaux, charroi, ni équipage, ni de quelque chose quelconque, pour invader ou endommager l'autre desdits Princes, ses roiaumes, pais, terres, seigneuries, & sujets. Et si l'un ou l'autre desdits Princes faisoit le contraire, il sera tenu faire restitution de tous dommages & interests, qui par lui, ou à son occasion, auront été faits & inferez à l'autre. Et ce neanmoins sera loisible au Prince endommagé mouvoir & faire guerre à l'autre violateur de ladite abstinence.

Que ladite abstinence se publiera sur les frontieres, & par tout és lieux de la frontiere desdits Princes, au premier jour du mois d'aoust prochain. Icelle abstinence se ratifiera si besoin est, par l'Empereur, & le Roi Tres-Chretien, en dedans trois mois prochainement venans.

Et en ladite abstinence seront compris, à savoir est pour la part de l'Empereur,

tres-hauts & puissans Princes, le Roi d'Angleterre, le Duc de Cleves & Juliers, & le Cardinal Evêque du Liege; Et pour la part du Roi Tres-Chretien, tres-hauts & puissans Princes, le Roi d'Ecosse, Messire Charles de Gueldre, & autres Princes & Sieurs, leurs roiaume, pais, seigneuries, & sujets que l'Empereur, & le Roi, ou mesdites Dames de leur part voudront nommer, & signifier l'un à l'autre, dedans le quinzieme jour du mois d'aoust prochain, si auparavant lesdits alliez dénommez, ou à dénommer, compris y veulent estre, tenant & demeurant ladite abstinence entre l'Empereur & le Roi, pour le tems que dessus, en son entier; ce qu'ils seront tenus signifier par leurs patentes à celui desdits deux Princes, ou celle de mesdites Dames, qui de sa part les aura dénommez au dedans trois mois, pour en aviser & certifier l'autre Prince, ou celle de mesdites Dames, qui de sa part les aura dénommez, auquel, ou à laquelle lesdits alliez auront été dénommez, en dedans un mois aprés que lesd. significations leur auront été faites. Le tout toutesfois sous le bon plaisir de l'Empereur,, du Roi, & de mesdites Dames pour eux, & sans prejudice des alliances & confederations, que ledit sieur Empereur, & Roi Tres-Chretien, peuvent avoir avec autres Princes & Seigneurs. Fait à Breda, sous les seins manuels desdits commis, le 14. jour de juillet 1525. Ainsi signé, *Jean, Archevêque de Palerme; de Lalain; de Berghes; & de VVarty.*

VEU par Madame l'Archiduchesse, tante de l'Empereur, & pour lui Regente és pais de pardeçà, le concert & accord ci-dessus, d'une abstinence de guerre par mer, par eau douce, & par terre, entre ledit sieur Empereur, & le Roi Tres-Chretien: aussi l'assurance de la pescherie pour les sujets d'iceux Sieurs, sous leur plaisir, madite Dame pour la part de l'Empereur, a agréé & accepté ladite abstinence, ensemble l'asseurance de ladite pêcherie, & promet les faire observer en tous leurs points & articles, & pour le tems y declaré, & d'en faire expedier lettres patentes d'agreation, acceptation, & confirmation sous le scel de l'Empereur, en forme dûë, & de les faire delivrer à Madame la Duchesse d'Angoulmois, d'Anjou, & de Nemours, mere du Roi, & pour lui Regente en France, ou à son commis & deputé; moiennant, & en lui fournissant de la part du Roi, ou d'icelle Dame pour lui, lettres patentes d'acceptation, & confirmation d'icelle abstinence en forme dûë, le tout sans fraude. Donné à Breda, sous la main d'icelle Dame Archiduchesse, le seizieme jour de juillet l'an mille cinq-cens quatre-vint cinq. Ainsi signé, MARGUERITE, moi present, *Du Blioul.*

De par Madame la Regente en France.

ON vous fait à savoir, que bonne & seure treve, & abstinence de guerre, tant par mer que par terre, & eau douce, est faite, concluë, & capitulée entre le Roi nôtre souverain Seigneur, son roiaume, pais, terres, seigneuries, sujets & vassaux, d'une part; & l'élu Empereur, ses roiaumes, pais, seigneuries, sujets & vassaux, d'autre part; jusques au premier jour de janvier prochainement venant: en laquelle treve & abstinence de guerre, sont compris l'Archiduc d'Autriche, Infant des Espagnes, & Madame Marguerite d'Autriche, Comtesse

de Bourgogne, doüairiere de Savoie, pour leurs païs, seigneuries, sujets, & autres. Et pouront aussi, pendant ladite treve & abstinence de guerre, passer librement leurs ambassadeurs, avec leurs trains, les messagers, courriers, & postes d'une part & d'autre, par les roiaumes, & seigneuries desdits trois Princes, sans aucun empêchement, ou détourbier quelconque. Et dés maintenant, & dés ce present jour pouront seurement, & sans aucun empêchement, passer par ce roiaume les messagers & courriers, qui porteront la copie de ladite treve, pour en faire la publication.

Et pareillement pouront les sujets de l'un & de l'autre parti librement pêcher & naviger par la mer; de sorte que toute pêcherie soit libre & franche entre les sujets d'une part & d'autre, tout ainsi que l'on souloit faire avant la guerre, & en tems de paix. A cette cause, est commandé, ordonné, & enjoint de par madite Dame Regente, en vertu de son pouvoir de Regence, à tous Lieutenans, Gouverneurs, Admiraux, Baillifs, Senéchaux, & autres officiers du Roi, ou à leurs lieutenans, ou à tous autres sujets d'icelui Seigneur, que cette presente treve & abstinence de guerre ils gardent, entretiennent, & observent, fassent entretenir, garder, & observer, chacun en son endroit, durant le tems d'icelle, sans venir à l'encontre, sur peine d'être punis comme infracteurs d'icelle, & autrement, ainsi qu'il appartiendra pour raison. Fait à Tournon le 3. jour de septembre l'an 1525. Ainsi signé, LOUISE. Et plus bas, *Robertet*.

TRAITE' DE TREVE POUR TROIS MOIS, ENTRE L'EMPEREUR Charles V. le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, pendant lequel tems il étoit permis à la Duchesse d'Alençon d'aller en Espagne negocier la delivrance du Roi François I. A Tolede le 11. aoust 1525.

Espagne. 1525. 11. aoust.

NOUS François de Tournon, Archevêque d'Ambrun; Jean de Selve, Chevalier, Sieur de Cromieres, Premier President en la Cour de Parlement à Paris; & Philippe Chabot, Baron de Brion, Maire de Bordeaux, & Chevalier de l'Ordre de tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince François, par la grace de Dieu Tres-Chretien Roi de France, Duc de Milan, Seigneur de Gennes, ambassadeurs de tres-haute & tres-puissante Princesse Louise, mere dudit Seigneur, Duchesse d'Angoumois & d'Anjou, Regente en France, avons pour & au nom du Roi nôtredit Seigneur, & de madite Dame sa mere, traité, accordé, & conclu, traitons, accordons, & concluons par ces presentes, avec haut & puissant seigneur Henri, Comte de Nassau, Marquis de Santen, grand & premier Chambellan; & nobles seigneurs, Mercurin, Comte de Gatinare, de Valence, &c. Grand-Chancelier; Laurens de Gourvod, Comte de Pontdevaux, Maréchal de Bourgogne, Grand-Maître d'Hôtel; Adrien de Croy, Baron de Reux, &c. second Chambellan; deputez de tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince Charles V. par la divine clemence, &c. Empereur des Romains toûjours auguste, Roi Catolique des Espagnes, &c. & Reverend Pere en Dieu Maître Cubert, par miseration divine Evêque de Londres,

Garde du privé ſcel; & Meſſire Richard Sanſon, Doien de la Chapelle, amb ſ-ſadeurs de tres-haut & tres-puiſſant Prince Henri VIII. par la grace de Dieu Roi d'Angleterre, defenſeur de la Foi, &c. une bonne, ſeure, & loiale treve, & abſtinence de guerre, tant par mer, & eaux douces, que par terre, entre leſdits Princes, pour tout leurs roiaumes, pais, terres, ſeigneuries, vaſſaux & ſujets, en la forme qui s'enſuit.

A ſavoir, que ladite treve & abſtinence de guerre commencera dés le jour de la publication d'icelle, laquelle publication ſera faite de la part deſdits trois Princes, chacun en ſes frontieres, tant de France, Eſpagne, Italie, Angleterre, que pais de Flandre, dedans un mois qui écherra le 11. jour de ſeptembre prochainement venant, ledit jour inclus, & durera ladite abſtinence juſques au premier de janvier auſſi prochainement venant, ledit jour auſſi inclus; en laquelle abſtinence ſont auſſi compris tres-haut & tres-puiſſant Prince Fernand, par la grace de Dieu Archiduc d'Autriche, Infant des Eſpagnes, Duc de Stirie, de Carintie, de Carniole, de VVirtemberg, &c. Comte de Tirol, de Ferette, &c. & tres-haute & puiſſante Princeſſe, Dame Marguerite d'Autriche, Comteſſe de Bourgogne, &c. Doüairiere de Savoie, pour leurs pais, ſeigneuries, & ſujets.

Pendant laquelle treve & abſtinence Madame la Ducheſſe d'Alençon, ſœur dudit Roi Tres-Chretien, poura librement & ſans empêchement quelconque ſe tranſporter és roiaumes d'Eſpagne pardevers ledit Seigneur Empereur, ſelon la forme du ſaufconduit, qui ſur ce a été expedié par Sa Majeſté.

Auſſi pendant ladite Treve & abſtinence, poura Monſieur Charles, Duc de Bourbonnois, & d'Auvergne, librement, ſeurement, & ſans empêchement quelconque, paſſer par mer, avec telle armée & compagnie, que bon lui ſemblera, pour s'en venir d'Italie en Eſpagne devers ledit ſeigneur Empereur, leſquels Rois Tres-Chretien, & Dame Regente ſa mere, bailleront, ſi déja baillé n'eſt, bon & ſeur ſaufconduit audit ſieur de Bourbon pour ſondit paſſage, avec toute ſa compagnie; & pource qu'il y a doute, ſi ja le ſaufconduit eſt baillé ou non, en tous évenemens ſera envoié & delivré icelui ſaufconduit en la ville de Perpignan, és mains du Capitaine de l'Empereur illec, en dedans un mois prochain venant.

Pouront auſſi, pendant ladite treve & abſtinence, paſſer librement les Ambaſſadeurs avec leur train, les meſſagers, courriers, & poſtes, d'une part & d'autre, par les roiaumes, & ſeigneuries deſdits trois Princes, ſans empêchement ou détourbier quelconque, & dés maintenant, & dés ce preſent jourd'hui, pouront ſeurement, & ſans aucun empêchement, paſſer par France les meſſagers & courriers, qui porteront la copie des preſentes, pour faire ladite publication.

Et pareillement, pouront les ſujets de l'un ou de l'autre parti librement pêcher & naviger par la mer, de ſorte que toute pêcherie ſoit libre & franche entre les ſujets d'une part & d'autre, tout ainſi comme l'on ſouloit faire avant la guerre, & au tems de paix.

Deſquelles choſes deſſus écrites, nous Archevêque d'Ambrun, Premier Preſident, & ſieur de Brion, Ambaſſadeurs deſſuſdits, nous faiſons forts pour le Roi nôtredit ſeigneur, & madite Dame ſa mere, prometrant par nos foi & ſermens, que nous baillerons a l'Empereur & auſdits Ambaſſadeurs d'Angleterre, en la Cour dudit Empereur, dedans deux mois prochain venans, lettres patentes & ratifications de ladite Dame Regente en France, expediées en forme dûë; & lors leur ferons

apparoir suffisamment du pouvoir de Regence de madite Dame, & de la reception & verification qui en a été faite par la Cour de Parlement à Paris, moiennant que lesdits deputez de l'Empereur, & ambassadeurs d'Angleterre, nous bailleront audit jour ratifications de leursdits seigneurs & maîtres. Et en têmoin de ce, nous avons signé ce present traité de nos seins en la ville de Tolede, l'onziéme jour d'aoust l'an 1525. Ainsi signé, *François de Tournon, Archevêque d'Ambrun;* *Jean de Selve, Premier President;* & *Philippe Chabot.* Et au dessous; Collationé à l'original, *Lalemand.*

TRAITE' DE PAIX, AMITIE' ET CONFEDERATION entre le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, pour la delivrance dudit Roi François, & pour la liberté du commerce entre leurs sujets, fait par Madame Louise de Savoie, Duchesse d'Angoulesme, mere du Roi François I. & regente en France. A Moore le 30. aoust 1525.

Avec Angleterre, contre l'Espagne. 1525. 30. aoust.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Cùm præter eam pacis commendationem, quam veneranda illa & sacrosancta nobis ex Christo eloquia referunt, illud doceant & comprobent præsentia tempora, dissidentibus inter se ac bello tumultuantibus Principibus christianis, non solùm hosti illi immanissimo Turcarum tiranno occasionem dari, qua ut antea in Rhodum & Hungariam prospero rerum suarum successu est usus, sic erectis jam cristis, collectisque ex superiori victoria spiritibus, in reliquam christiani orbis partem quò suo eam imperio tirannidique subjugaret, callidissimè abutatur, verùm etiam pestilentissimam illam Lutheranorum hæresim latenter, & paulatim in dies succrescentem & grassantem, tum in Fidei christianæ perniciem maximam, tum etiam ordinis divini simul & humani, quo solo constant omnes Respublicæ, subversionem, & confusionem eatenus invaluisse, ut non ab illa minùs, quàm à Turcis pendeat periculi, in depositis bellorum studiis Principum animadversione obviam eatur. Cùmque etiam Sanctissimus Dominus noster Clemens, ejus, qui veræ pacis autor est & amator, gerens vices in terris, non ex christiana magis disciplina, quàm ex præsentium temporum conditione & calamitate, per sua ad illustrissimos & potentissimos Principes, Angliæ, & Francorum Reges brevia crebrò destinata bellum vehementissimè dissuaserit, ipsosque ad studia pacis orbi christiano jam diù desideratæ amplectenda maximoperè fuerit adhortatus, certo sibi persuadens, dictorum Principum exemplo reliquis provocatis ac incitatis, paceque mutua, ac amicitia conjunctis, non imminentem modò christianorum cervicibus belluinam Turcarum ferocitatem facillimè retundi posse, sed intestinam hanc Lutheranorum hæresim Principum coërtione paululùm resecatam, sanioribus deinde doctrinis adhibitis non difficulter ex animis hominum remissum iri, eapropter præfatis illustrissimis & potentissimis Regibus, nec convenire, nec expedire visum est, vel tanti patris tam sanctas ac salutares, ad pacem præsertim adhortationes respuere & contemnere, vel privatis suis rebus ita indulgere, ut

neglecto totius orbis malo gravissimo, cui succurrere, & mederi conjuncti, & amicitia colligati poterunt, injuriarum vindicationem, aut illatorum damnorum resartionem bello prosequantur; quin potiùs armis abjectis, animisque omni simultate perpurgatis, christiano pectore sinceram & puram amicitiam inire, pacemque suis regnis & subditis veram & solidam ita conciliare, ut altissimis in utriusque principis pectora immissis radicibus, nullis deinceps turbinum procellis facile convellatur.

Nos itaque VVillermus, Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis legatus; Thomas, Dux Norfolciæ, Thesaurarius Angliæ; Henricus, Marchio Excestriæ; Carolus, Comes VVigorniæ, dominus de Herbert, & de Souver, Camerarius illustrissimi domini nostri Regis Angliæ; Nicolaus, Eliensis Episcopus; & Thomas More, miles, Angliæ Subthesaurarius, præfati invictissimi & potentissimi Principis & domini nostri, Henrici Octavi, Angliæ & Franciæ Regis, fidei defensoris, & domini Hiberniæ, consiliarii, oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores sufficienter autorisati, pro firma pace, amicitia, & vera concordia inter eumdem potentissimum & invictissimum Regem nostrum, & christianissimum & serenissimum Principem Franciscum, Francorum Regem ejusdem domini nostri Regis consanguineum, & fratrem carissimum, eorumdemque subditos, alligatos, & confœderatos cum egregiis & magnificis viris, domino Joanne Brinon, milite, domino de Villaines & de Autolio, Senatus Rothomagensis Primario Præsidente, Cancellario Alenconii, & consiliorum illustrissimæ dominæ Ludovicæ in Francia Regentis Præside; & Joanne Joachim de Passano, domino de Vaux, Hospitii ejusdem illustrissimæ dominæ Magistro ordinario, ac prædictæ illustrissimæ dominæ Ludovicæ, Franciæ Regentis, christianissimi ac serenissimi Principis Francisci, Francorum Regis antedicti matris, oratoribus, procuratoribus, commissariis, & ambassiatoribus ad infrà scripta sufficientem autoritatem habentibus, ad honorem & laudem Dei omnipotentis, gloriosissimæ Virginis Mariæ & totius curiæ cælestis, & christianæ religionis exaltationem & incrementum, convenimus, concordavimus, & conclusimus, atque autoritate commissionum nostrarum, quarum tenores inferiùs inseruntur, per præsentes convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis, inter nos oratores prædictos conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes injuriæ, molestationes, offensæ, gravamina, & damna quæcumque à tempore novissimi belli incœpti, & publicati per dictos illustrissimos & potentissimos Principes, Angliæ, & Francorum Reges, aut eorum subditos, terra, marive, portubus maris, vel aquis dulcibus, ubicumque locorum commissa, facta, sive perpetrata, remittantur, aboleantur, & prorsùs deleantur, ac per præsentes remittuntur, abolentur, & prorsus delentur, ita quòd neuter dictorum Principum, eorumve subditus quicumque, quicquam vultu, verbo, facto, aut nutu, eorum alteri improperet, aut impingat; sed quòd de cætero inter prædictos illustrissimos & potentissimos Principes, eorumque hæredes & successores, vassallos, incolas, & habitatores, ac subditos quoscumque, præsentes, & futuros, tam ecclesiasticos, quàm seculares, cujuscumque dignitatis, statûs, gradûs, aut conditionis existant, seu quacumque dignitate, statu, sive gradu præfulgeant, eorumque regna, patrias, terras, & dominia, civitates, castra, ter-

ritoria, villas, oppida, & loca quæcumque, modò per eorumdem aliquem habita, tenta, possessa, & occupata, sit bona, sincera, vera, integra, perfecta, fidelis, & firma amicitia, unio, liga, intelligentia, confœderatio, &, pax, per terram, mare, & aquas dulces, portus maris, & ubique locorum inconcussè & inviolabiliter observanda, & futuris temporibus perpetuò duratura.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd neuter prædictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum, eorumque hæredum & successorum regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida aut loca quæcumque, ad alterum impræsentiarùm pertinentia, sive spectantia, hostiliter invadet, aut expugnabit, aut à suis subditis, aut stipendiariis sic invadi, aut expugnari permittet, sed bona fide, absque omni fraude & dolo, realiter, expressè, & cum effectu prohibebit & impediet; nec aliquis prædictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum alicui alteri, cujuscumque statûs, gradûs, aut conditionis existat, seu quocumque consanguinitatis, aut affinitatis vinculo connectatur, aut quacumque dignitate, sive spirituali, sive temporali præfulgeat, regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida, aut loca quæcumque ad alterum prædictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum modò, ut prædicitur, pertinentia, sive spectantia, invadenti, aut expugnanti, invadereve aut expugnare conanti, auxilium, favorem, subsidium, naves, pecunias, gentes armorum, victualia, aut aliam assistentiam quamcumque, publicè, vel occultè, directè, vel indirectè dabit, aut præstabit, nec à subditis suis dari aut præstari consentiet aut permittet, connivebitve, sed realiter & expressè renitetur, prohibebit, & effectualiter impediet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd pro tuitione, conservatione, & defensione personarum, autoritatum, & dignitatum prædictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum, regnorum, patriarum, terrarum, dominiorum, castrorum, civitatum, villarum, & territoriorum suorum, tempore conclusionis hujus fœderis possessorum, contra invasores, perturbatores, & hostiles aggressores quoscumque, prædicti illustrissimi & potentissimi Reges contra omnes Principes & Potentatus, quocumque consanguinitatis aut affinitatis vinculo connectantur, & quacumque dignitate, sive spirituali, sive temporali præfulgeant, vel alios cujuscumque statûs, gradûs, aut conditionis existant, qui regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, territoria, villas, oppida, & loca quæcumque ad alterum prædictorum illustrissimorum Principum modò, ut prædicitur, pertinentia sive spectantia impugnare, aut invadere nitantur, aut moliantur, seu bellum aut guerram facere, aut movere præsumpserint, aut attentaverint, se invicem mutuis auxiliis militaribus gentium armorum tam, equitum, quàm peditum, ac navium armatarum, unà cum machinis & instrumentis bellicis, ad expensas Principis opem requirentis & interpellantis, quoties opus & necesse fuerit, adjuvabunt; in quorum auxiliorum præstatione, quantùm ad numerum attinet militum, & navium armatarum, ac instrumentorum & machinarum bellicarum, habenda erit ratio facultatis illius partis, quæ ad deferendum, & præstandum opem requiretur, sive interpellabitur, ut scilicet ampliùs subsidiorum auxiliariorum non astringatur, aut teneatur præstare, quàm tunc commodè facere poterit, considerata temporis & locorum opportunitate, rerumque suarum statu, qua in re Principis conscientia sic interpellati onerabitur.

Quantùm

Quantùm verò ad expensas & stipendia militum, aut navium armatarum attinet, illa taxabuntur, & moderabuntur habito respectu ad forum venalium quod in partibus illis, ubi milites prædicti degent, aut militabunt, & naves exercebuntur, tunc temporis continget secundùm locorum & temporum sterilitatem aut ubertatem; qui quidem milites & naves armatæ ei, cui sic concedentur, fideliter servient, quamdiù eos duxerit retinendos, eisdemque stipendia, ut præfertur, fideliter persolverit.

Item. conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes & singuli utriusque dictorum Principum, eorumque hæredum & successorum, aut eorum alterius vassalli & subditi, sive sint Principes, Archiepiscopi, Episcopi, Duces, Marchiones, Comites, Barones, sive Mercatores, aut cujusvis statûs, conditionisve existant, durante pace antedicta, ubivis locorum sese mutuis officiis prosequantur, & honesta affectione pertractent, possintque liberè, tutè, & securè, absque alicujus offensa, aut salvoconductu, sive licentia, ubique perlustrare, per terram, mare, & aquas dulces, navigare, hinc indeque ad portus, dominia, & districtus quoscumque utriusque ipsorum Principum suorum hæredum & successorum, citra, & ultra mare accedere, dum tamèn numerum armatorum centum simul non excedant; in eisque quamdiu voluerint morari, mercari, merces, mercimonia & jocalia quæcumque, si statuta regnorum, aut municipalia antehac sancita non obstent, emere & vendere, ac ut eis placuerit illinc ad partes proprias, vel alibi, liberè quoties duxerint, ab eisdem abire cum suis aut conductis aut commodatis navigiis, plaustris, vehiculis, equis, armaturis, mercimoniis, sarcinulis, bonis, & rebus suis quibuscumque, absque ullo impedimento, offensa, arrestatione ob causam marcæ, contramarcæ, represaliarum, aut alia districtione quacumque, tam in terra quàm in mari, & aquis dulcibus, quemadmodùm in propriis patriis hæc omnia facerent, aut eis ea facere liceret.

Item. Quòd omnia munera, sive onera, ab aliquo dictorum Principum in cujusvis eorum patriarum, sive dominiorum partibus, citra aut infrà quinquaginta annos ante datam præsentium imposita mercatoribus, aut subditis alterius Principis, ejusve hæredum & successorum nociva vel onerosa, durante hac pace, penitùs sint extincta; & quòd talia aut consimilia, hac amicitia durante, amodò non imponantur; salvis tamen semper quoad alia omnibus regionum, urbium, & locorum statutis & consuetudinibus, quibus nihil quoad eorum jura per præmissa derogatum censeatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd neuter prædictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum aliquem vassallum, aut subditum alterius, cujuscumque gradûs, statûs, dignitatis, aut conditionis existat, in protectionem, tuitionem, sive defensionem, quovis modo suscipiet, aut acceptabit, vel ab alio quocumque suscipi, aut acceptari consentiet, aut procurabit, inconsulto & non consentiente domino, cujus est vassallus, aut subditus, nec alicui tali, vel aliquibus talibus, consilium, auxilium, assistentiam, vel favorem, directè vel indirectè dabit, aut præstabit, dative, aut præstari faciet aut procurabit.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictis amicitiis durantibus, neuter dictorum illustrissimorum & potentissimorum Principum quovis modo in regnis suis, aut alicubi locorum, favorisabit, intertenebit, receptabit, aut retinebit, nec à subditis, vel stipendiariis suis, eorum alter receptari, favorisa-

ri, interteneri, aut retineri permittet aliquos rebelles, sive proditores, de crimine læsæ Majestatis suspectos, aut transfugas, ex subditis alterius dictorum Principum, nec hujusmodi rebellibus sive proditoribus, aut transfugis, rebelli sive proditori, aut transfugæ, qui in aliquem locum obedientiæ alterius prædictorum illustrissimorum & potentissimorum principum declinaverint, sive declinaverit, quovis modo dabit consilium, favorem, aut assistentiam, sed eum aut eos intra viginti dies, postquàm per litteras alterius Principis, cujus rebelles aut rebellis, subditi aut subditus extiterint, aut extiterit, (quibus litteris certificatoriis, super hoc omninò stabitur) alter eorum requisitus fuerit, litterarum hujusmodi requisitionis latori, aut alii ad hoc in hujusmodi litteris nominato, sive deputato, tradet, restituet, & liberabit, tradive, restitui, & liberari faciet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ex neutrius Principum prædictorum Cancellaria, aut alia curia, imposterùm concedantur aliquæ litteræ represaliarum, marcæ aut contramarcæ, nisi super & contra principales delinquentes, & eorum bona, eorumve fautores, vel in casu manifestæ denegationis justitiæ, de qua per litteras summationis, aut requisitionis, & prout de jure requiritur, sufficienter constabit.

Item. Quòd si durante pace & amicitiis præfatis, aliquid contra vires & effectus earumdem per terram, mare, & aquas dulces, per aliquem subditum, vassallum, aut alligatum in his amicitiis comprehensum alterius dictorum Principum fuerit attentatum, actum & gestum, nihilominus tamen hæc pax, sive amicitia in suis viribus permanebit, & pro ipsis attentatis solummodò puniantur ipsi attentatores & damnificantes, & non alii.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd, immediatè post ratificationem præsentis tractatus hinc inde factam, Sarcus, Bazoges, la Forest, Hanltot jam obsides plenè & liberè relaxabuntur, & ad manus prædictorum oratorum illustrissimæ dominæ Franciæ Regentis, vel aliorum quorumcumque per eandem deputandorum, realiter tradentur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes & singuli subditi sive stipendiarii citra, comitis aut principis gradum, præfati Regis Angliæ, per prædictum Christianissimum Regem, aut aliquem ejus subditum, vel subditos, stipendiarium, aut stipendiarios, per terram, mare, aquas dulces, aut ubicumque locorum capti, aut detenti, absque aliqua pecunia pro eorum redemptione solvenda liberè relaxabuntur, & libertati restituentur; ita quòd licebit eis, & eorum unicuique, in & ad propria redire, aut quocumque locorum voluerint divertere. Et pari modo omnes & singuli subditi sive stipendiarii citra, comitis aut principis gradum, præfati Regis Christianissimi per prædictum potentissimum Angliæ Regem, aut aliquem ejus subditum, vel subditos, stipendiarium, aut stipendiarios, per terram, mare, aquas dulces, & ubicumque locorum capti aut detenti, absque aliqua pecunia pro eorum redemptione solvenda liberè relaxabuntur, & libertati restituentur; ita quòd licebit eis & eorum unicuique in & ad propria redire, aut quocumque locorum velint divertere.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd in præsenti tractatu pacis & amicitiæ comprehendantur amici, alligati, & confœderati utriusque partis subsequenter nominati; videlicet pro parte Regis Angliæ, Sanctissimus Dominus noster Clemens, illius nominis Papa Sextus, ac Sancta Sedes Apostolica,

Carolus Imperator electus, Christiernus Rex Daciæ, Reges Hungariæ, & Portugalliæ, serenissima domina Maria, Regina Franciæ douageria; illustrissima domina Margareta, dicti Imperatoris electi amita, & Archiducissa Austriæ; Ferdinandus, germanus frater dicti Imperatoris, Austriæ Archidux; Dux & Dominium Venetorum; reverendissimus dominus Leodiensis Episcopus; Dux Urbini; Clivensis & Juliacensis Duces; magnifica Domus de Medicis, & Dominium Florentinorum; Dux Ferrariæ; Communitas & societas Hansæ Teutonicæ.

Et pro parte Regis Christianissimi, Sanctissimus Dominus noster Papa, & Sancta Sedes Apostolica; Reges Scotiæ, Hungariæ, Navarræ, & Portugalliæ; Dux & Dominium Venetorum, Dux Sabaudiæ, Dux Lotharingiæ, Dux Gueldriæ, Dux Ferrariæ, Domini Helvetii, Marchio Montisferrati, & illustrissima domina mater ejusdem, & Marchio Saluciarum; qui quidem comprehensi ex parte dictorum Regum hinc inde nominati, infra quatuor menses à tempore ratificationis & publicationis præsentis tractatûs, tenebuntur per suas litteras patentes, utrique dictorum Regum transmittendas, declarare se velle dictam comprehensionem acceptare, ac omnia & singula capitula in eadem contenta, quatenùs eos concernunt, adimplere, aliàs pro non comprehensis habeantur.

Item. Ut tractatus inter dictos illustrissimos & potentissimos Reges firmus & perseverans sit, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd quamquam dictus tractatus, ac singula in eodem contenta, non fuerint plenè, integrè, & inviolabiliter observata per alterius partis comprehensos, aut eorum aliquem, nihilominus præsens tractatus inter dictos Principes principaliter contrahentes permaneat in suo robore & effectu, neque per aliquem actum dictorum comprehensorum contra vim & effectum præsentis tractatus perpetratum, censeatur eidem contractui, quoad dictos Principes principaliter contrahentesin, aliquo derogatum.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quod non intelligetur per præsentem tractatum, neque aliquem ejusdem articulum, quòd aliquis dictorum Principum contrahentium astringatur, vel teneatur defendere, aut manutenere aliquem in præsenti tractatu comprehensorum, quacumque dignitate polleat, in aliquibus statibus, terris, dominio, vel juribus, à tempore incepti belli post novissimum tractatum, cujus data est Londini, primo die mensis octobris, anno Domini millesimo quingentensimo decimo octavo, ab aliquo prædictorum Principum, aut aliquorum confœderatorum, ubivis & ubicumque locorum occupatis aut obtentis, sed licebit unicuique dictorum principaliter contrahentium ea recuperare, præsenti tractatu non obstante.

Item. Tam pro bono pacis, quàm propter singularem amorem & affectionem, quam de cetero potentissimus Angliæ Rex erga dictum Christianissimum gerere intendit, necnon ad instantiam & contemplationem illustrissimæ matris dicti Christianissimi Regis, & ut idem Rex citiùs in pristinam libertatem restitui, & in regnum Franciæ redire possit, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus potentissimus Angliæ Rex procurabit, & amicè operam dabit apud carissimum fratrem, consanguineum, & nepotem suum Carolum, Imperatorem electum, pro celeriori restitutione & liberatione ejusdem Christianissimi Regis, bonis, honestis, & rationabilibus conditionibus, per partem dicti Christianissimi Regis præfato Carolo Imperatori electo, & aliis, vel alii, qui, vel quis, Ducis dignitate aut nomine præfulserint, vel præfulgent, & qui vel quis dictis potentissimis Princi-

pibus, Angliæ Regi, aut Carolo Imperatori electo, adhæserunt, vel adhæsit, offerendis impetranda & obtinenda.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus Christianissimus Rex omnia & singula capitula in præsenti tractatu pacis & amicitiæ contenta, necnon alia omnia quæcumque seorsim & separatim ad præsentis tractatus firmiorem consolidationem & corroborationem acta, conventa, & nomine suo promissa fuerint, cujuscumque naturæ aut qualitatis existant, observabit fideliter, & realiter perimplebit, seque fideliter observaturum, & realiter perimpleturum, quandocumque per commissarium, sive commissarios prædicti potentissimi Regis Angliæ, hæredum, aut successorum suorum, sufficientem ab eo aut eis potestatem ad id sive mandatum habentem, vel habentes, fuerit requisitus, in ejusdem commissarii, sive eorumdem commissariorum præsentia, si quovis modo id fieri poterit, tactis per eumdem sacrosanctis evangeliis jurabit, & in vim pacti promittet, omniaque & singula capitula in præsenti tractatu contenta per litteras patentes manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, ratificabit, autorisabit, & confirmabit, ipsasque litteras ratificationis, autorisationis, & confirmationis, in sufficienti, valida & efficaci forma conceptas & confectas, ac, ut præmittitur, absolutas, ad præfatum invictissimum Angliæ Regem, hæredes & successores suos, ejusve, aut eorum deputatos sufficientem ad id autoritatem habentem, sive habentes, infra tres menses post datam præsentis tractatus transmittet, tradique faciet, realiter & cum effectu. Quòd si propter prædicti Christianissimi Regis detentionem, & à regno suo absentiam, litteras confirmatorias in sufficienti & valida forma intra tempus, ut prædicitur, trium mensium dare facere, aut dari facere, tradereve minimè queat, tunc in eo casu, si id quovis modo facere poterit, prædictus Christianissimus Princeps Franciscus, Francorum Rex, omnia & singula in præsenti tractatu contenta, ac per dictos oratores conventa & conclusa, per litteras manu sua propria scriptas ratificabit, autorisabit, & confirmabit, sub verborum tenore inter prædictos oratores concordato. Quæ litteræ sic manu sua propria scriptæ, prædicto illustrissimo Regi Angliæ, hæredibus sive successoribus suis, ejusve, aut eorum deputato, sive deputatis, sufficientem ad id autoritatem habenti, vel habentibus, ex parte prædicti Christianissimi Francorum Regis, infra tres menses à data præsentis tractatûs proximè numerandos, realiter & cum effectu tradentur & liberabuntur.

Insuper, cùm prædictus Christianissimus Francorum Rex, tempore præsentis tractatûs nomine suo initi & conclusi per oratores ab illustrissima domina matre sua Franciæ Regenti destinatos, & ad id ab eadem commissionem habentes, sit apud Cæsarem, ut prædicitur, detentus, qua ex re forsan de in & super acceptatione, approbatione, confirmatione, efficacia, & validitate præsentis tractatûs nonnulla dubia, quæstiones, differentiæ, difficultates, & altercationes oriri possint, proinde, ut omnia & singula talia è medio prorsùs tollantur, ac omnis quæstionis & disputationis scrupulus, exceptionumque & allegationum subterfugia penitùs removeantur, & ne prædictus Christianissimus Rex, cùm ad libertatem restituetur, sive ad sua pervenerit, ipse, hæredesque aut successores sui, vel ex præsenti captivitate, vel ex aliis quibuscumque allegationibus, quicquam prætendere, aut comminisci queat aut queant, quo præsens tractatus pacis & amicitiæ invalidus reddatur, conventum, ulteriùs concordatum, & conclusum est,

quòd prædicta illustrissima domina Franciæ Regens, nomine regentiæ qua fungitur, renuncians expressè & in vim pacti, beneficio senatusconsulti Velleiani, ac omni alii juris remedio, cautelæ, aut exceptioni, tam juris quàm facti, cujuscumque naturæ fuerit, aut quacumque ex causa competenti, prædicta omnia & singula tam in hoc pacis & amicitiæ, quàm aliis tractatibus, quacumque ex causa per dictos oratores initis & conclusis contenta, infra duos menses per litteras suas in forma desuper concordata conceptas, manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, ratificabit, autorisabit, & confirmabit, illaque eadem omnia observabit, ac quòd à Christianissimo Rege prædicto, hæredibus & successoribus suis, ejus hæredumque subditis fideliter observari & realiter perimpleri faciet, in præsentia commissarii, sive commissariorum prædicti invictissimi Regis Angliæ, hæredum sive successorum suorum, potestatem ad id sufficientem habentis, sive habentium, jurabit & in vim pacti promittet, litterasque ratificationis & obligationis in forma hujusmodi, cum prædicta clausula renunciationis inserta confectas, & ut præmittitur, debitè absolutas, ad prædictum invictissimum Angliæ Regem, hæredes, aut successores suos, ejusve aut eorum deputatum, sive deputatos, sufficientem ad id autoritatem habentem, sive habentes, infra tres menses à data præsentis tractatus numerandos, transmittet, tradique & liberari faciet & facient, realiter, & cum effectu.

Et præterea, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædicta illustrissima domina Franciæ Regens renuncians expressè, & in vim pacti, ut prædictum est, beneficio senatusconsulti Velleiani, ac omni alii juris remedio, cautelæ aut exceptioni, tam juris, quàm facti, cujuscumque naturæ fuerit, aut quacumque ex causa competenti, obligationem sive promissionem de rato in forma sequenti in litteris prædictis specialiter & expressè præstabit, & ad majorem cautelam promittet & obligabit se, hæredes & successores suos, per easdem, quòd prædictus Christianissimus Rex, filius suus, renunciando, cùm ad libertatem pervenerit, expressè & in vim pacti, omni juris cautelæ, beneficio, sive exceptioni ex causa metus captivitatis, detentionis, à regno absentiæ, rei, aut non suo nomine, aut non in rem suam gestæ, & omnibus aliis tam juris, quàm facti exceptionibus quibuscumque, quacumque ex causa competentibus, quibus effectus præsentium in aliquo impediri queat, hæredes & successores sui prædicta omnia & singula pacis ac amicitiæ fœdera, aliaque pacta, conventa, promissa, cujuscumque naturæ fuerint, per prædictos oratores nomine ejusdem Christianissimi Principis inita & conclusa, bona fide, sincerè, absque omni dolo aut fraude, fideliter observabit, & realiter perimplebit, observabunt, & perimplebunt, eaque à subditis suis perimpleri & observari faciet & facient realiter & cum effectu; quodque prædictus Christianissimus Rex Franciscus infra duos menses, cùm ad libertatem pervenerit, aut si ante id temporis, quod Deus avertat, ab humanis decesserit, hæredes sive successores sui, similiter infra duos menses, a tempore, quo primùm in regno successerint, numerandos, prædicta omnia & singula se fideliter observaturum, sive observaturos, realiter perimpleturum, sive perimpleturos, in præsentia commissarii, sive commissariorum prædicti invictissimi Regis Angliæ, hæredum & successorum suorum, sufficientem ad id autoritatem habentis, sive habentium, tactis sacrosanctis evangeliis, jurabit & jurabunt, & in vim pacti promittet, & promittent, illaque per litteras suas in sufficienti, valida, & efficaci forma conceptas, ac clausulam prædictæ re-

nunciationis insertam habentes, manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, ratificabit & ratificabunt, autorisabit & autorisabunt, confirmabit & confirmabunt, dictasque literas ratificationis, autorisationis, & confirmationis confectas, ut præmittitur, & absolutas, ad prædictum invictisimum Angliæ Regem, hæredes & successores suos, ejusve aut eorum deputatum sive deputatos, sufficientem ad id autoritatem habentem, vel habentes, transmittet, tradique & liberari faciet & facient, realiter, & cum effectu.

Item. Propter firmiorem omnium & singulorum per dictos oratores conclusorum observationem, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd magnates & nobiles regni Franciæ, videlicet reverendisimus Cardinalis Borbonius, Dux Vandomi, Dux Longævillæ, Comes Sancti Pauli, Dominus de Lautrec, Comes Convenarum, Dominus de Montmorency, Dominus de Brezé, Comes de Maulevrier, magnus senescallus Normanniæ, Comes de Brienne, etiam primariæ civitates ejusdem regni, videlicet Parisius, Lugdunum, Aurelia, Tolosa, Ambianum, Rothomagum, Burdegala, Turonum, & civitas Remensis, firmisimè se obligabunt & astringent, sub hipoteca & obligatione omnium bonorum suorum, & quisque magnatum & nobilium prædictorum seperatim se, hæredes, & successores suos, & quæque similiter civitas se obligabit & astringet sub hipoteca & obligatione omnium bonorum. Jurabunt præterea, & in vim pacti promittent, infra tres menses post datam præsentis tractatûs, quod ipsi, sive ipsæ, & eorum quilibet, sive quælibet, præmissa omnia & singula in hoc tractatu specificata fideliter observabunt pro parte sua, & realiter perimplebunt, observabit & perimplebit, neque unquam eisdem contravenient ipsi, hæredesque aut successores sui curabunt, & quisque sive quæque curabit cum effectu, quòd prædictus Christianisimus Rex Franciscus, hæredes & successores sui, ejusque subditi, prædicta omnia & singula observabit & observabunt, perimplebit & perimplebunt, realiter & cum effectu; quodque omnia ratificabit idem Christianisimus Rex, hæredes & successores sui ratificabunt, & autorisabit, autorisabunt, confirmabit & confirmabunt, jurabit & jurabunt, modo, forma, & tempore prædictis, litterasque inde obligatorias, in forma per dictos oratores concordata, conficiendas facient & faciet separatim quisque magnatum, nobilium, & quæque civitatum prædictarum, aliasque litteras sic scriptas, ac sigillo suo sigillatas, & omnibus suis partibus validè & efficaciter absolutas, ad prædictum invictissimum Angliæ Regem, hæredes & successores suos, ejusve aut eorum deputatum, sive deputatos, sufficientem ad id autoritatem habentem, sive habentes, infra tempus trium mensium post datam præsentium transmittent, & eorum sive earum quisque sive quæque transmittet, tradique & liberari facient & faciet, realiter & cum effectu.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnia per dictos oratores tractata, conclusa, & promissa ex parte dicti Christianisimi Regis, illustrissimæ matris suæ regentis, magnatum & nobilium prædictorum, & civitatum, ejusdemque Regis regnorum & subditorum, hæredum sive successorum suorum, perimplenda & observanda, ratificabunt & confirmabunt infra tres menses post datam præsentium tres status Normanniæ, & Linguæ Occitanæ, eaque omnia & infra idem tempus trium mensium Curiæ Parlamentorum Parisiensis, Tolosana, Rothomagensis & Burdigalensis, suo judiciali & sufficienti decreto valida & effi-

cacia esse censebunt, judicabunt, & promulgabunt.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd postquam prædicta omnia in præsenti tractatu, vel in aliis nunc initis & conclusis contenta, modo & forma in illis specificatis, per prædictam illustrissimam dominam Ludovicam, Franciæ Regentem, ratificata, autorisata, confirmata, ac jurata fuerint, ac super eisdem omnibus & singulis litteræ in valida & efficaci forma, ut præmittitur, in eisdem confectæ, prædicto invictissimo Regi Angliæ, hæredibus & successoribus suis, eorumve deputato vel deputatis, sufficientem ad id autoritatem habenti, vel habentibus, infra tempus prædictum traditæ realiter, & cum effectu liberatæ fuerint, unà cum obligationibus pro solutionibus certarum summarum pecuniarum juxta, modum & formam in tractatu desuper facto specificatos, tam ipsius Christianissimi Regis, si infra tempus prædictum obtineri quoquo modo poterunt, quàm etiam prædictæ illustrissimæ dominæ Ludovicæ, magnatum, nobilium & civitatum superiùs nominatorum, sive nominatarum, sub illo verborum tenore conceptas, modoque & forma eisdem, de quibus tam in hoc tractatu, quàm aliis, conventum inter oratores prædictos & concordatum est, necnon instrumentis in publica, & autentica forma, ut convenit, confectis de & super omologatione Curiarum Parlamentorum, ac etiam ratificatione trium statuum Normanniæ & Linguæ Occitanæ, validè & efficaciter factis, tunc & immediatè prædictus potentissimus Angliæ Rex, hæredes & successores sui, prædicta omnia & singula capitula in præsenti tractatu pacis & amicitiæ conventa, & alia omnia & singula quæcumque, seorsim & separatim ad præsentis tractatûs declarationem & corroborationem pacta & conventa, ratificabit, autorisabit, & confirmabit, ratificabunt, autorisabunt, & confirmabunt, litterasque ratificatorias in valida & sufficienti forma conceptas, manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, commissario, sive commissariis prædicti Christianissimi Regis, hæredum aut successorum, vel etiam prædictæ illustrissimæ dominæ Franciæ Regentis, sufficientem ad id potestatem habenti, sive habentibus, tradet realiter & liberabit, tradive faciet & facient, ac liberari, ac etiam in præsentia dicti commissarii, sive commissariorum, se omnia & singula prædicta, quatenus eum vel eos concernunt, fideliter perimpleturum, & perimpleturos, tactis sacrosanctis evangeliis, jurabit & jurabunt, quamprimùm fuerit aut fuerint per dictos commissarios requisitus, vel requisiti.

Sequuntur tenores commissionum.

HENRICUS octavus, Dei gratia Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem. Sciatis, quòd nos de probitate, legalitate, circumspectione, fidelitate, & industria dilectorum & fidelium consiliariorum nostrorum, reverendissimi in Christo Patris VVilermi, Cantuariensis Archiepiscopi, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati; carissimorumque consanguineorum nostrorum Thomæ, Ducis Norfolciæ, Thesaurarii Angliæ; Henrici, Marchionis Excestriæ; Caroli, Comitis Vigorniæ, Camerarii nostri, ordinisque nostri Garterii, militum; reverendi in Christo Patris, Nicolai, Eliensis Episcopi; & Thomæ More, militis, Subthesaurarii Angliæ, ad plenum confidentes,

IX. Ad omnem suspicionem illustrissimo Duci Mediolani tollendam, ob ea quæ præteritis temporibus contigerunt, promittit Rex Christianissimus, se nullo tempore quicquam moturum, gesturum, nec adversùs ipsum Ducem, seu Mediolanensem statum, sed permissurum, ut liberè ac pacificè gaudeat illo ac fruatur absque ulla perturbatione aut molestia; imò & ipsum se omni tempore defensurum, ad id pariter concurrentibus Italiæ confœderatis, si à Romanorum Rege, sive à serenissimo principe ejus fratre, bellum ei ab illis inferretur, & à quibusvis aliis regibus ac potentatibus, illis copiis atque auxiliis, quæ pro bello Italico in superioribus promittit articulis, auxiliante etiam ipso Duce Regno Franciæ, si ei bellum inferretur, eisdem auxiliis & copiis, quas ad bel-

lum Italicum contribuere tenetur. Hæc tamen omnia ea conditione & lege, quòd prædictus Mediolani Dux ipsi Christianissimo Regi, tum ratione jurium, quæ in ipso ducatu tam majores sui, quàm ipse, obtinuerunt & prętenderunt; tùm magnorum sumptuum ac impensarum ipsius causâ factarum, annuum censum, sive pensionem in civitate Lugdunensi persolvere debeat, quæ conveniens videbitur, tùm Sanctissimo domino nostro Papę, tùm illustrissimo Duci, inclitoque Venetorum Dominio, sed non minùs quinquaginta millium nummorum aureorum, pro quibus annuatim solvendis dabit sufficientem securitatem; si verò cautiones nunc præstare minimè posset, respondebunt pro eo Sanctissimus Dominus noster Papa, inclitumque Venetorum Dominium. Tenebitur prætereà ipse Mediolanensis illustrissimum fratrem ejus Maximilianum condecenter pro ejus dignitate alere, eidemque pensionem assignare, & ipsum Christianissimum Regem ab annua pensione illa liberabit, quam dicto Maximiliano solvere tenetur.

X. Cùm præsens capitulatio fœdusque spectet, non modò ad constituendam in tempore præsenti pacem, & Italiæ libertatem, sed ut firma ac æterna permaneat, liceatque omnibus hujus felicitatis esse participes, quæ, Deo auxiliante, futura est, conventum est, ut restituantur liberè universa bona sua cum plena remissione amicis, qui ea amiserant quomodocumque, & qui partes regias secuti fuerant, ac etiam in patriam si redire voluerint, & præsertim magnificus dominus Albertus, Carpensis Comes.

XI. Promittit Christianissimus Rex ad magis declarandam bonam voluntatatem suam erga ipsum Mediolani Ducem, ad eum pariter securum prorsùs reddendum, in affinitatem sibi illum conjungere, tradendo statim ei in uxorem unam de regio sanguine progenitam, quam Sanctissimus Dominus noster Papa opportunam atque ei condecentem judicabit. Rursùs ad eumdem omnino confirmandum, atque in ipso Mediolani Ducatu retinendum, pollicetur, se curaturum, & omnem operam daturum, autoritatemque suam interpositurum apud magnificos dominos confœderatos Helvetiorum, ut cum illustrissimo ipso Mediolani Duce jungantur ad pręfati ducatûs defensionem & tutelam, eâ formâ, conditionibus & modis, quibus juncti erant sibi, cum dictum Mediolani ducatum obtinebat; quo casu pollicetur, & se liberaturum dictos dominos Helvetios ab obligatione illa, quam secum habebant, quoad defendendum pro Majestate sua ipsum Mediolani statum. Quo casu, præfatus Mediolani Dux Helvetiis pensiones generales ac particulares persolvere tenebitur, quas singulis annis in festo Purificationis præfatus Dux mittet Helvetiis, apud quos comperiet unum ab ipso Christianissimo Rege deputatum, cujus manibus persolventur dictæ pensiones ipsis Helvetiis, atque eo quidem modo, ac pari formâ fient dictæ pensiones, eo casu quo præfati Helvetii recusarent suscipere dicti ducatus defensionem. Ipse autem Dux permittet eosdem Helvetios gaudere omnibus immunitatibus & exemptionibus in Statu Mediolanensi, quibus gaudebant tempore, quo ipse Christianissimus Statum illum possidebat; & de hoc observando, cùm prædictus illustrissimus Dux in prę́sentia dare non posset fidejussiones in Francia à Christianissimo Rege requisitas; promittunt jam dicti nuncii, quòd Sanctissimus Dominus noster Papa, illustrissimus Dux, inclitumque Venetorum Dominium, effectualiter procurabunt, quòd promptissimè dabit eas, cùm primùm

liber erit ab his angustiis, quibus nunc opprimitur : casu autem quo id non faceret, erit ille quidem à præsentis tractatus beneficio exclusus ; attamen prædictus Rex Christianissimus haudquaquam vult, nec ullomodo intelligit se ab amicitia illa & confœderatione separare, quam ob causam regni Franciæ cum ipsis Helvetiis habet.

XII. Promittit idem Christianissimus Rex cæteris confœderatis principibus eadem præstare & concedere domino Maximiliano Sforciæ, quæ promittit & pollicetur moderno Duci illustrissimo ejus fratri, casu quo ipse decederet, aut à prædicto ducatu submoveretur.

XIII. Conventum est, ut ipsi Christianissimo Regi restituatur comitatus Astensis, uti res sejuncta à Mediolanensi ducatu, & antiquissimi juris hęreditarii illustrissimorum Ducum Aurelianensium ; & si aliqua fortassis de causa confœderatis non videretur opportunum, ut ipse Christianissimus Rex ad eum comitatum restitueretur, ad minus tradetur illustrissimo Duci Aurelianensi, ejus filio, gubernandus comitatus ipse, à quo Majestati suæ placuerit, quoad ipse Dux ejus filius ad legitimam ætatem pervenerit.

XIV. Conventum est, ut in civitate Januensi, qui nunc est illustrissimus Dux dominus Antoniotus Adurnus, Dux relinquatur, si ad confœderatorum devotionem, qui hoc comprehenduntur fœdere, sese converterit, vel mutetur quidem ejus civitatis status in eam formam, quæ ipsis confœderatis ad quietem & securitatem Italiæ maximè conveniens esse censebitur, reservato tamen Regi Christianissimo titulo & jure supremi dominii, eo modo quo habebat idem Christianissimus, cùm eam possideret civitatem.

XV. Promittunt & pollicentur prædicti confœderati, quòd si Imperator electus denegaret, aut protelaret peragere ea quæ in secundo pręsentis capitulationis articulo continentur, quòd statim, & cùm primùm prædictum bellum pro pacanda Italia finem acceperit, (qui quidem finis intelligitur, & erit, quando exercitus hostium profligatus sit penitùs, aut ità debilitatus, ac destitutus, ut reliquiæ se in aliquam civitatem, aut munitum locum ad se tuendum recipere cogantur, nec amplius exire, in campo convenire, aut castrametari valeant) jam dicti contrahentes invadent & offendent regnum Neapolitanum cum viribus tam terrestribus, quàm maritimis, quibus suprà declaratum est, demptis tamen his, quæ eorum arbitrio dimittentur ad obsidendas hostium reliquias, quæ se in aliquem locum munitum ad se tuendum receperint, ut superiùs commemoratum est. Quòd si Imperator electus ab ipso regno Neapolitano pellatur, & ejus exercitus illinc ejiciatur; manebit quidem illud regnum ad Sanctissimi Domini nostri Papæ arbitrium, uti de regno, & re ad Ecclesiam pertinente. Nec verò ipse Christianissimus Rex, aut reliqui confœderati quicquam diminuent de illa auxiliorum summa, quam quilibet præstare debet, quousque Imperatoris exercitus fuerit deletus, aut ità debilitatus, ut in aliquod castrum, seu munitum locum sese tuendi causâ receperit; quo casu, communi eorum qui bellum gerunt arbitrio, deligentur tales copiæ, quæ aptæ & sufficientes existimabuntur ad prędictam reliquiarum expugnationem. Alentur pariter pręfatæ copiæ communi confœderatorum impensâ pro rata subsidii tradendi faciendâ, donec locus ille expugnatus fuerit, quemadmodùm in simili casu explicatum est superiùs. Hac tamen lege & conditione, Neapolitanum Regnum Sapud um;

mum Pontificem manebit, si idem Pontifex se, ac suos successores, de consensu reverendissimorum dominorum Cardinalium obligaverit, securitatesque in Francia sufficientes dederit, quòd singulis annis Christianissimo Regi, suisque successoribus, ratione juris, quod sibi in illo regno competit, eum annuum censum pensitabit, qui arbitrio suo conveniens videbitur, dummodò non sit minor septuaginta quinque millium nummorum auri solis. Hæc autem promittit Christianissimus Rex, solummodò casu, quo, ut supra dictum est, illius regni status immutetur. Quod si secùs fieret, aut eveniret, permanebit eidem Christianissimo Regi salva & integra omninò sua actio, & pristinum jus, ac facultas agendi, ut libuerit.

XVI. Conventum est, casu quo contingeret, quod Deus avertat, ut prædictorum fœderatorum aliquis decederet, vel ab hoc fœdere discederet, nihilominus fœdus ipsum inter reliquos confœderatos firmum ac stabile in suo robore maneat & persistat, successorque defuncti illud ingredi possit. Quod quidem Sanctissimus dominus noster Papa promittit approbari facere per reverendissimorum Dominorum Cardinalium collegium.

XVII. Pariter conventum est, ut ab omnibus dictis confœderatis assumatur, atque ex nunc assumpta esse intelligatur protectio & defensio illustrissimæ domus & familiæ Mediceorum, videlicet heredum ac successorum Sanctissimi domini nostri Papæ, illamque fovere ac manu tenere debeant in illo stau, primatu, ac dignitate in excelsa Florentinorum Republica, quam ex antiquo obtinuit, ac de præsenti obtinet. Pollicetur pariter Sanctissimus idem Dominus noster cęteris confœderatis excelsam ipsam Florentinorum Rempublicam nullo pacto quicquam acturam gesturamve adversùs sanctissimum hoc fœdus, sive in eo contenta, neque inserviendo inimicis suis quovis colore de pecuniis, aut aliis quibuscumque favoribus; imò fore eam Beatitudini suæ semper obedientissimam, uti obsequentissimos ac devotissimos decet filios; quod quidem ipsa Florentinorum Respublica suis patentibus literis ratificabit.

XVIII. Conventum est, cùm serenissimus ac potentimssius Angliæ Rex, fidei defensor, pacem tranquillitatemque semper spectarit, quod maximè hoc argumento novissimæ pacis cum Christianissimo Rege firmatæ comprobavit, omnes pariter animi sui affectus & rationes ad fidei christianæ tempora accommodarit, Sedisque Apostolicæ status, & ecclesiasticæ dignitatis, tum ipse, tum felicis recordationis pater ejus, acerrimus defensor extiterit, neque ulla cujusquam autoritas gravior interponi possit, vel ad benè sentientes in officio continendos, vel ad eos, qui pacem perturbare vellent, reprimendos; conventum est, ut Majestas sua sanctissimi fœderis protector sit & conservator, quod sincerè & inviolabiliter sine ulla exceptione observabuntur omnia & singula in præsenti capitulatione contenta. Hac enim spe freti, atque ejus hortatu præfati principes ad hoc sanctissimum fœdus firmandum convenerunt, quòd ipsius fœderis non modò protector, sed principalis contrahens futurus sit; ad quæ facienda & acceptanda à cæteris confœderatis interpellatur, ac instantisimè requiritur. Qui quidem confœderati ad amoris sui declarationem erga Majestatem suam conveniunt, quòd ingrediendo sanctisimum hoc fœdus post constitutas res Italicas, ut supra explicatum est, gratum animum suum testificabuntur, dabuntque Majestati suæ, sive illustrisimo ejus filio naturali, pro se ac successo-

ribus suis, unum dominium in regno Neapolitano, titulo ducatus, aut principatûs, annui census ad minus triginta millium ducatorum; alterum pariter dominium in Italia annui census decem millium ducatorum, pro se ac successoribus suis, reverendissimo domino Cardinali Eboracensi, cujus quidem prudentiæ, labori, ac vigilantiæ multùm debet universa Christianorum Respublica.

XIX. Conventum est, ut post præsens fœdus initum nemini ex confœderatis liceat ullum fœdus, pacem, intelligentiam, aut inducias firmare cum quovis alio principe, aut potentatu, qui præsenti confœderationi ulla ex parte præjudicare possint, sine aliarum partium consensu, ut ipsæ quoque in eadem intelligentia comprehendi possint, si velint, præsertim quantum attinet ad eum, qui supradictus est, Italiæ statum constituendum; imò si jam fœdus aliquod initum esset cum alio principe, vel potentatu, id nullius esse momenti intelligatur, quatenùs præsenti unioni præjudicium afferre posset.

XX. Conventum est, ut ante ratificationem liceat cuique parti suos adhærentes & confœderatos nominare, dummodò in illis non sint aliqui subditi, vassalli, aut inimici cujusque aliarum partium. Jam verò ex parte Sanctissimi domini nostri Papæ nominatur serenissimus ac potentissimus princeps Henricus Rex Angliæ, & illustrissimus Marchio Mantuæ, reservando sibi nominare quos voluerit alios infra tempus. Ex parte autem Christianissimi Regis, pariter nominantur Angliæ, Scotiæ, Navarræ, Lusitaniæ, Poloniæ, & Hungariæ Reges serenissimi; Sabaudiæ, Lotharingiæ, & Gueldriæ Duces illustrissimi; strenui ac magnifici viri domini Helvetii tredecim cantonum altæ Ligæ Alamaniæ, Christianissimi Regis compatres: similiter ex parte illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii, nominatur serenissimus ac potentissimus princeps, Rex Angliæ, reservando etiam sibi nominare quos voluerit alios infra statutum tempus.

XXI. Pariter conventum est, cùm non possit tantum negotium vel assumi, vel peragi, nisi parata ac prę stò sit pecunia, quòd Christianissimus Rex teneatur pecunias numeratas mittere, prout suprà declaratum est, quas contribuere promisit in urbe Roma, sive in civitate Venetiarum, aut Florentiæ, pro uno mense; & dare cautiones idoneas in banchis, quòd per sex dies ante finitum primi mensis tempus pecuniæ pro secundo mense solventur per eosdem fidejussores in civitate Venetiarum, aut alibi; & sic successivè de mense in mensem, quandiu bellum duraverit, ut superiùs declaratum est.

XXII. Conventum est, quòd infra mensem prędictum fœdus ratificari & approbari debeat cum singulis suis clausulis, & articulis à partibus contrahentibus. Si verò casu aliquo impeditus illustrissimus Mediolani Dux pro parte sua approbare & firmare non posset, Sanctissimus Dominus noster Papa, illustrissimus Dux, inclitumque Venetorum Dominium, pro ipso Mediolani Duce illustrissimo, præfata promittunt.

XXIII. Cùm in prę senti tractatu de illustrissimo Mediolani Duce fiat mentio, quamvis præfatorum principum procuratorum, aut nunciorum nullus ab eo mandatum habeat; nuncii igitur, & procuratores Sanctissimi domini nostri Papæ, illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii, promiserunt pro & nomine prædictorum dominorum suorum, quòd ipsi effectualiter procurabunt, ut præfatus Mediolani Dux ratificet, gratosque habeat, & approbet dictos arti-

culos, suasque super hoc necessarias literas in forma autenticâ mittat, infrà mensem, si fieri potest; sin minus, infra trimestre spatium.

XXIV. Conventum est, quòd neutra contrahentium partium nullomodò ad stipendia & servitia sua conducet capitaneum aliquem, tam terrestrium, quàm maritimarum gentium, qui sit ad servitia alicujus alterius partis, sine consensu & bona licentia ipsius partis. Cùm verò Sanctissimus Dominus noster Papa magnificum virum Andream Doriam Januensem jam conduxerit, qui huc usque fuit ad servitia Christianissimi Regis, requisitusque fuerit ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ nuncius, ut in præsentia prædictus Andreas Doria dimittatur ad ipsius Regis servitia; ille quidem respondit, non habere se super hoc facultatem obligandi Sanctitatem suam; non dubitare tamen quin Sanctitas sua Christianissimo Regi sit in omnibus morem gestura; idcircò pollicentur præfati nuncii, & procuratores Sanctissimi Domini nostri, illustrissimique Venetorum Dominii, sub beneplacito prædictorum dominorum suorum, quòd Sanctissimus ipse Dominus noster prefatum Doriam in suum servitium nequaquam recipiet; & si de facto jam receperit, eumdem relaxabit, procurabitque effectualiter, ut ad servitium Christianissimi Regis revertatur. In quarum rerum testimonium præfati procuratores & nuncii hanc prefatam cartam propriis manibus subscripserunt, suisque sigillis obsignaverunt. Actum Cogniaci, die vigesimo-secundo mensis maii, anno millesimo quingentesimo vicesimo-sexto.

Cùm verò eadem capitulationis die fuerint conclusa certa capitula inter nuncios & procuratores Sanctissimi Domini nostri Papæ, Christianissimi Francorum Regis, illustrissimi Ducis, inclitique Venetorum Dominii, inter quæ capitula sunt duo, videlicet unum, quod de Florentinis; alterum, quod de regno Neapolitano mentionem facit, super quo fuerunt nonnulla addita, quæ inter ipsos contrahentes secreta esse debent; idcircò conventum est inter eos, ut prædicti duo articuli hîc separatim & seorsùm ab aliis ponerentur. Is autem qui de regno Neapolitano mentionem facit, legendus est in fine decimi quinti articuli ipsius capitulationis, cujus quidem tenor sequitur, & est talis; videlicet.

Hoc addito, & expressè declarato, quòd præfato regno è manibus Cæsaris in totum, vel in partem, ablato, & si pariter auferrentur per exercitum Christianissimi Regis alii status, vel loca ipsius Cæsaris in finibus regni Franciæ, & contentaretur ipse illustrissimos Christianissimi Regis filios restituere, atque alia in superioribus articulis contenta facere; dummodò ei pariter restituerentur omnia in hoc capitulo expressa, sic armis ablata, factâ diligenti experientiâ per menses quatuor, quòd ipse de parte dictorum ablatorum contentetur, hoc casu restitutio fiat pro rata. Si verò nollet assentire, fiat integra; reservando tamen Sanctissimo Domino nostro Papæ in præfato regno Neapolitano, pro annuo censu suo, unum statum reditûs ducatorum quadraginta millium singulis annis, vel per ipsum Cæsarem solvatur in numerata pecunia Sanctitati suæ præfatus census ad optionem ipsius Cæsaris, dando in urbe Roma, vel Florentia, sufficientes fidejussiones per triennium de hujusmodi solutione. Quæ quidem fidejussiones singulis annis renovari possint, remanendo semper firmis primis fidejussionibus, quoad assignatæ fuerint secundæ; & sic de triennio in triennium.

Item, quòd casu præfatæ restitutionis ipsius regni remanere debeant integræ Regi Christianissimo actiones, quas in ipso regno habet.

Sequitur articulus de Florentinis.

Item, cùm, ut prædictum est, excelsa Florentinorum Respublica approbatura sit, & Sanctissimus Dominus noster Papa ejus nomine promiserit, consentaneum quoque videtur eamdem inter confœderatos amplecti, & favoribus ita prosequi, acsi pro uno ex contrahentibus in hoc tractatu nominaretur. Quod cùm non posset fieri sine maximo suorum civium damno, ob eorum negotiationes, & bona, quæ diversis in locis serenissimo Imperatori electo subjectis semper habent; idcircò promiserunt confœderati omnes ipsam Florentinorum Rempublicem, ejusque statum, se ita semper defensuros à quibuscumque eam offendere volentibus, acsi ex principalibus essent confœderatis. In quarum rerum testimonium præfati procuratores & nuncii hanc præsentem cartam propriis manibus subscripserunt, suisque sigillis obsignaverunt. Actum in loco, & die supra scriptis.]

Traité entre le Roi François I. & Henri VIII. d'Angleterre, par lequel ils conviennent de n'assister point l'Empereur l'un contre l'autre, & que le Roi d'Angleterre tiendra la main a ce que les fils du Roi François, ôtages en Espagne, soient mis en liberté. A Hamptoncourt le 8. aoust 1526.

Angleterre 1526. 8. aoust.

UNIVERSIS & singulis ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Quum post pacis & amicitiæ fœdera inter illustrissimos & potentissimos Principes Angliæ & Francorum Reges jam dudùm hinc inde percussa & conclusa, frequens ultrò citroque litterarum missitatio, mutuaque officiorum vicissitudo impensa, tantam amoris flammam in eorumdem principum cordibus incenderit, ut non modò pacem contractam firmam & solidam, verùm etiam integram, & ab omni suspicionis scrupulo remotam esse cupiant, suoque exemplo, & mutua animorum conjunctione reliquos christianos principes ad pacem, sinceritatem, & concordiam invitare, quod non alia demùm via fieri posset, quàm ut mutua reciprocaque obligatione in forma subsequenti concepta se invicem astringant.

Ego itaque Thomas More, miles, Ducatûs Lancastriæ Cancellarius, invictissimi & potentissimi Principis & domini mei, Henrici octavi, Dei gratia Angliæ & Franciæ Regis, fidei defensoris, & domini Hiberniæ, orator, commissarius, & procurator ad infra scripta sufficientem autoritatem habens, ac specialiter deputatus, cum magnifico & egregio viro domino Joanne Joachim de Passano, domino de Vaux, illustrissimi & serenissimi Principis Francisci, Dei gratia Francorum Regis Christianissimi, oratore, commissario & procuratore ad sequentia concludenda sufficienter autorisato, conveni, concordavi, & conclusi, ac per præsentes convenio, concordo, & concludo, prout sequitur.

Imprimis, cùm multa & & varia inter illustrissimos & potentissimos principes Angliæ & Francorum Reges prædictos, & illustrissimum principem Carolum, Imperatorem

Imperatorem electum tam pro recuperatione, & liberatione filiorum prædicti Christianissimi Regis, quàm etiam pro maximis pecuniarum summis prædicto illustrissimo Angliæ Regi debitis, & nonnullis aliis agenda intervenerint, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus Christianissimus Rex, neque per se, neque per commissarium, sive commissarios suos deputatos, aut deputandos, directè, aut indirectè, secretè, aut apertè, de recuperatione filiorum suorum apud dictum Imperatorem electum jam obsidum, neque de alia re quacumque cum eodem, quovis colore, aut prætextu quæsito, tractabit, conveniet, vel concludet, aut aliquid virtute tractatuum, sive obligationum datam præsentis reciprocæ obligationis præcedentium, aut alio quovis modo recipiet, aut acceptabit, neque conditiones ab eo Imperatore electo ultrò oblatas accipiet, neque quicquam aliud nomine prædicti Christianissimi Regis cum eodem Imperatore electo, per alios tractatum, conventum, aut conclusum ratificabit, seu confirmabit, nisi simul, ac in eodem tractatu, conventione, conclusione, acceptatione, sive receptione pro omnibus & singulis pecuniarum summis, per eumdem Imperatorem electum prædicto illustrissimo Angliæ Regi debitis & solvendis, valida ac sufficiens cautio & provisio pro solutione earumdem per eumdem tractatum sub uno eodemque conventionis contextu fiat, de qua & terminis solutionis earumdem pecuniarum prædictus illustrissimus Angliæ Rex sit contentus, sitque nominatus & comprehensus idem illustrissimus Angliæ Rex in eodem tractatu, conventione, sive conclusione; & quòd in eodem tractatu, si quem talem fieri contigerit per eumdem Christianissimum Regem, nihil convenietur, aut concludetur, quod posset quovis modo esse in præjudicium, derogationem, dispendium, sive diminutionem tractatuum, sive pacis & amicitiæ, ac obligationum, sive aliorum articulorum nuper inter prædictos illustrissimos & potentissimos Principes Angliæ & Francorum Reges de datâ trigesimâ die mensis augusti, ânno Domini millesimo quingentesimo vigesimo-quinto; sed quòd omnes & singulæ conventiones, & promissiones inter eosdem illustrissimos Principes factæ, ac in dictis tractatibus contentæ manebunt in sua integritate, robore, virtute, efficacia & firmitate, prout in tractatibus eisdem convenitur, quibuscumque talibus contractibus cum dicto Imperatore electo initis, ineundis, sive concludendis, non obstantibus.

Ac etiam conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus Christianissimus Rex non dabit per se, vel per alium, directè vel indirectè, secretè, aut apertè, aut quovis quæsito colore, ullum favorem, consilium, pecunias, vel assistentiam præfato Imperatori electo, virtute tractatuum præcedentium cum eodem initorum & conclusorum, aut aliter quovis modo, contra prædictum illustrissimum Angliæ Regem in aliquo molimine sive expeditione bellica, quam idem illustrissimus Angliæ Rex per se, vel cum confœderatis suis, suisve, aut eorumdem capitaneis, pro recuperatione pecuniarum sibi ab eodem Imperatore electo, ut præfertur, debitarum, aut ex quacumque alia causa, ubivis locorum, terra marive, contra eumdem geret, faciet, aut exequetur.

Et pari modo conventum, concordatum, & conclusum est, quòd illustrissimus & potentissimus Angliæ Rex antedictus, neque per se, neque per commissarium sive commissarios, suos deputatos, sive deputandos, directè, aut indirectè, secretè, aut apertè, de solutione pecuniarum summarum quarumcumque

à prædicto Imperatore electo sibi debitarum, neque de alia re quacumque cum eodem, quovis colore aut prætextu quæsito, tractabit, conveniet, aut concludet, neque pecunias aliquas virtute tractatuum seu obligationum datam præsentis reciprocæ obligationis præcedentium, aut alio quovis modo, recipiet aut acceptabit, neque conditiones ab eodem Imperatore electo ultro oblatas accipiet, neque quicquam aliud nomine prædicti illustrissimi Angliæ Regis cum eodem Imperatore electo tractatum, concordatum, aut conclusum ratificabit, seu confirmabit, nisi simul, ac in eodem tractatu, conventione, conclusione, acceptatione, sive receptione, de & pro liberatione filiorum dicti Christianissimi Regis jam apud dictum Imperatorem electum obsidum, pro pecunaria talia unius millionis coronarum auri per prædictum Christianissimum Regem honestis, & rationabilibus terminis, & solutionibus, arbitrio illustrissimi Angliæ Regis limitandis, solvenda redimendorum & liberandorum, sub uno eodemque conventionis contextu tractet, conveniat, & concludat, sitque nominatus & comprehensus idem Christanissimus Rex in eodem tractatu, conventione, sive conclusione, & quòd in eodem tractatu, si quem talem fieri contigerit per eumdem illustrissimum Angliæ Regem, nihil convenietur, aut concludetur, quod posset quovis modo esse in præjudicium, derogationem, dispendium, aut diminutionem tractatuum sive pacis & amicitiæ, sive aliorum articulorum, nuper inter prædictos illustrissimos & potentissimos principes, Angliæ & Francorum Reges, initorum & conclusorum de data trigesima die mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo-quinto; sed quòd omnes & singulæ conventiones & promissiones inter eosdem illustrissimos Principes factæ, ac in dictis tractatibus contentæ, manebunt in sua integritate, robore, virtute, efficacia, & firmitate, prout in tractatibus eisdem convenitur, quibuscumque talibus contractibus cum dicto Imperatore electo initis, ineundis, sive concludendis, non obstantibus.

Ac etiam conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus illustrissimus Angliæ Rex non dabit per se, vel per alium, directè vel indirectè, secretè aut apertè, aut quovis quæsito colore, ullum favorem, consilium, pecunias vel assistentiam, præfato Imperatori electo, virtute aliquorum tractatuum præcedentium cum eodem initorum, aut conclusorum, aut aliter quovis modo, contra prædictum Christianissimum Regem, in aliquo molimine sive expeditione bellica, quam idem Christianissimus Rex per se, vel cum confœderatis suis, suisve aut eorumdem capitaneis, pro recuperatione & liberatione filiorum suorum, modò ut prædicitur, restituendorum, aut ex quacumque alia causa, ubivis locorum, terra marive, contra eumdem Imperatorem electum, geret, faciet, aut exequetur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd per hanc præsentem tractatum non videatur aliqua in parte recessum aut derogatum tractatibus pacis & amicitiæ, aliisve conventionibus, capitulationibus, & obligationibus pro quibuscumque pecuniarum summis, per dictum Christianissimum Regem solvendis, inter prædictos illustrissimos & potentissimos principes, Angliæ & Francorum Reges, initis & conclusis, ac in tractatibus desuper confectis, quorum datæ sunt trigesima die mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo-quinto, contentis, & specificatis; sed quòd omnes & singuli tractatus prædicti, & quilibet eorumdem articulus in suo robore, viribus, & effectu maneant & sub-

ſiſtant, præſenti tractatu non obſtante, & perinde ac ſi præſens tractatus non interveniſſet, non cenſeatur tamen per præſentem articulum, quòd virtute dicti tractatûs pacis, ex eo quòd dictus Imperator electus in eodem ſit comprehenſus, aut aliorum tractatuum inter dictos Principes & Imperatorem electum reſpectivè initorum & concluſorum, ipſi Principes poſſint aut debeant, eorum alter poſſit aut debeat, ſubſidia, ſive ſuppetias præſtare dicto Imperatori electo, in aliquo molimine aut expeditione bellica, quam alter dictorum Principum, modo qui ſupra dicitur, ex præmemoratis cauſis contra eumdem Imperatorem electum faciet, geret, aut exequetur. Et ſi de facto, quod Deus prohibeat, præſens tractatus in parte vel in toto per aliquem contrahentium non obſervetur, nihilominùs tamen omnes & ſinguli tractatus tam pacis, quàm obligationum de data prædicta, in ſuo robore, efficacia & firmitate perdurent & conſiſtant.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd præſens tractatus mutuæ & reciprocæ obligationis per prædictos illuſtriſſimos & potentiſſimos principes, Angliæ & Francorum Reges, per literas ſuas patentes, magno ſuo ſigillo ſigillatas, infra duos menſes poſt datam præſentium alternatim ratificabitur & confirmabitur, juramentoque hinc inde firmabitur; quòdque litteræ hujuſmodi ratificatoriæ & confirmatoriæ in valida & ſufficienti forma conceptæ infra idem tempus, realiter & cum effectu, viciſſim tradentur & liberabuntur.

In quorum fidem & teſtimonium, ego Thomas Moore, miles, commiſſarius antedictus, his litteris manu mea ſubſcriptis ſigillum meum appoſui. Datum apud Hamptoncourt, octavo die menſis auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo-ſexto.

DECLARARATION DES DEPVTEZ DE HENRI VIII. Roi d'Angleterre, que ſi l'Empereur met en liberté les fils du Roi François, & ſatisfait au Roi d'Angleterre de ce qu'il lui doit, les deux Rois ne feront plus la guerre audit Empereur. A VVeſtmunſter le 30. avril 1527.

UNIVERSIS & ſingulis, ad quorum notitias præſentes litteræ pervenerint, ſalutem. Cùm apud omnes leges & omnia jura eam ſibi majeſtatem veritas retineat, ut ab errorum injuria, integra atque illibata: quoad quidem ejus fieri poterit, diligentiſſima cautione ſemper muniatur; indeque illa celebris ſententia procedat, veritatem rerum geſtarum erroribus vitiari aut deleri; lædere profectò & imminuere ſacroſanctam veritatis majeſtatem, non ſine graviſſima ſua culpa meritò exiſtimandi ſunt, qui vel in illa aſtruenda negligentiùs verſantur, vel minùs diligenter ſuo tempore prævident, atque proſpiciunt, ut ſcripturarum & teſtimoniorum veluti lumine ſua ſemper lux plena & clara veritati adſit, qua obrepentes errores præcavere, omniumque contentionum nebulas ſuo ſtatim aſpectu diſcutere poſſet.

Angleterre, 30. avril. 1527.

Itaque nos Thomas, Dux Norfolciæ, Angliæ Theſaurarius; Carolus, Dux Suffolciæ, magnus Mareſcallus Angliæ; Thomas Bolen, Vicecomes Rochefordiæ; VVillermus Fitzvvilliam, Hoſpitii invictiſſimi Angliæ Regis Theſaurarius, ordi-

nis Garterii milites ; & Thomas Moore, milies, Ducatus Lancastriæ Cancellarius; præfati serenissimi & potentissimi Principis, Henrici octavi, Dei gratia Angliæ & Franciæ Regis, Fidei defensoris, & domini Hiberniæ, consiliarii, oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores sufficientem autoritatem habentes, cum egregiis, magnificis, & nobilibus viris, reverendo in Christo Patre & domino, domino Gabriele, permissione divina Tarbiensi Episcopo; Francisco, Vicecomite Tureniæ, milite ordinis ejusdem Christianissimi Regis; Antonio le Viste, milite, domino de Fresnes, Parisiensis Senatus, & Primo Britanniæ Præside; & Joanne Joachim de Passano, domino de Vaux, illustris dominæ prædicti Christianissimi matris œconomo; præfati Christianissimi Regis consiliariis, oratoribus, commissariis, procuratoribus, & ambassiatoribus, sufficientem autoritatem habentibus, convenientes, contrahentes, & paciscentes, uno, eodemque contextu tres varios & separatos tractatus fecimus, quorum alius alii relatione connectitur atque conjungitur, ne quis olim allegationum, contentionum, aut ambiguitatum materia veritati noceat, ullumve præjudicium facere conetur, præsentibus duximus declarandum. Declaramus etiam ac convenimus, paciscimurque per præsentes, ut prædicti tres tractatus, quorum alius est arctioris conjunctionis, cujus procemium incipit, *Ea est &c.* Alius perpetuæ pacis, cujus procemium incipit, *Cùm divinior*; tertius belli offensivi, cujus procemium incipit, *Cum in quibusdam articulis*; omnes de data præsentis, videlicet uno, eodemque die, tempore, atque contextu habiti, facti, tractati, conclusi, sigillati, & hinc inde traditi, prout revera fuerunt, ita pro talibus semper habeantur ac judicentur, aliusque ad alium omninò referatur, secundùm vim, formam, & effectum eorumdem.

Item. Quum belli contra Cæsarem per præfatos Reges, casu quo Cæsar conditiones oblatas suscipere recusaverit, suscipiendi & gerendi, prima, præcipua, potissima, & finalis causa sit redemptio sive liberatio filiorum dicti Christianissimi Regis, unà cum satisfactione debitorum & jurium dicti invictissimi Angliæ Regis, unde etiam statim consecutura putatur pax orbi jam diu desiderata, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si Cæsar, post bellum sibi per prædictos principes illatum, sub honestis & rationabilibus conditionibus filios dicti Christianissimi Regis liberare, ac simul invictissimo Angliæ Regi de suis debitis ac juribus satisfacere velit, tunc teneatur uterque Princeps prædictus animum intendere, ac consentire & concordare inter se, ut secundùm illas conditiones cum Cæsare paciscentes & convenientes, à bello & armis desistant, deveniantque ad pacem cum eodem, atque ex abundanti cautela ac ad omnem deinceps difficultatem removendam, declaretur per præsentem articulum, prout etiam de expressa prædictorum potentissimorum principum voluntate ac scientia jam declaratur, quòd uterque princeps prædictus, in eum casum quo Cæsar, ut prædicitur, filios Christianissimi Regis liberare, ac simul prædicto invictissimo Regi de suis debitis & juribus satisfacere velit, per præsentes consentit, ut bello armisque depositis, & ita ad pacem cum Cæsare venientes, orbi christiano tranquillitatem reducere communibus consiliis studeant, prout in penultimo articulo tractatus belli offensivi prædicti de data præsentis continetur. In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, nos oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores prædicti invictissimi Angliæ Regis, has litteras manu nostra subscriptas sigillorum nostrorum appositione muniri fecimus, & roborari. Datum

apud VVestmonasterium, ultimo die mensis aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo-septimo.

TRAITE' ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET HENRI VIII. Roi d'Angleterre, que les deux Rois enverront leurs ambassadeurs à l'Empereur, pour l'exhorter à la paix; qu'il satisfera à ce qu'il doit au Roi d'Angleterre; qu'il delivrera les fils du Roi; & que Marie fille du Roi d'Angleterre sera mariée avec le Roi François I. ou avec Henri, Duc d'Orleans, second fils du Roi. A VVestmunster le trentieme avril 1527.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Ea est haud dubiè amoris amicitiæque, sinceræ quidem & integræ, vis atque virtus, ut, quoniam neque modum, neque terminum libenter patiatur, nunquam ferè cesset aliquid parturire atque parere ejusmodi, quo & tueri se possit & conservare, atque adeò etiam augere & dilatare queat. *Angleterre. 1527. 30. avril.* Cùm itaque inter invictissimos & potentissimos Principes, Henricum octavum, Dei gratia Angliæ & Franciæ Regem, fidei defensorem, & dominum Hiberniæ, ac Franciscum, eadem gratia Gallorum Regem Christianissimum, pace jam nuper sincerissimè conciliata, fidelissimè contracta, nexibus firmissimis pacta, conventaque, hactenùs etiam hinc inde religiosissimè observata, pectora eorumdem amor quidam occupet, quem ipsa natura corporis, animique dotes multò simillimas utrique elargita inseville, intermissum aliquandiu temporum iniquitate reconciliatio auxisse, præstita deinde utrinque, atque ultro citroque communicata officia ad summum videntur perduxisse, nihil usquam omittere aut prætermittere potest illa amoris amicitiæque fœcunditas, quod ad arctiorem conjunctionem putetur pertinere: cujus quidem amoris & amicitiæ finem atque scopum, quoniam non in eo solùm ponant Principes prædicti, ut sibi invicem prosint, sibi invicem auxilientur, opemque ferant, & mutuam sibi invicem benevolentiam foveant, adaugeantque; verùm etiam ut unitis voluntatibus, Fidei ac Religioni, quarum causa tum hæreticorum improbitate atque audacia, tum hostis teterrimi incursionibus vastationibusque jam diu periclitatur, tempore succurrant, bellis omnia lacerantibus, omnia conterentibus, ac Christianam Rempublicam captivam Turcæ reddere, ni provideatur, minantibus, finem imponant; denique pacem plusquam necessariam orbi restituant; de articulis infra scriptis, qui ad ea vel maximè tum pertinere, tum conducere existimantur, conveniendum & transigendum censuerunt.

Nos igitur Thomas, Dux Norfolciæ Angliæ Thesaurarius; Carolus, Dux Suffolciæ, magnus Marescallus Angliæ; Thomas Bolensis, Vicecomes Rocheforðiæ; VVillelmus Fitzvvilliam, miles, Thesaurarius Hospitii ejusdem invictissimi Angliæ Regis, ordinis Garterii milites; & Thomas Moore, miles, Ducatus Lancastriæ Cancellarius, præfati serenissimi & potentissimi Principis Henrici octavi, Dei gratia Angliæ & Franciæ Regis, fidei defensoris, & domini Hiberniæ, consiliarii, ejusdemque oratores, commissarii, procuratores, & ambassi-

tores, ad infra ſcripta ſufficientem autoritatem habentes, cum egregiis, magnificis, & nobilibus viris, reverendo in Chriſto Patre & domino, domino Gabriele, permiſſione divina Tarbienſi Epiſcopo; Franciſco, Vicecomite Tureniæ, milite, ordinis ejuſdem Chriſtianiſſimi Regis; Antonio le Viſte, milite, domino de Freſnes, Pariſienſis Senatus, & Primo Britanniæ Præſide; & Joanne Joachim de Paſſano, domino de Vaux, illuſtris dominæ prædicti Chriſtianiſſimi Regis matris œconomo; præfati Chriſtianiſſimi Regis conſiliariis, oratoribus, commiſſariis, procuratoribus, & ambaſſiatoribus, ad infra ſcripta ſufficienter autoriſatis. Ad honorem & laudem Dei omnipotentis, glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, totiuſque curiæ cœleſtis, & chriſtianæ religionis exaltationem & incrementum convenimus, concordavimus, & concluſimus, atque autoritate commiſſionum noſtrarum, quarum tenores inferiùs inſeruntur, per præſentes convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout ſequitur.

Imprimis, cùm non conveniret, ut præſens tractatus, quem ad amoris augmentum, paciſque univerſo orbi conciliandæ cauſa initum eſſe conſtat, occaſionem olim fore, qua pax jam nuper inter prædictos illuſtriſſimos & potentiſſimos principes contracta, & confirmata amicitia violaretur, ſicque diverſum effectum orbi produceret, ab eo, quod inter contrahentes agebatur, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd per nulla pacta, conventiones, articulos, ſive capitula in præſenti tractatu inſerta, jam tractata, conventa, & concluſa, aut deinceps tractanda, convenienda, ſive concludenda, eorumdemve, aut eorum alicujus in futurum, quod abſit, violationem, neque per actum quemcumque circa præſentem tractatum ex alterutra parte interpoſitum ſeu factum, agendum ſive faciendum, non cenſeatur in aliquo receſſum à tractatu pacis de data apud More, trigeſima die menſis auguſti, anno Domini milleſimo quingenteſimo vigeſimo quinto, aut aliqua parte ejuſdem; ſed quòd dictus tractatus pacis, & omnes ejuſdem confirmationes, tam per illuſtriſſimam dominam Ludovicam, tunc Franciæ Regentem, quàm prædictos illuſtriſſimos principes factæ, necnon obligationes prædictæ illuſtriſſimæ dominæ tunc Regentis, ac ipſius Chriſtianiſſimi Regis, ac etiam obligationes civitatum, nobilium regni Franciæ, ac earum omnes & ſingulæ, abſque aliqua innovatione, in ſuis viribus, robore, ac pleniſſimo & validiſſimo effectu perinde maneant atque perſiſtant, ac ſi præſens novus tractatus non interveniſſet.

Item. Ut dicti potentiſſimi principes deinceps animo verè uniti dicantur, habeantur, & ſint, quo poſſint unanimes effecti, communibus conſiliis & ſuis, & orbis univerſi rebus pacificandis intendere, neque unquam in futurum animis & voluntatibus disjungi aut ſeparari queant, quominùs, ut nunc inſtituerunt, & ſibi invicem amici ſinceriſſimi maneant, & pacis aſſertores merito etiam ſuo appellentur, conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd deinceps in futurum, durante utriuſque Principis vita naturali, neuter dictorum principum neque per ſe, neque per alium, directè aut indirectè, ſecretè, aut apertè, per legatos, ambaſſiatores, oratores, procuratores, aut nuncios, aliove nomine quocumque cenſeantur, neque etiam per litteras ſive epiſtolas, verbo vel ſcriptis, aliove quovis colore quæſito, neque de pace perpetua, ſive temporali confœderatione, abſtinentia, aut ceſſatione armorum, ſponſalibus, matrimonio, ſeu affinitate quacumque, debitorum jurium ſive titulorum ſuorum ſolutione, ſatiſfactione

five recompensa, redemptione obsidum, & specialiter Christianissimus Rex, neque de filiorum jam obsidum restitutione, liberatione, sive redemptione, quodque neuter Princeps prædictus de alia re, causa, aut materia quacumque, videlicet ex qua damnum, dispendium, incommodum, præjudicum, aut gravamen alteri prædictorum potentissimorum principum, eorumve, aut eorum alterius, regnis & subditis consequatur & provenire posset, cum illustrissimo Principe Carolo Imperatore electo, ejusve legatis, ambassiatoribus, commissariis, procuratoribus, agentibus, nunciis, legato, ambassiatore, commissario, procuratore, agenti, sive nuntio, aut alio quocumque nomine censeantur ubicumque locorum fuerint, sive fuerit, tractabit, conveniet, aut concludet, neque eorum nomine, aut alterius eorum, tractata, conventa, aut conclusa acceptabit, approbabit, aliquasve conditiones ultro à Cæsare oblatas, seu offerendas, admittet aut acceptabit, etiamsi Cæsar dicto Christianissimo Regi filios suos gratis restituere vellet, aut prædicto invictissimo Angliæ Regi omnia sua jura, quæ vindicat in regnis & dominiis ab eodem possessis, restituere, ac eidem de omnibus suis debitis satisfacere, nisi communi consilio, consensu pariter & assensu prædictorum illustrissimorum principum, sicut omnes tractatus, conventiones, conclusiones, & conditiones in causis superiùs specificatis, aliisve, ut præfertur, ex quibus videlicet grave damnum, dipendium, incommodum, præjudicium, aut gravamen alteri dictorum potentissimorum principum, eorumve, aut eorum alterius regnis & subditis consequatur, cum Cæsare de cætero fiendæ, aut ab eodem ab altero dictorum principum accipiendæ, communi utriusque principis consensu fiant, conveniantur, concludantur & acceptentur, ad eum effectum, ut hi duo invictissimi, & potentissimi Reges in illis, quæ cum Cæsare deinceps intervenient, consiliis, intelligentia, & voluntate uniantur, nulla calliditate, astutia, privatave practica quacumque separabiles.

Item. Cùm prædictus Imperator electus filios Christianissimi Regis pro pignore redemptionis ejusdem veluti captivos detineat, quos tum natura, tum ratio, tum etiam præsentium temporum respectus, ac publica orbis utilitas, ut finis aliquando bellis imponatur, sub conditionibus honestis redimi suadeat, non quæ Cæsaris in sua causa æstimantis animo satisfacere videantur, sed quas bonus vir perpendens rei exemplum & casuum varietatem, ac ancipitem martis aleam omnibus principibus, qui sint aliquando facturi periculum expositam diligenter considerans, æquas, honestas, & rationabiles arbitretur, nimirum ut in aliorum infortuniis ea lex statuatur, quam libenter in sua persona quivis sit subiturus; ut jam Cæsaris in ea parte sive severitas appellanda sit, sive obstinatio, aut non satis clemens in hæc tempora affectus, ad modum redigi publicè intersit, ac omnium meritò excitet ac provocet vires, quibus precibus desparatis refrænetur; debeatque etiam idem Imperator electus multas & magnas pecuniarum summas invictissimo Angliæ Regi prædicto, id quod ex creditis causis, ad quarum solutionem constitutis tum diebus faciendam, se, personam suam, patrias, bona, territoria, subditos, & eorum bona ubivis locorum reperta specialiter & expressè obligavit, ac diebus solutioni assignatis jamdiu præteritis non persolvit, & in dies interpellatus, rogatusque, nihil aliud quàm differt solutionem; detineatque præterea possessiones nonnullas, in quibus titulus ac dominium ad eumdem invictissimum Angliæ Regem jure hæreditario pertinent, quæ omnia ab eodem restitui conve-

nit, atque ex bono & æquo suum cuique tribui, unde alioqui armorum materia etiam justissima nascatur, si tum judiciis non sit locus, justæ etiam petitiones non audiantur; ac denique invictissimi ac potentissimi principes prædicti, cùm ad pacem procurandam suas voluntates & consilia fœdere unierint, secumque statuerint de suo jure plurimùm remittere citiùs, quàm summi juris aut exactione, aut tractatu longiori dissidiorum causas protelare, aut salubrem pacis amænitatem tantisper differre & impedire; atque omnes ideo experiri modos, omnem movere lapidem, quod dicitur, quo suas, & causas orbis publicas per amicabilem oratorum interventum, potiùs quàm hostilem militum concursum componere possent, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædicti invictissimi & potentissmi Reges, statim post conclusionem præsentis tractatus, realiter & cum effectu mittent ad dictum Imperatorem electum duos oratores, uterque videlicet suum, cum eisdem instructionibus ab utroque principe, ac sub una eademque sententia verborum conceptis, ab eisdemque consignatis; qui oratores simul & eodem contextu, tam de redemptione filiorum dicti Christianissimi Regis, quàm etiam solutione debitorum prædicti invictissimi Angliæ Regis, ac satisfactione jurium suorum prædictum Imperatorem electum videlicet non alter in sui Regis causa, sed uterque in alterius veluti uno ore, uno sermone alloquentur, conditionesve honestas per utrosque Reges mutuo eorumdem consensu, ac communi consilio concordandas, approbandas, & limitandas offerent, proponent, & utriusque principis nomine apud dictum Cæsarem instabunt, ut conditiones illas acceptare & admittere, maximè verò in gratiam potentissimi Angliæ Regis, qui tot tantaque humanitatis beneficia illi exhibuit ac præstitit, animum ad pacem jam tandem convertere velit, unde salus pendet omnis reipublicæ christianæ.

Item. Cùm utrique principi videatur ad conservandum, atque etiam ad dilatandum sanctissimum illorum amorem, quo nunc in pacem procurandam, & suas causas cum Cæsare ex æquitate componendas ardent, non nihil valituram accessionem affinitatis ex nuptiis illustrissimæ invictissimi Angliæ Regis filiæ proventuram, cujus ætas tamen ut quæ undecimum annum egressa duodecimum tantum attingat, impræsentiarum matrimonium non admittat, & publica negotia non parùm remoraretur, si illud nunc tractare, ac singulis inde emergentibus difficultatibus convenienter, ut par sit, providere curetur, nec certum recipiat de sui natura contractum quod in futurum differre necesse sit proinde conventum, concordatum, & conclusum est, quòd fiat alternativum matrimonium; videlicet, quòd detur in matrimonium prædicta illustrissima & nobilissima princeps, domina Maria, prædicti invictissimi Angliæ Regis filia, vel Christianissimo Regi antedicto, vel clarissimo Duci Aureliæ, Henrico, ejusdem Christianissimi Regis secundo genito, sub conditionibus & provisionibus de super fiendis, ut infra dicetur, ita videlicet, quòd explicatio prædictæ alternativæ, dissolutio etiam & determinatio ejusdem, mutuo dictorum principum consensu & assensu fiat; quem consensum, & assensum dicti principes vel personaliter, ut infra concordabitur & describetur, convenientes explicabunt, vel invictissimus Angliæ Rex aliquem, quem à consiliis suis intimum, carum, ac fidum habet, ad prædictum Christianissimum Regem mittet, qui suis verbis, ac veluti suo ore, anima ac spiritu consensum, ac mentem ejusdem invictissimi Regis Angliæ prædicto Christianissimo Regi enarrabit, declarabit, atque aperiet, ibidemque

ibidemque per mutuum consensum utriusque Regis sic explicatum determinetur, utrum Christianissimo Regi, ejusve filio Duci Aureliæ Henrico secundo genito, vel si utriusque principum prædictorum consensus, neque in Christianissimum Regem, neque in Ducem Aureliæ convenerit & concordaverit, neutri illorum collocetur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si mutuo consensu dictorum principum, sicut præfertur, explicato, prædicta alternativa ita sit determinata, ut illustrissima invictissimi Angliæ Regis filia Christianissimo Regi in matrimonium detur, tunc & in eo casu non solùm de doario ejusdem illustrissimæ Dominæ Mariæ, de dote, si non successerit, de transmittendo primo partu in Angliam nutriendo, sive masculus sit sive fœmina, de administratione regni in ejus absentia, de nihil innovando contra statum & formam Reipublicæ Anglicanæ, de non alienando regno per eamdem, de libero ejusdem in Angliam reditu post mortem Christianissimi Regis, deque cæteris eventibus, & circumstantiis, per tractatus confirmationes, ratificationes, juramenta, obsides, obligationes & cætera requisita debita securitate providebitur; sed etiam tractatus jam conceptus de pace perpetua cum omnibus articulis suis in eodem contentis de data præsentis tractatus, de quo in illum eventum inter dictos oratores jam concordatum & conclusum est, per ipsos Reges infra mensem à data dictæ determinationis confirmabitur, & juramento solemniter hinc inde præstito firmabitur, literasque confirmationis & ratificationis ejusmodi, in sufficienti & valida forma conceptas, alter prædictorum principum alteri infra idem tempus transmittet; qua quidem confirmatione expressè continebitur & cavebitur, Quòd dictum tractatum perpetuæ pacis procurabit, & efficiet eorum quilibet, ut juxta vim tenorem & effectum articuli in eodem tractatu perpetuæ pacis de modo ratificationis ejusmodi confecti, infra duodecim menses tunc proximè sequentes confirmetur idem tractatus perpetuæ pacis & ratificetur, ac in valida & sufficienti forma transmittatur & tradatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si dicta illustrissima domina Maria, aut proles ejusdem ex præfato matrimonio suscepta, in regnum Angliæ non successerit, & bellum offensivum, de quo fit mentio in tractatu desuper confecto de data præsentis contra Carolum Imperatorem electum non geratur, tunc his duobus casibus contingentibus, & simul verificatis prædictus tractatus perpetuæ pacis quantumcumque confirmatus, nullius roboris sit, aut effectus, nec ad observationem ejusdem, neque prædictus Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, neque invictissimus Angliæ Rex hæredes & successores sui, obligatus aut obligati censeantur. Sin minùs idem tractatus perpetuæ pacis in suis viribus & effectu permaneat & consistat, a tempore determinationis dictæ alternativæ mutuo consensu utriusque Regis, sicut præfertur, explicato, factæ, usque ad infinita seculorum secula per utrosque potentissimos Reges & successores suos in omnibus, ac per omnia, fideliter & inviolabiliter observandus.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si mutuo consensu dictorum Principum, sicut præfertur, explicato, alternativa prædicta ita sit determinata, ut illustrissima invictissimi Regis Angliæ prædicti filia Henrico serenissimo Duci Aureliæ, Christianissimi Regis secundo genito,

in matrimonium collocetur, tunc in eo casu non solùm de dicto Duce Aureliæ in Angliam ut ibidem nutriatur infra duos menses post ejus in Galliam reditum transmittendo, de securitatibus pro libero ejusdem in Galliam reditu, si non successerit in regnum, de dote prædictæ illustrissimæ dominæ, casu quo non successerit, de doario ejusdem ac ceteris emergentibus, debitis modo & forma provideatur; sed etiam tractatus jam conceptus de pace perpetua cum omnibus articulis ejusdem in eodem contentis, de data præsentis tractatus, de quo in illum eventum inter dictos oratores jam concordatum & conclusum est, per ipsos Reges infra mensem confirmabitur, & juramento solemniter hinc inde præstito firmabitur, literasque confirmationis & ratifiationis ejusmodi in sufficienti & valida forma conceptas alter prædictorum principum alteri infra dictum tempus transmittet, transmittive faciet. In qua quidem confirmatione expresè continebitur & cavebitur, quòd dictum tractatum perpetuæ pacis procurabit & efficiet eorum quilibet, ut juxta vim, tenorem & effectum articuli in eodem tractatu perpetuæ pacis de modo ratificationis ejusdem confecti, infra duodecim menses tunc proximè sequentes, confirmetur idem tractatus perpetuæ pacis, & ratificetur, ac in valida & sufficienti forma transmittatur & tradatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si dicta illustrissima domina Maria, aut proles ejusdem ex præfato matrimonio suscepta, in regnum Angliæ non successerit, & bellum offensivum, de quo fit mentio in tractatu desuper confecto de data præsentis, contra Carolum Imperatorem electum non geratur, tunc duobus his casibus contingentibus, & simul verificatis, prædictus tractatus perpetuæ pacis, quantumcumque confirmatus, nullius roboris sit, aut effectus, nec ad observationem ejusdem neque prædictus Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, neque invictissimus Angliæ Rex, hæredes & successores sui, obligatus & obligati censeantur. Sin minùs, idem tractatus perpetuæ pacis in suis viribus & effectu permaneat & consistat, à tempore determinationis dictæ alternativæ mutuo consensu utriusque Regis, sicut præfertur, explicato factæ, usque ad infinita secula seculorum per utrosque potentissimos Reges & successores suos in omnibus ac per omnia fideliter ac inviolabiliter observandus.

Item. Quum publica orbis tranquillitas efflagitare videatur, ut indurato Cæsaris animo, ac justas & æquas conditiones respuente, severiora remedia tunc adhibeantur, ut quem amicorum interventus, & universum omnium bonum parum moveat, cogat vel invitum armata manus, & vel optandum bellum meritò æstimetur, quod pacem citissimè sit allaturum, cùm bellorum invidiam omnino depellat tam sancta necessitas suscipiendi, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si dictus Carolus Imperator electus oblatas ab oratoribus utriusque principis prædictorum conditiones, ut præfertur, finaliter ex mutuo eorum consensu concordatas & propositas, ac in instructionibus desuper conficiendis contentas, acceptare & admittere recusaverit, aut infra viginti dies post propositas sibi conditiones hujusmodi, an eas velit acceptare non declaraverit; aut si, sicut proponuntur, idem Cæsar acceptandas non duxerit, quid tum ampliùs vel ex parte dicti Christianissimi Regis, vel invictissimi Angliæ Regis fieri aut præstari velit & requirat, infra eosdem viginti dies prædictis oratoribus non explicaverit; vel si dictus Imperator electus per se, vel per alium, directè, vel indirectè, orato-

tes ad se missos in itinere detineat, detinerive faciat, quominùs ad ejus præsentiam accedere possint sua mandata explicaturi; tunc in prædictis casibus, aut aliquo prædictorum casuum, videlicet Cæsare conditiones, ut præfertur, oblatas respuente, aut intra viginti dies an velit acceptare, vel si quid aliud requirendum putaverit, id ipsum infra eosdem viginti dies non declarante, aut denique oratores, ut præmittitur, in itinere impediente, oratores prædictorum potentissimorum Principum intimationem & summonitionem belli & hostilitatis nomine utriusque principis facient, aut per caduceatorem, sive heroaldum, fieri facient, ac deinde dicti potentissimi principes bellum offensivum contra eumdem Imperatorem gerere aggredientur & facient, illis modo, ordine, & forma, in omnibus & per omnia, quemadmodum in tractatu desuper confecto de data præsentis tractatus pleniùs & expressiùs continetur, in quo singula specialiùs describuntur, quæ ab alterutra parte in dicto bello gerendo præstari oportebit.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si prædictum alternativum matrimonium mutuo consensu utriusque principis, sicut præfertur explicato, ita determinatum sit aut dissolutum, ut illustrissima domina Maria invictissimi Regis Angliæ filia, neque Christianissimo Regi, neque ejusdem secundo genito, in matrimonium detur, & nihilominus ad bellum offensivum propter recusationem Cæsaris conditionum eidem, ut præfertur, ex parte dictorum principum, & mutuo consensu ac consilio eorumdem, specialiter oblatarum, tunc & in eo casu Christianissimus Rex se, hæredes, & successores suos obligabit, quòd impensas omnes & singulas, in dicto bello offensivo per dictum invictissimum Angliæ Regem faciendas & sustinendas, eidem invictissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, reddet, restituet, ac ad terminos honestos, & convenientes plenè persolvet, ac etiam, quòd eidem invictissimo Angliæ Regi durante vita sua naturali, gratis & absque aliquo pretio, aut aliquo alio inde pretendo, requirendo, aut exigendo, aliive, aut aliis ab eodem invictissimo Angliæ Rege ad id misso, sive missis, deputato, sive deputatis, tradet & deliberabit, tradive, aut deliberari faciet in loco vocato *Broüage* in Santonia, quandocumque veniente aut venientibus, ac semel vel iteratis vicibus petenti vel petentibus, videlicet intra menses maii, junii, & julii, talem & tantam quantitatem grossi & nigri salis, ut illius quantitatis salis verus valor, pretium & æstimatio pro ratione illius anni, quo tradi & deliberari debeat, communiter, bona fide, & absque fraude facta ascendat ad summam quindecim millium coronarum auri boni, & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentium in Francia, unaquaque corona auri valente & æstimata in pecunia gallica triginta quinque solidis turonensibus, solvendarum, in coronis auri de sole, boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentibus in Francia, unaquaque corona auri de sole valente & æstimata in pecunia gallica triginta octo solidis turonensibus. Ita quòd dictum salem in navibus, caratis, aut aliis vasis suis ponere, & onerare, atque easdem naves, caratas, sive vasa sic onerata, prout eis commodum videbitur, & tempus navigationi idoneum apparuerit, in Angliam usque trasfretare licebit, absque aliqua impeditione, sive impedimento, alicujus vectigalis, alteriusve oneris aut impositionis, quocumque nomine censeatur, exactione, aut demanda sive ab antiquo pro applicatione navium portus factura, aut quacumque ex causa, quantumvis speciali, fuerit imposita, exacta, aut solvi consueta, in posterumve, aut deinceps

imponenda; & si fortè deficiente sale ob aquarum inundationem, aut alium casum fortuitum, non potuerit dicta quantitas salis plenè & integrè ad rationem æstimationis prædictæ aliquo anno, aut aliquibus annis præstari, tunc proximo anno, quamprimùm ubertas salis redierit, quantitas salis, quæ propter inundationem aquarum, aut casum alium quemcumque, tradita & deliberata juxta conventionem prædictam non fuerit, tradetur & deliberabitur pro modo & ratione æstimationis salis in eo tempore, bona fide, ut prædicitur, habita, quo salis quantitas insoluta dari debuerat: ita ut, si id præoptaverit & præelegerit Christianissimus Rex, dictus tractatus pacis perpetuæ, ante quàm per ipsos Reges bellum actualiter suscipiatur & geratur, confirmabitur & juramento præstito hinc inde solemniter firmabitur, literasque confirmationis & ratificationis ejusmodi in sufficienti & valida forma confectas alter prædictorum principum alteri infra dictum tempus trasmittet, trasmittive faciet; in qua quidem confirmatione expressè, continebitur, quòd dictum tractatum perpetuæ pacis procurabit, & efficiet eorum quilibet, ut juxta vim, tenorem & effectum articuli in eodem tractatu perpetuæ pacis de modo ratificationis ejusdem confecti, infra duodecim menses tunc proximè sequentes, confirmetur idem tractatus pacis perpetuæ & ratificetur, ac in valida & sufficienti forma transmittatur & tradatur. Proviso semper, quòd dictus Christianissimus Rex in proximo congressu cum invictissimo Angliæ Rege optionem suam, & si talis congressus non fiat omninò, ante susceptum bellum per potentissimum Regem Angliæ declaret, utrum ad dictam solutionem salis, & ad impensarum in bello factarum solutionem se, hæredes & successores suos, ad dies & terminos honestos & competentes, ut superiùs præfertur, limitandam, invictissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, obligare velit; an dictum tractatum pacis perpetuæ confirmare; & quod tum elegerit realiter faciat infra mensem prædictam optionem suam tunc proximè sequentem; & si prædictus Christianissimus Rex impensas belli prædicto invictissimo Angliæ Regi persolvere elegerit, ac illi dictam salis quantitatem durante vita sua naturali tradere præoptaverit, tunc & in eo casu ante susceptionem belli per invictissimum Regem Angliæ, instrumentum, sive instrumenta super obligatione tam impensarum belli, quàm annua salis præstatione durante vita invictissimi Angliæ Regis, in valida forma confecta, & magno suo sigillo sigillata, ad invictissimum Angliæ Regem prædictum transmittet, tradet, tradive faciet, realiter & cum effectu; quo facto bellum geratur per utrosque Reges secundum formam tractatus desuper confecti.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si mutuo consensu dictorum principum, sicut præfectur, explicato, ita determinata sit alternativa prædicta, ut præfata illustrissima domina Maria in matrimonium detur, vel dicto Christianissimo Regi, vel illustrissimo Duci Aureliæ, ac contractus desuper confectus, juratus & hinc inde confirmatus fuerit, tunc & in eo casu si invictissimus Angliæ Rex, aut aliqua alia persona vel personæ in regno Angliæ impedierit, seu impedierint, quominùs matrimonium sic determinatum realem sortiatur effectum, tunc & in eo casu dictus Christianissimus Rex illas impensas belli prædicto invictissimo Angliæ Regi, ejusve hæredibus, aut successoribus nìminè solvere teneatur; & pariformiter, si Christianissimus Rex, aut aliqua alia persona, vel personæ, in regno Galliæ impedierit, aut impedierint, quominùs matrimonium, sicut præfertur, determinatum realem sortiatur effectum,

tunc & in eo casu idem Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, ex præsenti conventione obligabitur & obligabuntur, præter & ultra expensas belli, quas ex superiori conventione invictissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, solvere tenetur, etiam tantumdem ampliùs quantum impensarum belli summa fuerit prædicto invictissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, ad dies & terminos convenientes solvere teneatur.

Item. Quum non modicam causis utriusque principis autoritatem firmitatemque additurus putetur eorumdem, in aliquo loco, decenti conventus, ubi sua consilia sibi invicem communicare queant, ideoque conducere & expedire videatur, ut mutuus dictorum principum congressus fiat, apprimè necessarium visum est omnia speciatim & apertè convenire atque pacisci, quo loco, quo tempore, quanto comitatu conveniant, ne ulla desuper ambiguitas, quæ rebus suo tempore agendis remoram faciat, oriatur. Itaque, cùm duorum maximorum principum conventus futurus sit, in quo honoris utriusque æquam, ut par est, habere rationem oportet, neque æquo tamen itinere congredi liceat, cum Christianissimo Rege terrestri summa cum securitate; invictissimo Angliæ Regi, maritimo, non sine aliquo discrimine incedendum sit; conventum igitur, concordatum, & conclusum est, quòd ad itineris difficultatem compensandam, in oppido Calisiæ prædictorum duorum principum conventus fiat, ad quem locum accedat uterque princeps, non pompa illa, & apparatu magnifico, quem eorum augusta majestas exigit, videlicet, qualem olim alter alteri stupentibus hominum oculis exhibuit, sed memores jam bellum, quod nihil non exhauriat & devoret, imminere, omnia in illum usum conservantes ac adservantes, modum, tam in numero stipatorum, nobilium, & aliorum famulantium, quàm etiam in suis, & eorumdem ornatu, observent, faciantque observari, qui in schedula desuper conficienda describetur & ordinabitur; & statim atque post finales oblationes mutuo consensu dictorum regum Cæsari offerendas, de earumdem recusatione constiterit, sub modo, ordine, & forma prædictis, uterque Rex ad Calisiam conveniat, invicem familiariter collocuturi, ibique uberiùs consulturi quod ad rerum suarum, ac etiam christianitatis publicarum, augmentum atque commodum pertinere putabunt, aut expedire, nisi aliter interea, tam de loco, quàm de cæteris præmissis, mutuo dictorum regum consensu decernatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd potentissimi principes prædicti præsentem tractatum, ac omnia & singula capitula in eodem contenta infra mensem post datam præsentis tractatus ratificabunt, autorisabunt, & confirmabunt, literasque inde ratificatorias & confirmatorias in sufficienti & valida forma confectas, manu sua subscriptas, ac magno suo sigillo sigillatas, infra idem tempus alter alteri transmitti, tradi, & deliberari curabit, ac etiam in præsentia commissarii sive commissariorum alterius principis, sufficientem ad id potestatem habentis, sive habentium, se omnia & singula prædicta, quatenùs eum concernunt, perimpleturum, tactis sacrosanctis evangeliis jurabit; & sic uterque Princeps, ut præfertur, jurabunt.

Sequuntur tenores commissionum.

HENRICUS octavus, Dei gratiâ, Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quòd nos de probitate, legalitate, circumſpectione, fidelitate,&induſtria dilectorum & fidelium conſanguineorum & conſiliariorum noſtrorum, Thomæ, Ducis Norfolciæ, Angliæ Theſaurarii; Caroli, Ducis Suffolciæ, magni Mareſcalli Angliæ; Thomæ Bolenſis, Vicecomitis Rochefordiæ; VVillelmi Fitzvvilliam, Hoſpitii noſtri Theſaurarii; ordinis noſtri Garterii militum; & Thomæ, Moore, militis, Ducatus noſtri Lancaſtriæ Cancellarii; ad plenum confidentes, eoſdem, & unumquemque eorum, tam conjunctim quàm diviſim, fecimus, creavimus, conſtituimus, & ordinavimus oratores, procuratores, & ambaſſiatores noſtros generales & ſpeciales, dantes & concedentes eiſdem, & unicuique eorum in ſolidum, tam conjunctim, quàm diviſim, facultatem & mandatum generale & ſpeciale capitulandi, tractandi, concludendi, & concordandi, tam pro nobis, quàm hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, cum illuſtriſſimo & potentiſſimo Principe, Franciſco, Dei gratiâ Francorum Rege Chriſtianiſſimo, cariſſimo & dilectiſſimo fratre & conſanguineo noſtro, aut ejus oratoribus, ambaſſiatoribus, & procuratoribus ad hoc poteſtatem ſufficientem habentibus, ſuper uno, aut pluribus tractatibus tam de & ſuper pace perpetua, ſub quibuſvis conditionibus, etiamſi nos, hæredes ac ſucceſſores noſtros, ſpeciali pacto aſtringerent & obligarent, ut ne nos, hæredes aut ſucceſſores noſtri, alicujus juris tituli, aut clamii noſtri prætextu, Chriſtianiſſimum Regem modernum, hæredes aut ſucceſſores in poſſeſſione eorum, quæ nunc poſſidet, turbaremus, & inquietaremus in futurum, quàm de & ſuper matrimonio, pro & nomine cariſſimæ & dilectiſſimæ filiæ noſtræ Mariæ cum eodem Chriſtianiſſimo Rege, aut filio ſuo ſecundo genito, Henrico Duce Aureliæ, alternativè contrahendo; idque ſi ita videatur, ſub ejuſmodi conditionibus, ut illius alternativæ determinatio, ſive diſſolutio, per mutuum conſenſum noſtrum & prædicti Chriſtianiſſimi Francorum Regis determinetur, necnon ſuper arctiori conjunctione, ſive confœderatione, ac etiam liga belli defenſivi ultra conventiones & capitula in noviſſimis tractatibus contenta & comprehenſa, illis tamen, & cæteris tractatibus noviſſimis, in ſuo robore perpetuò & ſine aliqua innovatione manentibus; necnon cum prædicto cariſſimo conſanguineo & fratre noſtro, ac etiam Sanctiſſimo Domino noſtro, illuſtriſſimo Dominio Venetorum, & quibuſvis aliis Principibus chriſtianis, deque & ſuper modo, & ordine, quibus Cæſarem pro redemptione ſive deliberatione filiorum dicti Chriſtianiſsimi Regis convenire oportebit, ac etiam liga, fœdere, & confœderatione belli offenſivi contra Cæſarem, pro recuperatione, libertate, & remiſsione liberorum dicti Chriſtianiſsimi Regis, in manibus Cæſaris, aut aliorum quorumcumque, exiſtentium, necnon pro ſolutione ſummarum per dictum Cæſarem nobis debitarum, ac damnorum reſtauratione & recuperatione, ac etiam aliorum jurium noſtrorum ſatisfactione; necnon de mutuo congreſſu ſive conventu noſtro, & cariſsimi ac dilectiſsimi fratris & conſanguinei noſtri prædicti, & generaliter omnia alia & ſingula, quæ ad mutuam noſtri, & prædicti cariſsimi fratris noſtri unionem, & propiorem animorum conjunctionem, & arctiorem intelgentiam, quæ eis conducere videantur, ac etiam circa prædicta, & illorum ſingula, cæteraque omnia ex illis dependentia, tractandi, concordandi, conveniendi, & concludendi, ſub & cum talibus conditionibus & pactis, quæ dictis noſtris oratoribus, aut eorum alteri, tam conjunctim, quàm diviſim, videbuntur opportuna & neceſſaria, & quæ nos faceremus, aut facere poſſemus, ſi perſonaliter in-

tereſſemus ; etiamſi talia forent, quæ expreſsis majora ſint, & mandatum, quàm præſentibus ſit expreſſum,exigant magis ſpeciale ; promittentes bona fide & verbo regio, ac ſub obligatione & hipoteca omnium & ſingulorum bonorum noſtrorum, hæredum etiam & ſucceſſorum noſtrorum, tam præſentium, quàm futurorum,omnia & ſingula,quæ per dictos noſtros oratores,aut alterum ipſorum,tam conjunctim, quàm diuiſim acta, promiſſa, concluſa, conventa, & capitulata fuerint, nos rata & grata perpetuis temporibus habituros, illaque & ſingula omnia per patentes noſtras literas manu propria ſignatas, confirmaturos, dantes etiam prædictis oratoribus noſtris, & cuilibet illorum in ſolidum, plenariam & omnimodam poteſtatem, pro ſecuritate præmiſſorum, & illorum omnium & ſingulorum, in animam noſtram jurandi, omnia bona noſtra, hæredum & ſucceſſorum noſtrorum, tam pręſentia, quàm futura,obligandi & hipotecandi, & ſub cenſuris eccleſiaſticis, etiam Cameræ apoſtolicæ, ſi opus fuerit, cum clauſula, de *niſi*, ſubſtituendo unum vel plures procuratores cum poteſtate prorogandi juriſdictionem, & confitendi omnia præmiſſa, acta, conventa,& concluſa per præfatos noſtros oratores, aut alterum in ſolidum,conſentiendo, quòd niſi conventa, acta, concluſa, & capitulata realiter & de facto adimpleantur, ſententia excommunicationis contra conſtituentem, aut confitentem, proferatur, à qua non abſolvatur, niſi priùs adimpleverit quæ adimplenda forent. In cujus rei teſtimonium, has literas noſtras manu noſtra ſignatas fieri fecimus patentes, teſte me ipſo apud Grenevvich, vigeſimo quarto die aprilis, anno regni noſtri decimo nono

FRANCISCUS, Dei gratiâ Francorum Rex, univerſis præſentes literas inſpecturis, ſalutem. Notum facimus, quòd nos ad plenum confidentes de literarum ſcientia, induſtria, fide, & probitate cariſſimorum ac dilectiſſimorum conſiliariorum noſtrorum, Magiſtri Gabrielis, Epiſcopi Tarbienſis ; Franciſci, Vicecomitis Turenæ, militis ordinis noſtri ; Antonii Le Viſte, militis, domini de Freſnes, Præſidis in noſtris Parlamentorum Curiis Pariſius & Britanniæ ; & Joannis Joachim de Paſſano, domini de Vaux, illuſtriſſimæ & cariſſimæ matris œconomi, eoſdem, & unumquemque eorum, tam conjunctim, quàm diviſim, fecimus, creavimus, conſtituimus,& ordinavimus oratores, procuratores, & ambaſſiatores noſtros generales & ſpeciales, dantes & concedentes eiſdem,& unicuique eorum in ſolidum, tam conjunctim, quàm diviſim,facultatem & mandatum generale & ſpeciale, capitulandi, tractandi, concludendi,& concordandi, tam pro nobis, quàm hæredibus & ſucceſſoribus noſtris, cum illuſtriſſimo & potentiſſimo Principe Henrico, Dei gratiâ Rege Angliæ, domino Hiberniæ, fidei defenſore, cariſſimo & dilectiſſimo fratre & conſanguineo noſtro, aut ejus oratoribus, ambaſſiatoribus, & procuratoribus ad hoc poteſtatem ſufficientem habentibus, ſuper uno, aut pluribus tractatibus, tam de & ſuper pace perpetua ſub quibuſvis conditionibus, etiamſi nos,hæredes ac ſucceſſores noſtros ad quamcumque ſummam pecuniarum potentiſſimo Angliæ Regi, hæredibus & ſucceſſoribus ſuis. annuatim ſolvendam, ac præterea quidvis aliud annuatim hæredibus & ſucceſſoribus ſuis præſtandum obligarent ; quàm de & ſuper matrimonio pro nobis, aut cariſſimo ac dilectiſſimo filio noſtro,Aurelianenſi Duce,alternativè contrahendo ; idque, ſi ita videatur, ſub ejuſmodi conditionibus, ut illius alternativæ determinatio, ſive diſſolutio,per mutuum conſenſum noſtrum, & potentiſſimi Angliæ

Regis,determinetur ; necnon super arctiori conjunctione,sive confœderatione , ac etiam liga belli defensivi , ultra conventiones & capitula in novissimis tractatibus contenta & comprehensa , illis tamen, & cæteris tractatibus novissimis in suo robore perpetuò, & sine aliqua innovatione manentibus; necnon cum prædicto carissimo consanguineo & fratre nostro , ac etiam Sanctissimo Domino nostro, illustrissimo Dominio Venetorum, & quibusvis aliis Principibus christianis, deque & super modo & ordine,quibus Cæsarem pro redemptione filiorum nostrorum, sive liberatione, convenire oportebit ; ac etiam liga, fœdere, & confœderatione belli offensivi contra Cæsarem , pro recuperatione , libertate,& remissione liberorum nostrorum, in manibus Cæsaris , aut aliorum quorumcumque, existentium; necnon pro solutione summarum per dictum Cæsarem, illustrissimo ac potentissimo Angliæ Regi , domino Hiberniæ , fidei defensori , carissimo ac dilectissimo fratri ac consanguineo nostro debitarum , ejusdemque damnorum & debitorum restauratione & recuperatione , ac etiam aliorum jurium suorum satisfactione ; necnon de mutuo congressu sive conventu nostro,& carissimi ac dilectissimi fratri & consanguinei nostri invictissimi Angliæ Regis prædicti ; & generaliter omnia alia & singula,quæ ad mutuam nostri , & prædicti carissimi fratris unionem, & propiorem animorum conjunctionem , ac arctiorem intelligentiam, quæ eis conducere videantur , ac etiam circa prædicta & illum singula , cæteraque omnia ex illis dependentia,tractandi , concordandi, conveniendi,& concludendi, sub & cum talibus conditionibus & pactis,quæ dictis nostris oratoribus , aut eorum alteri,tam conjunctim quàm divisim videbuntur opportuna & necessaria , & quæ nos faceremus , aut facere possemus , si personaliter interessemus , etiamsi talia forent , quæ expressis majora sint, & mandatum,quàm præsentibus sit expressum, exigant magis speciale. Promittentes bona fide, & verbo regio , & sub obligatione & hipoteca omnium & singulorum bonorum nostrorum , hæredum etiam & successorum nostrorum, tam præsentium,quàm futurorum,omnia & singula, quæ per dictos nostros oratores , aut alterum ipsorum, tam conjunctim, quam divisim,acta, promissa , conclusa , conventa & capitulata fuerint , nos rata & grata perpetuis temporibus habituros , illaque & singula omnia per patentes nostras literas , manu propria signatas , confirmaturos. Dantes etiam prædictis oratoribus nostris , & cuilibet illorum in solidum, plenariam & omnimodam potestatem pro securitate præmissorum , & illorum omnium singulorum , in animam nostram jurandi , omnia bona nostra , hæredum & successorum nostrorum,tam præsentia quàm futura,obligandi & hipotecandi,& sub censuris ecclesiasticis,etiam Cameræ Apostolicæ, si opus fuerit,cum clausula de *nisi*,substituendo unum vel plures procuratores , cum potestate prorogandi jurisdictionem , & confitendi omnia præmissa acta , conventa & conclusa per præfatos nostros oratores , aut alterum in solidum, consentiendi , quòd nisi conventa , acta , conclusa,& capitulata realiter , & de facto adimpleantur . sententia excommunicationis contra constituentem , aut confitentem , proferatur , à qua non absolvatur , nisi priùs adimpleverit , quæ adimplenda forent ; renunciando omnibus privilegiis regibus Franciæ concessis , quòd non possint excommunicari , etiam per Sedem Apostolicam , nisi certis solemnitatibus observatis ; quod quidem privilegium pro expresso habeatur , ac si illius de verbo ad verbum esset præsentibus facta mentio. In quarum rerum testimonium,has præsentes manu nostra signavimus , sigilloque nostro

communiri

communiri fecimus. Datum in castro nostro Nemoris Vincennarum, die 23. mensis aprilis, anno Domini 1527. post Pascha, regni autem nostri tertio decimo.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, nos oratores, commissarii, & ambassiatores prædicti invictissimi Angliæ Regis, has præsentes fieri fecimus, easdemque manibus nostris subscriptas, sigillorum nostrorum appositione munivimus, & roborari fecimus. Datum apud VVestmonasterium, ultimo die mensis aprilis, anno Domini 1527.

Traité entre le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, pour l'entretien d'une armée de trente mille hommes de pied en Italie, & de mille hommes d'armes, pour obliger l'Empereur à donner la paix à la chretienté. A VVestmunster le 29. mai 1527.

Angleterre. 1527. 29. mai.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint, salutem. Cùm inter oratores invictissimorum & potentissimorum Principum Henrici octavi, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Regis, Fidei defensoris, & domini Hiberniæ, ac Francisci eadem gratiâ Francorum Regis Christianissimi, tractatus quidam arctioris conjunctionis, & item belli offensivi de data ultimo die aprilis, anno Domini 1527. conventi, concordati, & conclusi sint, quibus fœderibus dicti Principes ad pacem orbi christiano procurandam conjuncti, tentatis priùs per oratores suos apud illustrissimum Principem Carolum Imperatorem electum pacis remediis, ac illis desperatis, per bellum & arma id assequi conentur, ac magno militum numero, prout in dicto tractatu belli offensivi explicatur, inferiores dicti Imperatoris electi ditiones, terra invadant, & classe etiam maritima angustum mare observent, prout in eisdem tractatibus respectivè latiùs continetur; animadvertentes & considerantes dicti Principes opportunum belligerandi tempus hoc anno priùs fermè omninò præteritum atque effluxum fore, quàm in has inferiores ditiones expeditionem facere, ut convenitur, possent, neglectique interim Cæsaris milites in Italia omnem eam ditionem occupantes illos spiritus Cæsari reddant, ut difficilior ad pacem, animosiorque ad arma efficiatur, imprimis expedire visum est, ut quo ejus copiæ ab Italia depellantur, tempestiveque concertetur cum eisdem, omnes illæ armorum vires, quibus inferiores Cæsaris provinciæ ex conventionibus prædictis premerentur, quasi facta quadam per præsentem conventionem commutatione ad debellandos Cæsarienos, qui Italiam occupant, modo inferiùs descripto, ratis interim manentibus cæteris pactis & conventionibus, ac omnibus aliis tractatibus convertantur.

Nos igitur Thomas More, miles, Ducatus Lancastriæ Cancellarius; & Stephanus Gardiner, utriusque juris doctor, ac Archivus de Tamiton; oratores, procuratores, ambassiatores & legati invictissimi Angliæ Regis, cum reverendis & magnificis viris, Gabriele de Acromonte, Episcopo Tarbiensi; & Joanne Joachimo de Passano, domino de Vaux, illustrissimæ dominæ Ludovicæ prædicti Christianissimi Regis matris œconomo; oratoribus, procuratoribus, ambassiatoribus & legatis præfati Christianissimi Regis convenimus, concordavimus, & conclusimus, ac per præsentes juxta tenores commissionum nostrarum convenimus, concordavimus, & concludimus articulatim prout sequitur.

Imprimis, quum Christianissimus Rex pro parte sua ultra numerum peditum &

equitum per illustrissimum Dominium Venetum, & reliquos confœderatos ligæ præstandorum promittit & obligat se exercitum in Italiam primo die mensis junii proximè futuri transmissurum, & ibidem bona fide, & cum omni celeritate habiturum, conflatum ex numero triginta mille peditum, & mille militibus gravioris armaturæ more gallico instructis & equipatis, cum capitaneis, ductoribus, tormentis, artillariis, impedimentis, carriagiis, cæterisque omnibus pro bello gerendo necessariis, munitionibusque aptis, tum ad castrametandum, instructaque cum hostibus acie confligendum, tum ad obsidionem collocandum, quæ ad quodvis oppidum, arcem, castrum aliumve locum munitum circumcingendum valere putabitur, necnon per adjacentia illis locis maria, validam classem maritimam etiam habere pollicetur, quæ ad hostium oppugnationem sufficerit, videlicet ad confligendum & concertandum terra marique cum Cæsariano milite, illumque ab Italia depellendum, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd invictissimus Angliæ Rex, ad alendum & continuandum dictum exercitum terrestrem, faciet agetque quod posteà subjungitur modo & ordine inferiùs descriptis, videlicet, quòd quum Christianissimus Rex prædictus præfato invictissimo Angliæ Regi ex certis conventionibus, & obligatione de data trigesima die mensis augusti, anno Domini 1525. debeat summam quadraginta septem millium coronarum auri de sole, & trecentarum sexaginta octo coronarum auri de sole, & sexdecim solidorum turonensium solvendorum, ut in dicta obligatione continetur, cujus summæ solutionis dies jam cessit, & venit primo die præsentis mensis maii, protelecur & differatur solutio dictæ summæ usque in determinationem alternativæ super matrimonio illustrissimæ dominæ Mariæ, prædicti invictissimi Angliæ Regis filiæ, per reverendissimum in Christo Patrem Thomam, Cardinalem Eboracensem, quem invictissimus Angliæ Rex ad prædictum Christianissimum Regem cum ea celeritate, qua decet, eam ob causam mittet, fiendam, in cujus adventu teneatur dictus Christianissimus Rex dictam alternativam absque ulteriori dilatione determinare, proviso semper, quòd dicta alternativa cum excusatione & allegatione cessante bona fide per præfatos Reges ante finem mensis julii proximè futuri absque longiori protelatione realiter & cum effectu determinetur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd statim & incontinenti post dictam alternativam, ut præfertur, determinatam, dicta summa debita ac insoluta cedat & imputetur secundùm ratam in contributione stipendiorum militum dicti exercitus à primo die junii proximè futuri incipiendam & computandam, sic ut tunc alternativa semel determinata invictissimus Angliæ Rex non solùm videatur à primo die junii ad proportionem inferiùs limitatam contribuisse, sed etiam dictam suam contributionem ad rationem triginta duorum millium ducentarum, & viginti duarum coronarum auri de sole singulis mensibus continuare teneatur. Quæ contributio quot menses, & quandiu durabit, quibus locis & temporibus, modo & forma, pecunia pro eadem solvetur, in determinatione alternativæ cum dicto Christianissimo Rege apertiùs & specialiùs exprimetur, declarabitur, & convenietur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ne quid de numero militum controversiæ oriatur, prædictus invictissimus Angliæ Rex aliquem commissarium suum illic mittet & habeat, qui exercitum prædictum de tempore in tempus perlustret, ac ejus rei certitudinem renunciet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd per dictam con-

tributionem & bellum in Italia gestum intelligatur, per utrumque Principem prædictum satisfactum tractatui belli offensivi pro bello terrestri hoc anno gerendo contra inferiores Cæsaris ditiones; & quòd præfata contributio ex parte invictissimi Angliæ Regis habeatur & reputetur in omnibus & per omnia loco belli gesti contra Cæsarem, ac proinde sit ac valeat, acsi hoc anno juxta conventiones dicti tractatus arctioris conjunctionis & belli offensivi respectu contra inferiores Cæsaris ditiones ex parte invictissimi Angliæ Regis gestum fuisset; & quamprimùm alternativa determinata sit, ut jam pecunia prædicto invictissimo Angliæ Regi, quæ insoluta apud Christianissimum Regem remanet, in solutionem contributionis secundùm ratam, ut præfertur, retrocedat, ex illa contributione determinationem alternativæ sic propter imputationem retrò factam præcedente, & primo die junii proximè sequentis, ut præfertur, incipiente, censeatur bellum contra Cæsarem per invictissimum Angliæ Regem actualiter gestum, ad omnem effectum, qui in tractatu arctioris conjunctionis continetur: Ac Christianissimus Rex, pro dicta contributione, quam loco belli per invictissimum Angliæ Regem contra Cæsarem in partibus inferioribus Flandriæ terra gesti habet & reputat, in omnibus & per omnia, juxta formam & tenorem conditionum in dicto tractatu respectu utriusque principis contentarum, tam circa determinationem alternativæ, quàm ea, quæ pro bello gesto per dictum invictissimum Angliæ Regem contra Cæsarem, ut præfertur, ab eodem facienda & præstanda sint, omnia illa & singula dare, facere, & exequi, ac præstare astringatur & obligetur, astrictus & obligatus per præsentes censeatur, quæ eidem invictissimo Angliæ Regi dare, facere, & exequi, ac præstare ex dicto tractatu arctioris conjunctionis teneretur, acsi bellum per invictissimum Angliæ Regem contra inferiores Cæsaris ditiones gestum fuisset.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd per præsentes articulos non videatur recessum à prædictis tractatibus de data ultimo die aprilis ultimò præteriti, & capitulis ejusdem, nisi & quatenùs expresè & apertè in præsentibus articulis continetur, videlicet, ut loco belli hoc anno gerendi contra inferiores Cæsaris ditiones fiat ex parte invictissimi Angliæ Regis contributio fienda ut describitur, & in determinatione alternativæ latiùs describetur, pro exercitu in Italiam per Christianissimum Regem transmittendo, continuando, & alendo, ut præfertur, & quòd dicta contributio, ut præmittitur, pro bello contra Cæsarem gesto ad omnem effectum habeatur omninò & reputetur, ut prædictum est; cætera verò omnia tam de offerendis conditionibus Cæsari, quàm de continuatione hostilitatis, determinatione alternativæ, confirmatione perpetuæ pacis, & classe maritima ad observationem angusti maris, ac alia quæcumque in dictis tractatibus contenta, in suo robore maneant, ac plenè, integrè, & inviolabiliter observentur per utrosque principes, nisi aliter de eorum mutuo consensu in determinatione alternativæ concordabitur.

Item. Cùm præfatus reverendissimus dominus Cardinalis Eboracensis prædidictum Christianissimum Regem aditurus sit, apud eumdem, & cum eodem, non solùm dictam alternativam determinaturus, sed etiam ex speciali mandato prædicti invictissimi Angliæ Regis nonnulla alia tractaturus, quæ in commodum & beneficium utriusque principis cedere possent, conventum proinde, concordatum, & conclusum est, quòd præsentibus pactis in sua substantia, firmitate, robore, ac virtute manentibus, absque aliquo prætextu recedendi ab eisdem, aut eorum ali-

quo, sed dictis principibus ad eorum observationem nihilominùs obligatis facultas & libertas relicta intelligatur, alia nova pacta, si opus fuerit, adjiciendi, ac sub uno eodemque contextu concludendi, eosdemque articulos, sensu, quem habent, salvo atque integro, in aliam formam verborum ad perfectiorem & clariorem intelligentiam transferendi, aliqua conclusione jam facta non obstante.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præsens tractatus, sive præsentes articuli, per utrosque principes, per suas literas patentes in debita forma confectas, manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, infra viginti dies post datam præsentium, ratificabuntur & confirmabuntur, ac infra idem tempus easdem literas alter alteri mittet.

Sequuntur tenores commissionum.

HENRICUS octavus, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, universis & singulis notum sit & manifestum, quòd cùm in certo tractatu concluso inter deputatos carissimi ac dilectissimi fratris & consanguinei nostri Francisci, eadem gratiâ Francorum Regis Christianissimi, ex una; & oratores nostros, ex alia; fuerit inter cætera conventum, quòd si Imperator denegaret, differret, aut aliàs quovis modo dissimularet satisfacere petitionibus justis & rationabilibus in dicto tractatu declaratis, tunc & in eo casu illum cum valido exercitu offenderemus: cùmque deinde nobis visum fuerit aliter agendum, & pecuniam, quam ibi exposituri eramus alibi exponendam, & opus sit super eo de novo convenire, capitulare, & concludere, & aliquos nobis probos & fideles, qui id tractarent, deputare: Nos igitur ad plenum confisi de industria, probitate, circumspectione & legalitate dilecti ac fidelis consiliarii nostri Thomæ Moore, militis, Cancellarii ducatus Lancastriæ; & dilecti nobis Stephani Gardiner, utriusque juris doctoris, ac Archivi de Tamiton; illos & eorum utrumque in solidum fecimus, creavimus, & constituimus, ac tenore præsentium facimus, creamus, constituimus, & ordinamus procuratores nostros generales & speciales, dantes, & concedentes illis, & eorum alteri in solidum, plenam potestatem, facultatem, & mandatum generale & speciale tractandi, capitulandi, concludendi, & conveniendi cum jam dicto carissimo ac dilectissimo fratre & consanguineo nostro, Francorum Rege Christianissimo, aut cum suis oratoribus, aut procuratoribus ad hoc potestatem sufficientem habentibus, super jam dictis, & eorum dependentiis & annexis, cum talibus pactis, conditionibus, & conventionibus, quæ jam dictis nostris oratoribus, aut alteri eorum, videbuntur necessariæ & opportunæ: cæteraque omnia alia faciendi, dicendi, tractandi, & concludendi in præmissis, quæ nos faceremus, aut facere possemus, si personaliter interessemus; etiamsi talia forent, quæ mandatum requirant magis speciale, quàm præsentibus est expressum. Promittentes bona fide, & verbo regio, quicquid per dictos nostros procuratores & oratores, aut alterum eorum, factum, dictum, aut conclusum fuerit, ratificaturos, gratum acceptumque habituros, ac per literas nostras patentes confirmaturos. In quarum rerum testimonium, his præsentibus literis, manu nostra propria subscriptis, sigillum nostrum duximus apponendum. Datum apud VVestmonasterium, 26 die mensis maii, anno Domini 1527. regni verò nostri anno 19.

FRANCISCUS, Dei gratiâ Francorum Rex, universis notum sit ac manifestum, quòd cùm in certo tractatu concluso inter deputatos carissimi

ac dilectissimi fratris & consanguinei nostri Henrici, eadem gratiâ Regis Angliæ, domini Hiberniæ, Fidei defensoris, ex una; & oratores nostros, ex alia; fuerit inter cætera conventum, quòd si Imperator denegaret, differret, aut aliàs quovis modo dissimularet satisfacere petitionibus nostris justis & rationabilibus, in dicto tractatu declaratis, tunc & in eo casu illum cum valido exercitu in partibus Flandriæ hoc anno offenderemus; verùm, cùm deinde nobis visum fuerit aliter agendum, & dicto bello Flandriæ per aliqua tempora supersedendum, & pecuniam, quam ibi exposituri eramus, alibi exponendam, & opus sit super eodem de novo convenire, capitulare, & concludere, & aliquem hominem nobis probum ac fidelem ad id agendum committere: Nos igitur ad plenum confisi de industria, probitate, circumspectione, & legalitate dilectorum ac fidelium consiliariorum nostrorum, Gabrielis, Episcopi Tarbiensis; & Joannis Joachimi de Passano, domini de Vaux, œconomi hospitii carissimæ ac dilectissimæ matris nostræ; illos & eorum quemlibet in solidum, facimus, creamus, constituimus, & ordinamus oratores nostros generales & speciales, dantes & concedentes illis, aut eorum cuilibet in solidum, plenam potestatem, facultatem & mandatum speciale & generale tractandi, capitulandi, concludendi, & conveniendi cum jam dicto carissimo ac dilectissimo fratre & consanguineo nostro Rege Angliæ, aut cum suis oratoribus aut procuratoribus ad hoc potestatem sufficientem habentibus, super jam dictis, & eorum dependentiis & annexis, cum talibus pactis, conditionibus, & conventionibus, quæ jam dictis nostris oratoribus, aut cuilibet eorum, videbuntur necessariæ & opportunæ; cæteraque omnia alia faciendi, dicendi, tractandi, & concludendi in præmissis, quæ nos faceremus, aut facere possemus, si personaliter interessemus; etiamsi talia forent quæ mandatum requirerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum. Promittentes bona fide, & verbo regio, quicquid perdictos nostros procuratores & oratores, aut quemlibet eorum, factum, dictum, aut conclusum fuerit, ratificaturos, gratum acceptumque habituros, ac per patentes literas confirmaturos. In quarum rerum testimonium, his præsentibus literis, manu nostrâ propriâ subscriptis, sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in Arce Vincennarum, die 19 mensis maii, anno Domini 1527. regni autem nostri tertio decimo.

In quorum omnium præmissorum fidem & testimonium, nos procuratores prædicti invictissimi Angliæ Regis præsentibus literis, manu nostrâ subscriptis, sigilla nostra apposuimus. Datum apud VVestmonasterium, vigesimo-nono die mensis maii, anno Domini 1527. *Thomas Moore. Stephanus Gardiner.*

Traité entre le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, portant que les deux Rois n'aprouveront le Concile universel, qui sera convoqué par le Pape, tant qu'il sera prisonnier de l'Empereur; que durant ce tems l'on n'aura nul égard aux mandemens & brefs du Pape, s'ils sont au prejudice des deux Rois, ou de leurs sujets; & ce qui sera ordonné pour le spirituel des deux roiaumes sera executé. A Amiens le 18. aoust 1527.

Angleterre. 1527. 18. aoust.

THOMAS, miseratione divinâ tituli sanctæ Ceciliæ, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis Eboracensis Archiepiscopus, & Apostolicæ Sedis de latere, Legatus Angliæ Primas & Cancellarius; necnon invictissimi & potentissimi Principis Henrici octavi, Dei gratia Angliæ

& Franciæ Regis, Fidei defensoris, & domini Hiberniæ, locum tenens, sufficienter & legitimè deputatus. Notum facimus ac in publicam, certamque testationem deducimus per præsentes, quòd cùm nos virtute & vigore commissionis nobis à prædicto invictissimo Angliæ Rege factæ, cum illustrissimo & potentissimo Principe Francisco, Francorum Rege Christianissimo, in persona sua paciscente, contrahente, & conveniente, certa pacta, capitula, conventiones, & definitiones inierimus, convenerimus, & pacti fuerimus, sententia, forma & tenore sequenti concepta & conclusa inferius speciatim, prout contrahebantur, & contrahuntur, unà cum nostræ commissionis recitatione de verbo ad verbum plene subjuncta, videlicet in hunc modum: Ita demum principes Deo se autore regnare ostendent, à quo suum in terris imperium sortiti cæteris praeesse dinoscuntur, si ex cordibus consilia proferant ejusmodi, quæ divinæ bonitatis speciem habeant, in publicum semper consulere, & lapsis aliquo casu rebus succurrere meditantis.

Cùm autem Apostolica Sedes, quam Romæ à multis annis constitutam & positam orbis christianus summa cum religione veneratus est, & cui Christi in terris Vicarius hactenus præfuit, benignum religionis temperamentum & fragili hominum infirmitati solamen exhibens ad illum videlicet modum, quem ad animarum salutem, & congruum Ecclesiæ statum, pro suo arbitrio judicaverit expedire, rebus nunc, ni prospiciatur, in deteriora vergentibus, eam injuriam & contumeliam furibundo armorum impetu illatam passa sit, ut violata ejusdem sacrosancta hactenus & summo honore habita autoritate, in impiissimorum hominum potestatem veluti turpissimum mancipium supremus ille pastor, & summus Christianorum Pontifex devenerit, & nequissimo militum genere observatus etiamnum maneat, detineaturque captivus, non sine maxima christiani nominis infamia, majore etiam dedecore orbi futuro, si cujus persona per scelus, atque audaciam impetita & in servilem conditionem crudelissimè redacta est, ejus autoritate impiissimorum hominum libido ad bonorum incommodum abutatur, & perniciosissimo exemplo aliquo sceleris sui fructu potiatur, ex malitia commodum consecuta. Invictissimi itaque ac potentissimi Principes Angliæ & Francorum Reges, quorum alter Fidei defensor; alter Christianissimus, gloriosissimis cognomentis appellantur; invicem amoris vinculis firmissimè colligati, & diversis licet corporibus, uno tamen animo voluntateque fruentes, cæteris suis fœderibus, quæ cùm ad pacem pertineant omnia orbi christiano quàm celerrimè procurandam, auspice Deo icta percussaque creduntur, illud etiam consonum arbitrantur, ab eodemque fonte rectà manare, ut ad retundendam & infringendam hominum hujusmodi audaciam, & temerè de lucro conceptam spem frustrandam & fallendam, omnisque abusus occasionem ex hoc scelere quoad ejus fieri potest tollendam, de sequentibus conveniant, & paciscantur, atque in publicum orbis bonum inter se concludant, inviolabiliter utrinque observandis.

Imprimis quando quidem Generale Concilium, ut est haud dubiè ad reponendos & restituendos collapsos à suo gradu mores, illo videlicet, in quo sancta hominum conversatio ipsos olim collocaverat, optandum bonis omnibus & desiderandum, nec minus ipsum utile & necessarium; ita captivo Summo Pontifice, & ipso non suo, sed alieno arbitrio vivente, ac alienis affectibus obsequi per vim & improbitatem turpiter coacto, ad alium pretextum posset valere, & longe diversum effectum orbi producere, quàm sancta rei facies præ se ferat; nihilque miserius posset accidere, quàm ut sanctissimè instituta ad improbissimos ambitionis

affectus complendos diversissimo suo fine & sceleratissimo pervertantur. Prædictus igitur Christianissimus Rex in persona sua, & prædictus invictissimus Angliæ Rex, misso ad prædictum Christianissimum Regem reverendissimo in Christo Patre Thoma, Cardinali Eboracensi, Apostolicæ Sedis de latere Legato, regni sui supremo Cancellario, amplissima ad infra scripta commissione instructo ac suffulto, & sui locumtenentis partibus functo, ac per eumdem consentiunt invicem, paciscuntur, & pollicentur, conveniunt atque concludunt, quòd, ut omnis quæ ex indictione generalis Concilii ad explendam malitiam nasci possit, occasio removeatur, neque Christianissimus Rex absque expresso consensu prædicti invictissimi Angliæ Regis, neque invictissimus Angliæ Rex absque expresso consensu prædicti Christianissimi Regis, consentiet aut assentiet alicui indictioni generalis Concilii, quam Carolus Imperator electus, cum consensu Summi Pontificis, manente captivitate ejusdem, aut etiam ipse Summus Pontifex non priùs pristinæ libertati restitutus, vel denique præfatus Carolus Imperator electus, sine ipso Summo Pontifice, aliqua quacumque autoritate prætensa, fecit, aut faciet; sed uterque pro viribus curabit atque efficiet, ut hujusmodi indictio, si quæ fuerit, aut fieri contigerit, impediatur & evacuetur, nullumque penitus sortiatur effectum; & in eo casu protestationes suas publicas & solemnes facient, ac similiter à suo clero fieri procurabunt, se prorsus & omnino ejusmodi convocationi & indictioni dissentire, neque illius, si quod inde Concilium vel potius conciliabulum de facto sequatur, decretis aut constitutionibus velle alligari, aut eisdem quovis modo parere aut obedire in futurum.

Item. Quum non conveniat ut aliquem effectum habeat metu coacta potestas, & ad aliorum libidinem per vim & injuriam expressa autoritas ad alterius damnum & detrimenrum prolata, præsertim cùm, juris naturalis æquitate pensata, non propriè à Summo Pontifice factum dici posset, quod ad aliorum arbitrium facit captivus, etiamsi verbis diversissimum profiteatur, prædictus Christianissimus Rex in persona sua, & prædictus invictissimus Angliæ Rex, per suum, ut præfertur, locumtenentem, paciscuntur, conveniunt, atque concludunt quòd quæcumque decreta mandata, sive sententiæ, bullæ, literæ, aut brevia processerint aut emanaverint à Summo Pontifice, durante & manente captivitate sua, unde & ex quibus expressis illorum verbis, aut per interpretationem, damnum aut gravamen alteri principum prædictorum, suis regnis, aut subditis, subsequi, provenire, aut contingere possit, aut cujus, quorum, sive quarum, prætextu aliquid per alterum eorum in privatis publicisve negotiis procurandum aut exequendum impediatur & retardetur; aut per quam, quem, sive quas, aliqua autoritas, privilegium, dignitas, aut immunitas alicui subitorum suorum jam concessa diminuatur, aut in irritum revocetur, retractetur, suspendatur, aut impediatur, & præsertim reverendissimi in Christo Patris Cardinalis Eboracensis, quominùs executio jurisdictionis suæ legativæ plenè procedat, ac processus & sententiæ in & contra quoscumque infrà terminos legationis suæ constitutos, quacumque præeminentia, dignitate, & autoritate præfulgeant, per eumdem facti, latæ aut pronunciatæ, fiendi, ferendæ aut pronunciandæ realem & effectualem executionem possint sortiri, & per quæ decreta, rescripta, bullas sive brevia, prætextu appellationum ad Sedem Apostolicam, durante dictâ captivitate, in illis casibus factarum, executio eorumdem processuum aut sententiarum suspendi, impediri, revocari, cassari, irritari, annullari, aut enervari possit; neque ipsi parebunt aut obedient eisdem, ab aliis

ve pareri & obediri finent; sed ipsos delatores rescriptorum, bullarum, literarum, & brevium hujusmodi, ac denunciatores talium decretorum aut sententiarum, pro modo suæ audaciæ punient & castigabunt, decretum, quod de facto fuerit pronunciatum, mandatum, aut scriptum a Summo Pontifice sic captivo, nullius roboris, virtutis, & efficaciæ esse, ac pro nullis & inanibus literis, mandatis, & decretis haberi & reputari debere, declarantes, & a suis prælatis populo, ad omne scandalum removendum, declarari procurantes, realiter & cum effectu.

Item. Quoniam nec sceleratissimos illos, qui nunc Summum Pontificem ad quæstum suum retinent & servant captivum, autoritatis illius fructu locupletari par sit, nec regna interim Angliæ & Galliæ remedio in spiritualibus prorsus destitui, quod ad casus incertos querere possint, necessariumque fuerit consilio providere, ut modus & ratio constituatur, secundùm quam ecclesiastica res in his regnis, dictâ Summi Pontificis captivitate durante, procedat; prædictus Christianissimus Rex in persona sua, & prædictus invictissimus Angliæ Rex, per suum, ut præfertur, locumtenentem, paciscuntur, conveniunt, atque concludunt, quod quicquid per dictum reverendissimum dominum Cardinalem Eboracensem, accitis de mandato & autoritate prædicti invictissimi Angliæ Regis in regno Angliæ prælatis, circa statum & administrationem rerum ecclesiasticarum in Anglia, & aliis locis prædicto invictissimo Angliæ Regi subjectis, durante captivitate Sanctissimi Domini nostri, observandum consensu ejusdem invictissimi Angliæ Regis determinatum fuerit; & similiter quicquid per clerum, & ecclesiam regni Franciæ, & aliorum dominiorum prædicto Christianissimo Regi subditorum, de mandato & autoritate suis congregatum, circa statum & administrationem rerum ecclesiasticarum in regno Galliæ, & aliis dominiis dicto Christianissimo Regi subjectis, durante captivitate Sanctissimi Domini nostri, observandum determinatum fuerit, ea omnia & singula, rata, grata, & firma habebunt, à suoque clero respectivè ratificari curabunt, quantumque in ipsis erit observabunt, & a subditis suis ubique in regnis, dominiis, & terris suis firmiter & inviolabiliter observari facient & procurabunt, contrariis allegationibus postpositis quibuscumque, salva semper in omnibus Apostolicæ Sedis reverentiâ & dignitate, quibus dicti Principes se obsequentissimos filios profitentur, de prædictis ad accelerandam Summi Pontificis liberationem convenientes.

Sequitur tenor Commissionis reverendissimi domini Cardinalis.

HENRICUS octavus, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, universis & singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint, salutem. Inexplebilis dominandi cupido, ea retroseculis exempla orbi protulit, ut in quocumque pullulaverit, meritò bonis omnibus debeat esse suspecta, ne sine omni rerum discrimine sacra simul & prophana confundens, undecumque dabitur, commoditatem semper & auxilium sit captatura, & simulato religionis fideive prætextu, omnia sub eo velamine factura, quæ suam causam promoveant, & libidini utcumque explendæ quoquomodo inservitura videantur. Quibus de rebus imposterum prospiciendis & præcavendis, quoniam alii nostra consilia communicare, atque conferre commoidùs aut convenientiùs non poterimus, quàm cum illustrissimo Principe Francisco, Dei gratiâ Francorum Rege Christianissimo, fratre & consangineo nostro carissimo,

utpote

utpote quem arctiſsimis federibus, & ſinceriſsimis amicitiæ vinculis nobis conſtrictum & alligatum ducimus & habemus, ac ex animi noſtri ſenſu interpretamur, ſic ut communicatis conſiliis tractemus & conveniamus, quibus remediis improbis Cæſaris conatibus ſemper prout res incidit obviam eatur: ſive is generale Concilium indicere procuret, ſive potitus urbis victoria Curiam Apoſtolicam in Hiſpaniam transferri, aut rerum quamcumque innovationem moliatur.

Nos igitur de fidelitate, induſtria, intima fiducia, & provida circumſpectione reverendiſsimi in Chriſto Patris Thomæ, miſeratione divinâ tituli ſanctæ Ceciliæ ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Preſbyteri Cardinalis, Eboracenſis Archiepiſcopi, Apoſtolicæ Sedis etiam de latere Legati, regnique noſtri Cancellarii, plurimùm confidentes, ipſum noſtrum locumtenentem, ac verum & indubitatum oratorem, ambaſsiatorem, commiſſarium, procuratorem, deputatum, nuncium ſpecialem atque generalem facimus, conſtituimus, & ordinamus per præſentes, dantes & concedentes eidem locumtenenti noſtro, ac quibuſcumque ab eo deputandis & ſubſtituendis, tenore præſentium plenam poteſtatem, autoritatem, ac mandatum generale & ſpeciale pro nobis, & nomine noſtro, cum dicto illuſtriſsimo Principe Franciſco, Francorum Rege Chriſtianiſsimo, ſeu ejus oratoribus, procuratoribus, commiſſariis, ambaſsiatoribus, legatis, aut deputatis quibuſcumque ad hoc ſufficientem poteſtatem habentibus, ſuper prædictis & aliis quibuſcumque ſtatum Sedis Apoſtolicæ, & priſtinam dignitatem ejuſdem veteri more & inſtituto conſervandam, & innovationem quamcumque ea in re per Cæſarem fiendam reſiſtendam & impediendam concernentibus, ſive tangentibus, tractandi & communicandi, ac deſuper fœdus quodcumque, ligam, ſive conventionem, ſub illis articulis, pactis, & capitulis, quæ dicto locumtenenti noſtro, aut ab eodem deputandis convenire videbuntur, aut expedire, percutiendi, contrahendi, ineundi, paciſcendi, conveniendi, capitulandi, concordandi, & concludendi, pactaque, tractatus & conventiones quaſcumque pro promiſſorum complemento apponendi, conveniendi, & faciendi; necnon de & ſuper hujuſmodi conventis, concordatis, & concluſis, literas validas & efficaces pro parte noſtra tradendi, ſimileſque à præfato cariſſimo fratre noſtro, ejuſve procuratoribus, oratoribus, ambaſſiatoribus, commiſſariis, legatis aut deputatis, requirendi, recipiendi, & acceptandi, ac juramentum in animam noſtram præſtandi, quòd tenebimus & adimplebimus realiter & cum effectu omnia & ſingula, quæ in præmiſſis, & circa ea nomine noſtro dictus locumtenens noſter, vel ab eo deputati & ſubſtituti, concordabit, conconveniet & concludet, concordabunt, convenient, jurabunt, firmabunt & concludent; & quòd illa ratificabimus, & nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea vel eorum aliquod veniemus; ſimileque juramentum à præfato fratre noſtro cariſſimo, ejuſve oratoribus, ambaſſiatoribus, commiſſariis, legatis aut deputatis, exigendi & præſtari videndi, & generaliter omnia nomine noſtro faciendi, gerendi, exercendi, & firmandi, cujuſcumque naturæ aut importantiæ fuerint, aut eſſe poterint in prædictis, & circa ea neceſſaria & opportuna, & quæ tanti negotii qualitas cum ejudem circumſtantiis, dependentibus, & annexis exigit aut requirit, & quæ nobis facere liceret, ſi præmiſſis perſonaliter intereſſemus, etiamſi præmiſſis longè majora ſint, aut talia forent, quæ de ſua natura, ad ea perficienda, mandatum exigant magis ſpeciale, quàm præſentibus ſit expreſſum.

Promittentes bona fide, & in verbo regio, nos ratum, gratum, & firmum

habituros id totum, & quicquid per dictum locumtenentem, oratorem, commissarium, legatum, aut deputatum nostrum, aut ejus substitutos & deputatos actum, gestum, conventum, juratum, aut factum fuerit in præmissis; & contra ea vel ipsorum aliqua nullo modo contravenire, immò ipsa manutenere & inviolabiliter observare, ac per literas nostras patentes confirmare. In cujus rei testimonium, præsentibus literis nostris, manu nostra signatis magnum sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in civitate nostra Londoniensi, vicesimo die mensis junii, anno Domini 1527. regni veró nostri decimo nono.

Nos prædicti invictissimi Angliæ Regis locumtenens, prædicta, ut recitantur, nomine ejusdem cum præfato Christianissimo Rege convenientes præsentes paciscimur, contrahimus, convenimus, & promittimus, quòd invictissimus Angliæ Rex prædicta pacta, conventiones, & articulos nomine suo initos, sive inita, conclusos & conclusa, infra unum mensem post datam præsentis tractatus, in præsentia commissarii, sive commissariorum prædicti Christianissimi Regis jurabit, ac per literas suas patentes in debita forma confectas, & magno suo sigillo sigillatas, ratificabit & confirmabit, rata, grata, & accepta habebit, firmiter etiam & inviolabiliter observabit, ac à subditis suis faciet observari realiter & cum effectu. In quorum omnium præmissorum fidem & testimonium, nos prædicti invictissimi Angliæ Regi locumtenens his literis manu nostra subscriptis sigillum nostrum apponi fecimus. Datum in civitate Ambianensi, 18. die mensis augusti, anno Domini 1527. *Thomas, Cardinalis Eboracensis. Et sur le dos est écrit:*

Tractatus quidam inter Angliæ & Francorum Reges initus, Româ exultante Summo Pontifice, nequid interim rerum novarum, super Sancta Apostolica Sede à Cæsare agitaretur, mense 1527. augusti die decimo. octavo.

Traité entre le Roi François I. & Henri VIII. Roi d'Angleterre, portant que les deux Rois recevront leurs pensions sur le Duché de Milan, si le Duc François Sforce y est rétabli; que le Roi d'Angleterre consentira au mariage de la Reine Eleonor avec le Roi François I. qu'il sera protecteur de la paix entre l'Empereur & le Roi; & que les marchands Anglois joüiront des mêmes privileges, dont ils joüissoient aux Pais-Bas, & autant de tems que la guerre durera entre l'Empereur & lesdits Rois. A Amiens le 18. aoust 1527.

Angleterre. 1527. 18. *aoust.*

THOMAS, miseratione divinâ tituli sanctæ Ceciliæ sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopus, Apostolicæ Sedis de latere Legatus, Angliæ Primas & Cancellarius, necnon invictissimi & potentissimi Principis Henrici octavi, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Regis, Fidei defensoris, & domini Hiberniæ, locumtenens sufficienter & legitimè deputatus, notum facimus, ac in publicam certamque testationem deducimus per præsentes, quòd cum nos virtute & vigore commissionis nobis à prædicto invictissimo Angliæ Rege factæ, cum illustrissimo & potentissimo principe Francisco, Francorum Rege Christianissimo, in persona sua paciscente, contrahente, & conveniente, certa pacta, capitula, conventiones, & diffinitiones inierimus, convenerimus, & pacti fuerimus, sententia, forma, & tenore sequenti concepta & conclusa, inferiùs speciatim prout contrahebantur, unà cum nostræ commissionis recitatione de vrebo ad verbum plene subjuncta, videlicet in hunc modum. Sincerus animorum affectus & studiosa observandæ inter se

amicitiæ sollicitudo, quæ propter voluntatum communionem, in illustrissimis ac potentissimis Principibus Angliæ & Francorum Regibus, ex æquo viget, sine omni deinceps offensionis nebula, claris & apertis pectoribus colendæ, & amorem pariturae sempiternum, facit & exigit, ut quòd nunc circa conditiones, de quibus Cæsari finaliter offerendis inter se concordarunt, animis sentiant atque intelligant, appositis etiam pactis, videlicet prædicto Christianissimo Rege, in persona sua, ac prædicto invictissimo Angliæ Rege, per dictum reverendissimum patrem suum locumtenentem, contrahentes id scripto testentur, atque conveniant, conceptis videlicet articulis ad modum, formam, & tenorem sequentem.

Imprimis inter prædictos potentissimos Principes, ut præfertur, paciscentes conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si interventu prædicti invictissimi Angliæ Regis, aut aliàs, à Cæsare possit obtineri, ut Dux Franciscus Sforcia, ducatus Mediolani statum durante vita sua retineat, illiusque possessione gaudeat & fruatur, fructus percipiens ex eodem, non intelligatur per aliquas conditiones Cæsari oblatas alterutra ex parte dictorum principum renunciatum pensionibus ex dicto ducatu utrique eorum per conventiones Ligæ Italicæ assignatis & limitatis, sed quòd benè licebit utrique principi prædicto pensiones hujusmodi à prædicto Duce Francisco Sforcia petere & vindicare, easque quocumque modo exigere & recuperare.

Item. Quandoquidem non nihil amicitiæ perpetuæ derogari olim posset, si pacis inter Christianissimum Regem & Cæsarem componendæ protectionem prædictus invictissimus Rex Angliæ susciperet, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus invictissimus Angliæ Rex protectionem dictæ pacis non suscipiet, nisi forte pax aliter effectum sortiri non posset; quo casu quemadmodum de matrimonio dominæ Eleonoræ pro bono pacis ex parte invictissimi Angliæ Regis consentitur, sic etiam consentit Rex Christianissimus prædictus, ut si pax aliter obtineri non possit, hujusmodi protectio etiam suscipiatur; paciscentes nihilominùs & convenientes potentissimi principes prædicti, quòd nec invictissimus Angliæ Rex ratione dictæ protectionis, & eorum, quæ ex protectione consequi possent, aliquid faciet, aut molietur, aut attentabit contra Christianissimum Regem, ejus regna, aut subditos, directè vel indirectè, quovis prætextu, vel colore; neque Rex Christianissimus ducendo dictam dominam Eleonoram, illius suasu, hortatu, amore, aut consiliis quidquam aget, faciet, aut molietur, fieri sinet, aut procurabit quod cedere possit in damnum, præjudicium, aut imminutionem amicitiæ, fœderis, unionis, & conjunctionis jam cum eodem conclusæ.

Ulterius autem, quandoquidem Cæsare oblatas conditiones finaliter respuente & illas non acceptante, bellum tunc subsequi, & ex parte utriusque principis geri debeat, quo casu mercatores Anglici omnibus illis privilegiis libertatibusque privabuntur, atque amittent, quibus commercium in inferioribus & aliis Cæsaris ditionibus exercentes, & illuc cum mercibus & mercimoniis convenientes in vectigalium & aliorum onerum solutione gaudebant, fruebantur, & habebant, magno suo commodo & lucro cedentibus, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd similia privilegia, immunitates, & libertates, quas Anglici mercatores à duodecim mensibus proximè præteritis habuerunt in partibus Flandriæ, Brabantiæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, habebunt ipsi mercatores subditi Regis Angliæ, mercimonia in regno Franciæ, & dominiis ad Christianissimum Regem pertinentibus exercentes, quamdiù bellum inter serenissimum Angliæ Regem &

Cæsarem durabit, aut dicta privilegia adempta manebunt, propter bellum vel contributionem ex parte Regis Angliæ factam vel faciendam. Et quoad prorogationem dictarum immunitatum & libertatum pro dictis subditis post bellum, vel finito bello, per oratores communes utriusque principis sufficienter autorisatos, illos videlicet quo Christianissimus Rex ad invictissimum Angliæ Regem, pro confirmatione tractatus perpetuæ pacis missurus est, quibus dicta privilegia & immunitates tunc ostendentur, concordabitur & convenietur.

Sequitur tenor commissionis prædicti reverendissimi Patris.

HENRICUS octavus, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, dominus Hiberniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Cùm in fœdere arctioris conjunctionis inter oratores illustrissimi principis Francisci, Dei gratiâ Francorum Regis Christianissimi, fratris & consanguinei nostri carissimi, & nostros, nuper concluso, conventum inter cætera, & concordatum sit, quòd explicatio, determinatio, sive dissolutio alternativæ super matrimonio vel carissimæ dominæ Mariæ, filiæ nostræ carissimæ, per mutuum consensum prædicti Christianissimi Regis & nostrum fieret; quem consensum nos aut in persona nostra explicaremus, aut per aliquem alium, quem à nostris consiliis multum fidum & carum haberemus, & qui veluti nostra voce, anima, ac spiritu loqueretur, sensumque nostrum ac voluntatem proximè exprimeret, aliaque ex nostro mandato ageret atque tractaret, quæ circa dictæ alternativæ effectum, aut mutuum nostri cum dicto carissimo fratre nostro congressum, tractari & concludi opportuna videbuntur, aut convenire. Nos igitur, qui fidem, probitatem, diligentiam, ac in agendis rebus solertiam & industriam singularem dilectissimi, fidelissimi, & præcarissimi consiliarii nostri, reverendissimi in Christo Patris Thomæ, miseratione divinâ tituli sanctæ Ceciliæ trans tiberim Presbiteri Cardinalis, Eboracensis Archiepiscopi, & Apostolicæ Sedis à latere Legati, regnique nostri Cancellarii, multis antehac argumentis cognitam & perspectam habemus, & cujus integritatem eam ducimus, ut eum meritò animi mentisque nostræ sinceriter referendæ, exponendæ, atque explicandæ, organum & instrumentum ordinemus, constituamus, & deputemus, spem certam & indubitatam de circumspectione, fidelitate, & industria suis hujusmodi concipientes, ac de illis plenissimè confidentes, ipsum reverendissimum Patrem nostrum locumtenentem, ac verum & indubitatum oratorem, ambassiatorem, commissarium, procuratorem, deputatum, nuncium specialem atque generalem facimus, constituimus, & ordinamus per præsentes. Dantes & concedentes eidem locumtenenti nostro plenam potestatem, facultatem, & autoritatem, ac plenissimum & amplissimum mandatum generale & speciale, dictum carissimum Regem nomine nostro adeundi, ac eidem de & circa explicatione, determinatione, sive dissolutione alternativæ super matrimonio illustrissimæ dominæ Mariæ, filiæ nostræ carissimæ, consensum nostrum explicandi, ac cum eodem carissimo fratre nostro prædictam alternativam in personam præfati Christianissimi Regis, illustris Ducis Aureliæ filii ejusdem secundo geniti, aut neutrius eorum ad omnem effectum, qui in dicto tractatu arctioris conjunctionis continetur, determinandi. Dantes præterea & concedentes eidem locumtenenti nostro, ac quibuscumque ab eo deputandis & substituendis, tenore præsentium plenam potestatem, facultatem, autoritatem, ac mandatum generale

& speciale, pro nobis & nomine nostro, cum dicto illustrissimo principe, Francisco Francorum Rege, seu ejus oratoribus, procuratoribus, & ambassiatoribus, legatis, aut deputatis quibuscumque ad hoc sufficienter potestatem habentibus, prout declaratio dictæ alternativæ exegerit, tàm de modo, tempore, & forma contractus sponsalitii matrimonialis, & solemnisationis ejusdem, etiam de dote & doario, quàm de & super trajectione ejusdem carissimæ filiæ nostræ in Galliam, de modo administrationis regni in eventum successionis prædictæ carissimæ filiæ nostræ, de partu ejusdem in Angliam transmittendo, ut educetur; de nihil innovando contra statum & formam rei publicæ Anglicanæ; de non alienando regnum; de debitis securitatibus & obligationibus pro præmissis: Et quo casu in personam Ducis Aureliæ alternativa determinata fuerit, de eodem in Angliam transmittendo, ac etiam in Galliam restituendo, si non successerit; cæterisque quibuscumque emergentibus, incidentibus, dependentiis & annexis, conveniendi, paciscendi, firmandi, capitulandi, & concludendi; necnon de & super pace perpetua inter oratores prædicti Christianissimi Regis, & nostros, jam nuper conclusa, & confirmatione ejusdem, absque aliqua tamen innovatione, tractandi, conveniendi, & concludendi, ac etiam de & super immutatione, alteratione, qualificatione, restrictione, sive ampliatione quorumcumque articulorum, sive capitulorum, in novissimis federibus arctioris conjunctionis belli offensivi & perpetuæ pacis, ac etiam continatione belli contra inferiores Cæsaris ditiones gerendi, in contributionem pro transmittendo & alendo exercitu in Italiam, ac summa ex parte nostra pro dicta contributione solvenda; quanta futura sit, quot mensibus præstanda & duratura sit contributio; quibus locis, modis, & temporibus solvenda sit, limitanda, similiter conveniendi, paciscendi, transigendi, & concludendi. Præterea verò tam de mutuo congressu, sive conventu nostro & prædicti carissimi consanguinei & fratris nostri, quàm circunstantiis ejusdem, videlicet loco, tempore, comitatu, apparatu, & ornatu, numeroque & ordine stipatorum nostrorum specialiter & expresè conveniendi, similiter paciscendi, capitulandi, & concludendi; denique nova federa, ligas, & conventiones quascumque, offensivas & defensivas, aut cujuscumque generis aut qualitatis existant, cum talibus, pactis, articulis, capitulis, & conventionibus, quæ eidem locumtenenti nostro, aut ab eodem deputandis, eorumve alicui, videbuntur expedire, cum prædicto Christianissimo Rege, fratre & consanguineo nostro carissimo, ejusve procuratoribus, oratoribus, commissariis, & ambassiatoribus sufficientem ad id potestatem habentibus, incundi, contrahendi, percutiendi, conveniendi, paciscendi, concordandi, & concludendi, pactaque, tractatus, & conventiones quascumque pro præmissorum complemento apponendi, conveniendi, & faciendi; necnon de & super hujusmodi conventis, concordatis, & conclusis, literas validas & efficaces pro conplemento eorumdem pro parte nostra tradendi, similesque à præfato fratre nostro, ejusve oratoribus, procuratoribus, ambassiatoribus, commissariis, legatis aut deputatis requirendi, recipiendi, & acceptandi, ac juramenmentum in animam nostram præstandi, quòd tenebimus & adimplebimus realiter & cum effectu omnia & singula, quæ in præmissis & circa ea nomine nostro dictus locumtenens noster, vel ab eo deputati aut substituti, concordabit, conveniet, jurabit, confirmabit & concludet, concordabunt, convenient, jurabunt, firmabunt, & concludent; & quòd illa ratificabimus, & nullo unquam tempore revocabimus, nec contra ea vel eorum aliquod veniemus: simileque jura-

mentum à præfato fratre nostro carissimo, ejusve oratoribus, ambassiatoribus, commissariis, legatis aut deputatis exigendi & præstare videndi; ac generaliter omnia & singula nomine nostro faciendi, gerendi, exercendi, & firmandi cujuscumque naturæ & importantiæ fuerint, in prædictis & circa ea necessaria & opportuna, & quæ tanti negotii qualitas cum ejusdem circumstantiis, dependentibus, & annexis exigit, aut requirit, & quæ nobis facere liceret, si præmissis personaliter interessemus, etiamsi præmissis longe majora sint, aut talia forent, quæ de sua natura ad ea perficienda mandatum exigant magis speciale, quàm præsentibus sit expressum. Promittentes bonâ fide & in verbo regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros id totum & quicquid per dictum locumtenentem oratorem, ambassiatorem, commissarium, legatum, & deputatum nostrum, aut ejus substitutos, aut deputatos, actum, gestum, conventum, juratum, & factum fuerit in præmissis, & contra ea vel ipsorum aliqua nullo modo contravenire, immò ipsa manutenere & inviolabiter observare, ac per literas nostras patentes confirmare. In cujus rei testimonium, præsentibus literis nostris manu nostra signatis magnum sigillum nostrum duximus apponendum. Datum in civitate nostra Londoniensi, decimo octavo die mensis junii, anno Domini 1527. regni verò nostri decimo-nono.

Nos prædicti invictissimi Angliæ Regis locumtenens, prædicta, ut recitantur, nomine ejusdem cum præfato Christianissimo Rege convenientes, per præsentes paciscimur, contrahimus, convenimus, & promittimus, quòd invictissimus Angliæ Rex prædicta pacta, conventiones, & articulos nomine suo initos sive inita, conclusos & conclusa, infra unum mensem post datam præsentis tractatus, in præsentia commissarii sive commissariorum prædicti Christianissimi Regis, jurabit, ac per literas suas patentes in debita forma confectas, & magno suo sigillo sigillatas ratificabit & confirmabit, rata, grata, & accepta habebit, firmiter etiam & inviolabiliter observabit, ac à subditis suis faciet observari realiter & cum effectu. In quorum omnium præmissorum fidem & testimonium, nos prædicti invictissimi Angliæ Regis locumtenens, his literis, manu nostra subscriptis, sigillum nostrum apponi fecimus. Datum in civitate Ambianensi, decimo-octavo die mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo-septimo. Signé, T. Cardinalis Eboracensis.

Traité entre le Roi François I. & Henri VIII. d'Angleterre, par lequel celui de Moore de 1525 est confirmé; qu'il y aura paix perpetuelle entre les deux Rois; que l'un n'assistera les ennemis de l'autre; que la France ne sera point troublée en la possession des seigneuries qu'elle tient; que le Roi d'Angleterre ne sera point inquieté pour ce qu'il posséde deça la mer; & que le Roi François I. lui paiera tous les ans cinquante mille écus. Fait à Londres le 18. septembre 1527.

Angleterre. 1527. 18. *sept.*

HENRICUS octavus, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, omnibus & singulis, ad quorum notitias præsentes literæ pervenerint, salutem. Notum facimus, quòd quum tractatus quidam perpetuæ pacis inter oratores nostros & oratores ac deputatos potentissimi Principis Francisci, Francorum Regis Christianissimi, fratris & consan-

guinei nostri carissimi, initus, conventus, concordatus, & conclusus fuerit, cujus tenor sequitur & est talis. Universis & singulis ad quorum notitias præsentes literæ peruenerint, salutem. Cùm divinior illa hominis pars nullum sui clarius documentum faciat, quàm quoties immortalitatis argumenta edere conatur, & illa secum meditatur ac volvit quæ corrupto dissolutoque corporis domicilio sint olim futura, ac de posteritate curandum esse ostendat, nihil certè prius aut antiquius principibus esse debet, quos non divinitate, ut reliquam hominum multitudinem, imbutos credimus, sed veluti Deos quosdam suspicimus ac veneramur, quàm ut aliis se vivere ac aliis se natos arbitrentur, cogitationesque suas intra angustos lubricæ vitæ terminos non contineant, sed ad posteritatem suam proferant, atque extendant, ut aliquando vixisse sua facta testentur, factorum etiam gloria reddat immortales.

Id quod invictissimi ac potentissimi principes Henricus octavus, Dei gratiâ Angliæ & Franciæ Rex, Fidei defensor, & dominus Hiberniæ, & Franciscus, Dei gratiâ Francorum Rex Christianissimus, animadvertentes & considerantes, quos non tàm nomine atque autoritate, quàm corporis animique dotibus inter cæteros eminere, atque virtutibus veros principes omnes agnoscant, parùm esse rati, quòd benevolentiâ, mutuaque officiorum exhibitione sint ipsi conjunctissimi, ac firma amicitia conglutinati, summa cum felicitate regnent & vivant, nisi eam etiam ad hæredes & posteros curent transmittendam, non sine celestis numinis præsenti afflatu, eam sibi mentem nunc induerunt, ut illis pactis, illis conventionibus, illis conditionibus perpetuam sibi & successoribus pacem ineant, paciscantur, contrahant, atque conveniant, res etiam & causas componant & transigant, quæ ad successores & universam posteritatem pertinentia, non modò omnem penitus ex animis diffidentiam, omnem simultatis & belli occasionem, prorsus auferant atque removeant; sed etiam principibus ipsis, eorumque successoribus, firmissimam concordiam atque amorem, regnis & subditis pacem & tranquillitatem per infinitas ætates sint conservatura. Nos igitur Thomas, Dux Norfolciæ, Angliæ Thesaurarius; Carolus, Dux Suffolciæ, magnus Marescallus Angliæ; Thomas Bolen, Vicecomes de Rochefort, miles; & VVillermus Fitzvvilliam, Thesaurarius hospitii, ejusdem invictissimi Angliæ Regis ordinis Garterii milites; & Thomas Moore, miles, ducatus Lancastriæ Cancellarius; præfati potentissimi ac serenissimi principis Henrici octavi, Angliæ Regis, consiliarii, oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores, ad infra scripta sufficientem autoritatem habentes, cum egregiis, magnificis & nobilibus viris, Gabriele de Acromonte, permissione divina Episcopo Tarbiensi; Francisco Vicecomite Tureniæ, milite ordinis ejusdem Christianissimi; Antonio Le Viste, milite, domino de Fresnes, Parisiensis Senatus & Primo Britanniæ Præside; & Joanne Joachimo de Passano, domino de Vaux, illustris dominæ Christianissimi Regis matris œconomo; præfati illustrissimi Principis Francisci, Francorum Regis Christianissimi, consiliariis, oratoribus, procuratoribus, & ambassiatoribus, ad infrascripta sufficientem autoritatem habentibus, ad honorem & laudem Dei omnipotentis, gloriosissimæ Virginis Mariæ, totiusque curiæ cœlestis, & christianæ religionis exaltationem & incrementum, convenimus, concordavimus, & conclusimus, atque autoritate commissionum nostrarum, quarum tenores inferiùs inseruntur, per præsentes convenimus, concludimus, & concordavimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis conventum, concordatum, & conclusum est, quòd per nulla pacta,

conventiones, articulos, sive capitula in præsenti tractatu inserta aut contenta, & conclusa, aut deinceps tractanda, convenienda, sive concludenda, eorumve aut eorum alicujus in futurum (quod absit) violationem, neque per actum quemcumque circa præsentem tractatum ex alterutra parte actum, seu factum, agendum seu faciendum, non censeatur in aliquo recessum a tractatu pacis de data apud Moore tricesima die mensis augusti, anno Domini 1525. aut aliqua parte ejusdem; sed quòd dictus tractatus pacis & omnes ejusdem confirmationes, tam per illustrissimam dominam Ludovicam, tunc Franciæ Regentem, quàm prædictos illustrissimos principes factæ, necnon obligationes prædictæ illustrissimæ dominæ tunc Regentis, ac ipsius Christianissimi Regis, ac etiam obligationes civitatum & nobilium regni Franciæ, ac earum omnes & singulæ absque aliqua innovatione in suis viribus, robore, ac plenissimo ac validissimo effectu perinde maneant atque persistant, acsi præsens novus tractatus non intervenisset.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd inter prædictos illustrissimos & potentissimos principes, eorumque hæredes & successores in regnis & regia dignitate succedentes, Angliæ videlicet & Francorum Reges, successivis futuris temporibus quandocumque existentes regna, patrias, terras, dominia, civitates, castra, territoria, loca, villas, & oppida ab alterutro principum nunc possessa, aut imposterum adipiscenda, necnon subditos, vassallos, & confœderatos eorumdem, sit vera, firma, solida, sincera, perpetua, & inviolabilis pax, amicitia, unio, confœderatio, liga, mutua intelligentia, & vera concordia, non solùm ad horum principum vitam, quàm Deus longævam esse concedat; sed etiam longissimum posteritatis terminum per secula, per ætates hominum ultimas futuris temporibus duratura.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd neuter prædictorum potentissimorum principum, hæredum etiam aut successorum suorum, subsidia, auxilia, gentes armorum, aut aliquam assistentiam, re, verbo, consilio, aut assensu præstabit aut dabit, directè, aut indirectè, secretè, aut apertè, aut quocumque colore quæsito, cuicumque alii principi, genti, populo, aut nationi alterum prædictorum potentissimorum principum, ejusve regnum, terras, patrias, aut dominia nunc possessa invadenti, aut invadere volenti, aliquidve aliud in præjudicium, damnum, aut gravamen alterius principis molienti.

Item, quum invictissimus Angliæ Rex, & prædecessores sui, multis retrò annis jus, titulum, & verum dominium in regno Franciæ, & nonnullis aliis dominiis & territoriis a prædicto Christianissimo Rege nunc possessis, vindicarint, suaque esse & ad se jure pertinere debere prætenderint, & quamque occasionem ad id opportunam nacti, Reges Francorum, & possessores eorumdem, armis & bello inde dejiicere conati sint, prout etiam aliqui eos de facto à nonnullis dictarum possessionum partibus vi & manu dejecerunt; qui prætextus & jurium prædictorum vendicatio omnium calamitatum, omnium miseriarum & capitalium inter utramque gentem odiorum, quæ ex bellis inde ortis & natis consecuta sunt, causa, origo, fons, seges & materia fuerunt, quam removeri atque auferri utriusque principis suorumque regnorum & reipublicæ christianæ multùm, ut prædictum est, referre existimatur: Nos oratores potentissimi & illustrissimi Regis Angliæ, pro & nomine ejusdem, & successorum suorum, promittimus, pollicemur, paciscimur & convenimus, præfatis oratoribus prædicti Christianissimi Regis pro eodem & nomine ejusdem, & successorum suorum stipulantibus, quòd neque illustrissimus Angliæ Rex, neque successores sui perpetuis futuris temporibus, per se, neque per deputatos suos, directè aut indirectè

rectè, secretè aut apertè, aut quovis quæsito colore, prædictum Christianissimum Regem, neque successores suos, in possessionibus per dictum Christianissimum jam occupatis inquietabunt, turbabunt, molestabunt, infestabunt, turbari, inquietari, molestari, aut infestari facient, aut procurabunt; sed sinent & permittent Christianissimum Regem modernum, & successores suos, dictis possessionibus quietè, tranquillè, & pacificè frui, uti, gaudere, & easdem possidere, ac de eisdem pro arbitrio disponere & ordinare absque aliqua interruptione, aut contradictione prædicti illustrissimi Angliæ Regis, hæredum successorum suorum, quocumque clamio, aut vindicatione per eosdem facto non obstante & perinde acsi nullum hujusmodi clamium, prætextum, aut vendicationem hactenus fecissent, neque facere possent.

Item. Cùm illa demum pacta firmissimè coalescant, integerrimeque præstentur, quæ medium quemdam & neutram in partem deflectentem tenorem habent, nec alterutrum contrahentium plus æquo prægravantia summa in omnibus æqualitate procedant, cura sane & sollicitudo, quam uterque princeps de inviolabili pactorum & conventorum apud posteros observatione non modicam habet, facit atque impellit, ut in illas conditiones & conventiones libenter consentiant atque conveniant, quæ neutram partem plus justo onerare, sed perpensæ diligenter & perscrutatæ magno utriusque principis regnorum posteritatis, & orbis bono excogitatæ reperientur. Itaque cùm illustrissimus Angliæ Rex proximo articulo per oratores suos pro se hæredibus & successoribus suis illa pepigisse non detrectarit, quæ Christianissimis Francorum Regibus perpetuis futuris temporibus pacis securitatem afferre, belli vero inferendi suspicionem auferre debeant, consentaneum æquitati visum est ex parte Christianissimi Regis, pro se & hæredibus & successoribus suis, ejusmodi conventionem & pactum subjungi, quod illustrissimis Angliæ Regibus æque acceptum meritò foret. Nos igitur oratores prædicti Christianissimi Regis, speciale ad id mandatum habentes, pro & nomine ejusdem hæredum etiam & successorum suorum, oratoribus prædicti illustrissimi Regis Angliæ, pro eodem, hæredibus & successoribus suis, stipulantibus, convenimus, pacifcimur, promittimus, concordamus, & concludimus, eumdemque Christianissimum Regem, hæredes & successores suos astringimus & obligamus per præsentes, quòd ipse, hæredes & successores sui solvent, seu solvi facient hæredibus & successoribus prædicti illustrissimi Angliæ Regis, videlicet Angliæ Regibus, perpetuis seculis futuris, pro tempore existentibus, singulis annis ad duos anni terminos, videlicet primo die mensis maii, & primo die novembris, per æquales portiones, in coronis auri de sole boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentibus in Francia, unaquaque corona auri de sole valente & æstimata in pecunia gallica triginta octo solidis turonensibus, summam quinquaginta millium coronarum auri boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentium in Francia, unaquaque corona auri valente & æstimata in pecunia gallica triginta quinque solidis turonensibus, quæ quidem summa quinquaginta millium coronarum auri sic æstimatarum conficit & conficere debet ex præsenti conventione in coronis auri de sole boni & justi ponderis, puritatis & valoris nunc cursum habentibus in Francia unaquaque corona auri de sole valente & æstimata in pecunia gallica triginta octo solidis turonensibus, summam quadraginta sex millium coronarum auri de sole, & quinquaginta duarum coronarum auri de sole, & viginti quatuor solidorum turonensium, videlicet primo die mensis novembris, vel maii, post mortem illustrissimi Henrici Angliæ Regis moderni, quam Deus seram esse concedat, proximè subsequenti, etiamsi alterum dictorum dierum novembris, aut maii, solutioni assignatorum unum tantum diem dicta mors antecedat,

Christianissimus Gallorum Rex, qui pro tempore fuerit illustrissimo Angliæ Regi, videlicet regni Angliæ possessionem proximè tunc adepto, pro illo termino solutionis solvet, seu solvi faciet in coronis auri de sole boni & justi ponderis ut præfertur, in oppido Calisiæ, aut si id oppidum, quod absit, in alterius principis ditionem pervenerit, in civitate Cantuariensi in comitatu Kantiæ infra regnum Angliæ, viginti quinque millia coronarum auri boni & justi ponderis, puritatis, & valoris nunc cursum habentium in Francia, unaquaque corona auri valente & æstimata in pecunia gallica triginta quinque solidis turonensibus. Quæ quidem summa viginti quinque millium coronarum auri sic æstimatarum conficit & conficere debet ex præsenti conventione in coronis auri de sole boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentibus in Francia, unaquaque corona auri de sole valente & æstimata in pecunia gallica triginta octo solidis turonensibus, summam viginti trium millium coronarum auri de sole, & viginti sex coronarum auri de sole, & duodecim solidorum turonensium, & sic deinceps, de termino in terminum, & de anno in annum, absque aliqua intermissione aut cessatione, ad extremum usque annorum decursum, quem divina providentia mundi hujus terminum posuit & prædestinavit. Proviso semper quòd si illustrissimus Angliæ Rex, quod Deus avertat, decesserit ante solutam sibi integram summam duorum millionum coronarum auri, ad quam certis modis & terminis solvendam prædictus Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, prædicto illustrissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, in literis desuper confectis de data apud Moore tricesima die mensis augusti, anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo-quinto manent obligati, ut in eisdem pleniùs continetur, tunc & in eo casu, quod superest solvendum & insolutum remanserit, loco, modis, annis & terminis in dictis literis specificatis, hæredibus & successoribus prædicti illustrissimi Angliæ Regis, plenè & integrè nihilominus persolvatur, sicut solutiones ex præsenti conventione in satisfactionem illius debiti duorum millionum, aut alicujus partis ejusdem, non imputentur, sed ut eadem solutio procedat & observetur secundùm vim formam & effectum literarum prædictarum desuper confectarum, ut in eisdem manifestius liquet & apparet.

Et ulteriùs etiam, pro & nomine dicti Christianissimi Regis, hæredum & successorum suorum, oratoribus prædicti illustrissimi Angliæ Regis, pro eodem, hæredibus & successoribus suis stipulantibus, convenimus, contrahimus, promittimus, paciscimur, concordamus, & concludimus, eumdemque Christianissimum Regem, hæredes & successores suos; constringimus & obligamus per præsentes, quòd ipse, hæredes & successores sui, gratis & occasione præsentis tractatus, absque alicujus pretii aut summæ pecuniarum exactione, tradent & deliberabunt, tradive aut deliberari facient prædicto illustrissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis in perpetuum, aliisve eorum, aut alicujus eorum nomine venientibus, ab eisdem, aut eorum aliquo, ad id transmissis & deputatis, in loco vocato *Broüage* in Santonia, quandocumque venienti aut venientibus, ac semel vel iteratis viribus petenti vel petentibus, videlicet intra menses maii, junii, & julii, annuatim talem & tantam quantitatem grossi & nigri salis, ut dictæ quantitatis salis vetus valor, pretium, & æstimatio pro ratione illius anni, quo tradi & deliberari debeat communiter, bonâ fide & absque fraude facta ascendat ad summam quindecim millium coronarum auri, boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc cursum habentium in Francia, unaquaque corona auri valente & æstimata in pecunia gallica triginta quinque solidis turonensibus, solvendarum in coronis auri de sole boni & justi ponderis, puritatis, & valoris, nunc

cursum habentibus in Francia, unaquaque corona auri de sole valente & æstimata in pecunia gallica triginta octo solidis turonensibus. Ita quod dictum salem in navibus, carratis, aut aliis vasis suis imponere & onerare, ac easdem naves, carratas sive vasa sic onerata, prout eis commodum videbitur, & tempus navigationi idoneum apparuerit, in Angliam usque transfretare licebit, absque aliqua impeditione sive impedimento, alicujusve vectigalis, alteriusve oneris, aut impositionis, quocumque nomine censeatur, exactione aut demanda, sive ab antiquo pro applicatione navium, portus sartura, aut quacuqume ex causa quantumvis speciali, fuerit imposita exacta, aut solvi consueta, imposterum vel deinceps imponenda. Et si fortè deficiente sale ob aquarum inundationem, aut alium casum fortuitum, non potuerit dicta quantitas salis plenè & integrè ad rationem æstimationis prædictæ, aliquo anno, aut aliquibus annis præstari, tunc proximo anno, quàm primùm ubertas salis redierit, ea quantitas salis, quæ propter inundationem aquarum, aut alium quemcumque casum, tradita & deliberata juxta conventionem prædictam non fuerit, tradetur & liberabitur pro modo & ratione æstimationis salis, eo tempore, bona fide ut prædicitur habita, quo salis quantitas insoluta dari debuerat.

Et ulteriùs pro & nomine dicti Christianissimi Regis, hæredum & successorum suorum, paciscimur, contrahimus, convenimus, atque concludimus, ac eumdem Christianissimum Regem, hæredes & successores suos, astringimus & obligamus per præsentes, quòd dictus Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, neque per se, neque per alium directè, aut indirectè, secretè aut apertè, prædictum invictissimum Angliæ Regem, hæredes & successores, suos in possessione oppidorum, terrarum, castrorum, & aliorum, quæ nunc per eumdem invictissimum Angliæ Regem ultra mare possidentur, turbabunt, inquietabunt, infestabunt, aut molestabunt, turbari, inquietari, aut molestari facient, sed sinent & permittent prædictum invictissimum Angliæ Regem, hæredes & successores suos, quietè & pacificè possidere eadem, absque aliqua molestatione, inquietatione aut impedimento per secula infinita inferendo.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd si aliquid contra vires & effectus præsentis tractatus pacis & amicitiæ, terra, marive, aut in aquis dulcibus, per aliquem subditum, vassallum, aut alligatum alterius dictorum principum fuerit attentatum, actum, aut gestum, nihilominùs tamen hæc pax sive amicitia in suis viribus permanebit, & pro ipsis attentatis solummodò puniantur damnificantes, & non alii.

Item. Cùm articuli, pacta, & conditiones præsentis tractatus pacis perpetuæ magni cujusdam momenti sint, atque ad eum modum conveniantur, ut perpetuis seculis ad eorum inviolabilem observationem Reges Angliæ & Gallorum pro tempore existentes obligentur, ad removendam itaque omnem ambiguitatum materiam, quæ de autoritate contrahentium oriatur, cùm princeps in successorem non habeat jus aut potestatem, neque susceptæ regiæ dignitati solus suis pactis præjudicium facere possit, conventum ulteriùs, concordatum, & conclusum est, quòd potentissimi principes prædicti non solùm præsentem tractatum perpetuæ, pacis ac omnia & singula capitula in eodem contenta ratificabunt, autorisabunt, & confirmabunt, literasque inde ratificatorias & confirmatorias in valida & sufficienti forma confectas, manu sua subscriptas, & magno suo sigillo sigillatas, alteri alter transmitti tradi & deliberari curabit & faciet, ac etiam in præsentia commissarii, sive commissariorum alterius prin-

cipis sufficientem ad id potestatem habentis sive habentium, alter requisitus in præsentia ejusdem sive eorumdem, se omnia & singula prædicta, quatenus eum concernunt, perimpleturum tactis sacrosanctis evangeliis jurabit, & sic uterque ut præfertur jurabunt, sed etiam curabunt & efficient, ac uterque curabit & efficiet realiter, & cum effectu, ut præsens tractatus perpetuæ pacis cum omnibus suis articulis & capitulis, illis modo, ordine, & formâ, in utroque regno Angliæ & Franciæ, ita confirmetur, ratificetur, approbetur, & autorisetur, ut idem tractatus perpetuæ pacis in vim legis perpetuæ cedat & transeat, ac pro lege promulgetur, habeatur, acceptetur, & reputetur. Ita quòd Reges Angliæ & Francorum perpetuis futuris temporibus ad præsentis tractatus perpetuæ pacis cum omnibus suis articulis & capitulis inviolabilem observationem, similiter, & tam arcte teneantur, obligentur, & astringantur, atque nunc ad illarum legum observationem sese astrictos agnoscunt, quas sese observaturos jurejurando solemniter præstito promittunt, protestantur, & pollicentur.

Et ulteriùs propter firmiorem omnium & singulorum superiùs contentorum, & conclusorum, observationem, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd uterque princeps prædictus pro parte sua curabit & efficiet, ut magnates & nobiles regnorum suorum domini spirituales & temporales quorum nomina sequuntur, necnon civitates specialiter inferiùs nominatæ videlicet pro parte invictissimi Angliæ Regis Archiepiscopus Cantuariensis, Archiepiscopus Eboracensis, Episcopus Londoniensis, Episcopus VVintoniensis, Episcopus Norvicensis, Episcopus Covventriensis & Lichfeldensis, Episcopus Roffensis, Episcopus Cicestriensis, Episcopus Eliensis, Episcopus Exoniensis, Episcopus Lincolniensis, Episcopus Bathonensis & VVellensis, Episcopus Sarisburiensis; Dux Richemondiæ & Somerset, Dux Norfolciæ, Dux Suffolciæ, Marchio Dorset, Marchio Exceter, Comes Arundeliæ, Comes Oxoniensis, Comes Northumberland, Comes VVesmerlandiæ, Comes Salopiensis, Comes Essexensis, Comes Darbiæ, Comes VVorcestriæ, Comes Rutland, Comes Cumberland, Vicecomes Lisle, Vicecomes Fitzvvater, Vicecomes Rochefort, Dominus Burgavenni, Dominus de Lavvate, Dominus Dudley, Dominus Dacres de Gillisland, Dominus Ferres, Dominus Latimer, Dominus Fitzvvarren, Dominus Hasting, Dominus Montjoye, Dominus Sand; civitas Londoniensis, civitas Eboracensis, civitas Cantuariensis, civitas Norvvicensis, civitas Coventriensis, civitas VVintoniensis, civitas Exoniensis, civitas Sarisburiensis, civitas Lincolnensis, civitas VVellensis, civitas Herford, civitas Cicestriæ, civitas Cestriæ.

Pro parte verò Christianissimi Regis, Archiepicopus Lugdunensis, Archiepiscopus Remensis, Archiepiscopus Bituricensis, Archiepiscopus Senonensis, Archiepiscopus Tholosanus, Archiepiscopus Auxitanus; Episcopus Laudunensis, Episcopus Lexoviensis, Episcopus Ambianensis, Episcopus Matiscouensis, Episcopus Lemovicensis, Episcopus Tarbiensis, Episcopus Trecensis; Rex Navarræ, dominus d'Albret, &c. Princeps Navarræ, Dux Vindocinensis, Comes sancti Pauli, Princeps de la Roche-sur-yon, Dux de Longavilla, Comes de Guise, Comes Nivernensis, Dominus de Lautrec, Dominus de la Tremoüille, Comes de Candalle, Comes de Brienne, magnus Senescallus Normnaniæ; Comes de Villars, magnus Magister Franciæ; Admiraldus Franciæ, Comes de Tonnerra, Comes de la Rochefoucaut, Comes de Brienne, Vicecomes Turenæ, Dominus de Barbe-

fleux, Dominus de Linieres, Dominus de Tournon, Dominus d'Alegre, Dominus de la Rochepot, Dominus d'Entragues; civitas Parisiensis, civitas Tolosæ, civitas Burdegalensis, civitas Rothomagensis, civitas Lugdunensis, civitas Remensis, civitas Turonensis, civitas Bituricensis, civitas Aurelianensis, civitas Ambianensis, civitas Trecensis, civitas Belvacensis, & civitas Pictaviensis, firmissimè se obligabunt & astrigent sub hipoteca & obligatione omnium bonorum suorum, & quisque magnatum & nobilium prædictorum separatim, se, hæredes & successores suos, & quæque similiter civitas se & successores suos obligabit & astringet, sub hipoteca & obligatione omnium bonorum. Jurabunt prætereа, & in vim pacti promittent, quòd ipsi sive ipsæ & eorum quilibet, sive quælibet, præmissa omnia & singula in hoc tractatu pacis specificata fideliter observabunt, pro parte sua, & realiter perimplebunt, observabit & perimplebit, neque unquam eisdem contravenient ipsi hæredes aut successores sui; curabunt etiam, & quisque, sive quæque curabit cum effectu, quòd uterque princeps, hæredes & successores sui, videlicet Angliæ & Francorum Reges, perpetuis temporibus futuris, ac subditi eorumdem, quantum in eis erit, prædicta omnia & singula observabit & observabunt, perimplebit & perimplebunt realiter, & cum effectu. Curabit etiam & efficiet prædictus invictissimus Angliæ Rex, quòd prædictus tractatus perpetuæ pacis in curia Cancellariæ, ac in curia Banci Regis, in curia Banci communis ad placita, & curia Scaccarii Regii autorisetur & homologetur: & pariformiter Christianissimus Rex curabit & efficiet, ut dictus tractatus perpetuæ pacis confirmetur & ratificetur per tres status Normanniæ, & Linguæ Occitanæ; quodque per Curias Parlamentorum Parisiensis, Tolosani, Rothomagensis & Burdegalensis, in debita & sufficienti forma autorisetur & homologetur.

Sequitur tenor dictarum commissionum.

CHARLES, par la divine clemence Empereur des Romains, toûjours auguste, Roi de Germanie, de Castille, de Leon d'Aragon, de Navarre, de Naples, de Sicile, de Mallorque, de Serdaigne; des Isles, Indes, & Terre-ferme de la mer oceane, Archiduc d'Autriche, Duc de Bourgogne, de Lothier, de Brabant, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldre, Comte de Flandre, d'Artois, & de Bourgogne, Palatin de Hainaut, de Holande, de Zelande, de Ferrette, de Haguenau, de Namur, de Zutphen, Prince de Suabe,

Espagne, 1538. 10. janv.

Marquis du Saint Empire, seigneur de Frise, de Salins, de Malines, & dominateur en Asie & en Afrique. Savoir faisons à tous, que aiant vû ce qui a été traité entre Tres-reverend Pere en Dieu l'Evêque de Tarbe, Ambassadeur residant devers nous, pour tres haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince le Roi Tres-Chretien, nôtre tres-cher & bon frere; & son procureur & commis en cette partie, & les nôtres, par l'écrit soussigné d'eux, en date du dixieme du present mois, dont la teneur s'ensuit.

COmme entre tres-hauts, tres excellens, & tres-puissans Princes, Charles, par la divine clemence Empereur des Romains, Roi des Espagnes, &c. & François, par la même clemence Roi de France, soit rentegrée parfaite, & & établie vraie, & sincere amitié, & indissolu le union, pour le service de Dieu nôtre createur tout puissant, & bien commun de la Chretienté, repos, tranquillité, & assûrance des roiaumes, pais, & sujets de leurs deux Majestez; & entendent déterminément d'y perseverer, & à cette fin acheminer & adresser toutes choses & affaires par mutuelle intelligence, participation, & bonne correspondance: Et considerant leursdites Majestez, qu'ils sont sollicitez & poursuivis, particulierement de la part de tres haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince le Roi d'Angleterre, de faire nouveaux traitez & alliances, tant de mariages, que autres, voulant en ce, comme en tout le surplus, garder entre eux le devoir, honnêteté, & obligation de tres étroite, parfaite, & indissoluble amitié, & confederation, & en tout ce qui s'offrira, & succedera, la toûjours confirmer, & corroborer par tous bons offices, & avec parfaite confidence, & entiere intelligence, ont par leurs procureurs, commis, & mandataires, à savoir de la part dudit sieur Empereur, par Don Francisco de los Cobos, Grand-Commandadeur de Leon en l'Ordre de Saint Jâques; & Messire Nicolas Perrenot, Chevalier, sieur de Granvelle, premier Conseiller d'Etat de Sa Majesté Imperiale: Et de la part dudit sieur Roi Tres-Chretien, par Tres-reverend Pere en Dieu, Messire Antoine de Castelnau, Evêque de Tarbe, traité, convenu, & acordé, que lesdits sieurs Empereur & Roi ne feront par eux, ou autres, comme qu'il soit, nouvelles alliances, convenances, ni accords avec ledit sieur Roi d'Angleterre, soit de mariages de lui, de la Princesse sa fille, ou du Prince son fils, ou autres traitez quelconques, comme, ni pour quelque maniere, grandeur, ou avantage que ce soit, sinon du commun & mutuel consentement & accord de leursdites Majestez; & generalement en toutes choses, qui pouront concerner ledit Roi d'Angleterre, se conduiront lesdits sieurs Empereur & Roi, par ladite mutuelle intelligence, correspondance, & commun consentement. Et ainsi l'ont traité, acordé, & promis, traitent, acordent, & promettent lesdits commis & procureurs respectivement, pour & au nom desdits sieurs Empereur & Roi, & de le faire ratifier par leursdites Majestez en dedans deux mois prochains. En têmoin de ce, se sont soussigné en cetui écrit, fait & passé au lieu de Tolede, le dixieme jour de janvier l'an 1538. Ainsi signé, *Cobos, Comendador Mayor. N. Perrenot. A. de Castelnau, Evêque de Tarbe.*

Et aiant bien entendu tout le contenu, & ce qui a été accordé, & promis par

par nosdits commis, & connoissant, que le tout a été fait & passé selon nôtre vouloir & intention, l'avons aprouvé & ratifié, aprouvons & ratifions par cette entierement, comme il est ci-dessus inscrit; promettant en parole d'Empereur & Roi, & sous nôtre honneur, de ainsi l'observer pleinement, sincerement, & inviolablement, sans directement ni indirectement y contrevenir, comme qu'il soit. Et en temoignage de ce, nous avons souscrit cettes de nôtre main, & à icelles fait mettre & aposer nôtre scel. Donné en nôtre cité de Tolede, le douzieme jour dudit mois de janvier, l'an de grace 1538. & de nos regnes, à savoir du Saint Empire, le dix-neuvieme; des Espagnes, des deux Siciles, & autres, le vint-quatrieme. Signé, CHARLES. Et sur le repli; Par l'Empereur & Roi, BAVE. Et scellé à double queuë de cire rouge.

DECLARATION DE L'EMPEREUR CHARLES V. que le traité de treve fait à Nice, sera tenu & observé pour une ferme, & assûrée paix, & que lui, & le Roi François I. demeureront vrais amis, leurs vies durant, encore que leurs diferends ne soient vuidez. A Tolede, le premier fevrier 1538.

APRES avoir entendu de l'Evêque de Tarbe, Ambassadeur de nôtre tres-cher, & tres-amé beaufrere le Roi Tres Chretien; & semblablement du nôtre, residant devers nôtredit frere, que icelui sieur Roi a agreable la réponse naguere par nous faite, & baillée par écrit audit sieur de Tarbe, & au sieur de Brissac, sur ce qu'ils nous avoient dit & declaré de la part de nôtredit frere, touchant les points contenus en ladite réponse, & qu'il s'y conforme en tant que lui touche; qui nous est tres-grand & singulier plaisir: Nous pour tant plus certifier & assûrer ledit sieur Roi de nôtre intention, qu'avons à vouloir observer entierement, & de point à autre, tout le contenu en nôtredite réponse, avons icelle fait ici inserer selon sa forme & teneur, comme s'ensuit. *Espagne. 1538. 1. fevrier.*

L'Empereur aiant oüi le raport du sieur de Peloux, & aussi la charge de Messieurs de Tarbe & de Brissac, touchant l'entreprise contre le Turc, & aussi quant aux alliances de mariage, & établissement de paix & amitié entre leurs deux Majestez, & leurs successeurs & descendans d'eux; & l'égard, que le Roi Tres-Chretien tient à la personne de Sa Majesté, les tant bons, honnêtes, affectueux, & cordiaux propos que ledit sieur Roi en a tenu, & les dessusdits ont dit de sa part à Sadite Majesté Imperiale, n'en sauroit assez remercier ledit sieur Roi; bien l'assûre ledit sieur Empereur, qu'il y correspondra sincerement du tout en tout jusques au bout.

Et pource que lesdits sieur de Tarbes & de Brissac pouront mieux faire entendre à sa roiale Majesté ce qui a été raisonné, discouru, & passé sur ladite entreprise, & le plaisir que ledit sieur Empereur a eû d'entendre le tres-prudent & bon avis dudit sieur Roi, & ses considerations sur icelle; & ce que ledit sieur Empereur leur a declaré, & ce qui est passé dés le commencement jusques à ici touchant ladite entreprise, & l'état present d'icelle, & l'acceptation

de l'aide, que tant amiablement ledit sieur Roi offre; & encore ce qu'il promet & assûre comme meilleur frere & vrai ami, de la protection de l'Imperatrice, Messieurs ses enfans, les roiaumes & pais de Sa Majesté, en cas que ladite entreprise se fasse; il a semblé le mieux à Sadite Majesté Imperiale, s'en remettre ausdits sieurs de Tarbe & de Brissac, pour non pouvoir si bien expliquer, & sans trop prolixe écriture, le tout, & est une obligation, que ledit sieur Empereur en a & reconnoît audit sieur Roi.

Et quant à ce que ledit sieur Roi Tres-Chretien a trouvé bonne la réponse faite au sieur de l'Ordre, touchant le mariage mis en avant de la part de la Reine Tres-Chretienne, d'entre Monsieur le Prince des Espagnes, & Madame Marie*; sa fille, & que dés maintenant, atendant que Mondit sieur le Prince soit en âge suffisant, pour consumer ledit mariage, les seuretez se baillent d'une part & d'autre, de ne traiter alliance quelconque ailleurs, pour ledit sieur Prince, ni pour ladite Dame, ledit sieur Empereur a promis sur sa foi & son honneur en presence desdits sieurs de Tarbe, & de Brissac, que ainsi s'observera de son côté precisément. Et lui suffira, que ledit sieur Roi promette du sien le semblable en presence de l'Ambassadeur de Sadite Majesté, residant en Cour de France: & si le Roi ne s'en satisfait, & veut que lettres s'en dépêchent, il se fera.

* L'Infante de Portugal, fille de Dom Emanuel & d'Eleonor sœur de l'Empereur. Filippe II. la demanda en mariage aprés la mort de sa premiere femme, Marie, fille de Jean III. mais les Portugais la lui refusérent, pour la même raison, qu'ils l'avoient refusée au Daufin de France. V. la page 219.

Et quant au mariage de Monsieur d'Orleans, Sadite Majesté promet sur sa foi & son honneur, de traiter le mariage d'entre Mondit sieur d'Orleans, & la *Señora Infanta*, Princesse des Espagnes, fille aînée de Sa Majesté; ou de la seconde fille du Roi des Romains, duquel Sadite Majesté se fait fort; & que le mariage avec l'une ou l'autre desdites filles, selon qu'il sera lors avisé entre leurs deux Majestez mieux convenir pour eux, & lesdites parties, s'acomplira & effectuera quand elles seront en âge à ce requis, qui sera en même année: & que Sadite Majesté disposera du duché & état de Milan réellement, en faveur & contemplation dudit mariage, tellement que ledit sieur Roi en devra être bien content; auquel ledit sieur Empereur prie autant affectueusement qu'il peut, confier entierement, qu'il n'y aura faute en vuidant lors les diférends qui resteront entre lesdits sieurs Empereur & Roi.

Et seront aussi avisez les meilleurs moiens que faire se poura, pour apointer ceux d'entre ledit sieur Roi Tres-Chretien, & le Duc de Savoie, si entre ci & lors ils ne sont pacifiez.

Et au regard de ce qui concerne les affaires publiques de la Chretienté, & même pour le remede de la Foi, & contre le Turc, Sadite Majesté Imperiale s'en atendra à ce que lui en répondit à Aiguemortes en l'un & l'autre ledit sieur Roi, avec entiere confidence de sa tres-chretienne intention & volonté.

Et quant à la paix, dont iceux sieurs de Tarbe, & de Brissac ont parlé, durant les vies de leursdites Majestez, ledit sieur Empereur s'est entierement arêté à ce que ledit sieur Roi dit si-tôt que la treve de dix ans fut faite, qu'il la tenoit pour paix, & la reconfirmeroit expressément, quand ils furent ensemble à Aiguemortes; & qu'ils seroient & demeureroient toutes leurs vies vrais amis, ores que les diférends restans entre leursdites deux Majestez ne se pussent vuider; ce que Sadite Majesté loua, aprouva, & promit; & l'a toûjours ainsi

entendu & le veut observer entierement, pleinement, & sincerement, du tout en tout sur toutes choses de ce monde, sans jamais bailler occasion audit Sieur Roi d'en faire autrement; comme aussi il se confie entierement du reciproque de la part dudit Sieur Roi, suivant la confirmation, que continuellement il en a fait, & les vertueux & bons propos plus que fraternels qu'il en tient: pour correspondre ausquels, ledit Sieur Empereur le veut encore tres-expressément asseurer qu'il entend, que ce soit à toûjours une même chose d'eux deux, sans rien faire ni traiter, tant aux affaires generaux de la Chretienté, que particulierement avec qui que ce soit; & que toutes choses se fassent avec commune participation, Sa Majesté Imp. voulant procurer l'honneur, bien & profit dudit Sieur Roi, & de Messieurs ses enfans, éviter leur dommage comme des siens propres, & que les amis de l'un le soient de l'autre, & non autrement. Et afin qu'il soit plus certain, que ladite treve de dix ans, & le contenu dicelle, soit tenu & observé pour bonne & ferme paix, ledit Sieur Empereur est tres-content, qu'elle s'étende à la defension des roiaumes & états de leurs deux Majestez, suivant que lesdits Sieurs de Tarbe & Brissac l'ont mis en avant. Et aussi à la verité sadite Majesté Imperiale l'a toûjours dés Aiguemortes ainsi entendu, & où il seroit requis, y emploier sa personne & tout le surplus. Et en persistant à ladite réponse, pour plus grande seureté & aprobation de la pleine & entiere observance d'icelle, d'abondant, ainsi le jurons & promettons sur nôtre foi & honneur, par le present écrit signé de nôtre main avec nôtre contrescel y aposé. Au lieu de Tolede le premier de fevrier, l'an 1538. Signé, CHARLES. Et scellé des armes dudit Sieur Empereur. Et au dessous, signé, *Bave*.

TRAITE' DE CONFEDERATION DU ROI FRANCOIS I. avec Christien III. Roi de Danemarc. A Fontainebleau le 29. novembre 1541.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam hæ literæ pervenerint, salutem. Cùm antea serenissimus Danorum & Norvegiæ Rex a Rege Christianissimo sibi missum insigne militaris sodalitii, cui Divus Michael præest, suscipere non recusaverit, ac eo nomine, propensum in Regem Christianissimum animum suum ita aperuerit, ut nihil non facturus illius causa videatur. Cùmque tantum absit, ut ipse de eo amore, quo astrictus est, aliquid laxari velit, ut plurima vincula summæ conjunctionis optare videatur, etsi jam sint arctissima; oratores enim suos his proximis diebus idem serenissimus ad Christianissimum misit, ut cum illius majestate fœdus amicitiæ & societatis sanctissimum terra marique iniret; id ipsum neutiquam christianissimæ amplitudini aspernandum visum est, sed ultrò amplexandum. Nos igitur Franciscus de Tournon, Cardinalis Sanctæ Sedis Apostolicæ; Guillelmus Poyet, Cancellarius; Philippus Chabot, Admiraldus; & Claudius d'Annebault, Marescallus Franciæ; Christianissimi & potentissimi Regis nostri Francisci consiliarii, oratores, & procuratores, ad hoc cum mandatis singularibus delegati, pro firma amicitia, & vera benevolentia, con-

Danemarc, 1541. 29. *nov.*

cordiaque ineunda inter eumdem christianissimum & serenissimum, principem dominum Christianum, Friderici * Regis filium, Danorum & Norvegiæ Regem, eadem benevolentia fraterna conjunctissimum, utriusque subditos & confoederatos, cum egregiis & magnificis viris, Eschillo Bilde, Equite aurato; Petro Suavenio; Erico Krabbe, ejusdem Regis Daniæ & Norvegiæ consiliariis, oratoribus, procuratoribus, commissariis, & ambassiatoribus ad infra scripta autoritatem habentibus, ad honorem & laudem Dei optimi, sanctissimæque Mariæ Virginis, totiusque celestis comitatus, & Christianæ Religionis ornamentum & augmentum, convenimus, concordavimus, & conclusimus, atque autoritate commissionum nostrarum, quarum contextus infra insertus est, per præsentes convenimus, concordamus & concludimus articulatim, prout sequitur.

* Primi.

Imprimis conventum & conclusum est, Reges prædictos, mutua, pari, ac fraterna amicitia & benevolentia sese invicem prosequi velle & debere, & etiam fraterno nomine appellare, alterum alterius commoda curare, detrimenta propellere, &, si quod grave bellum pro regnis aut eorum statibus in alterutrum ingruat, prompto & parato auxilio, consolatione, & consilio, pro totis viribus utrumque utrique suppetias ferre, defensive adversùs quemcumque, sine ulla exceptione, modò ne de imminuendis sacri Imperii juribus agatur.

Item. Polliciti sunt prædicti ambassiatores Daniæ & Norvegiæ Regis, ejusdem serenissimi nomine, si quo pacto Regi Christianissimo cum hostibus & adversariis quibuslibet bellum apertum gerere & exercere contingat, ipsum serenissimum totis viribus operam daturum, idque præstaturum cum effectu, ne Regi Christianissimi adversariis & hostibus, maris angustiæ, quas *Simet* vocant, ullo modo pateant, neve ejus adversariis, illac mercium, commeatuum, cæterarumque rerum exportandarum importandarumve gratia, aliave de causa transire liceat, ut tandem aliquando, vi & malo coacti, ad pacem flagitandam compelli possint.

Præterea, ejusdem serenissimi nomine, prædicti ambassiatores polliciti sunt, eumdem serenissimum suo nomine collectutum, sumptu tamen & Regis Christianissimi stipendio, exercitum è milite germanico conflatum, navibus ad Regem Christianissimum transportaturum, ejusdem Christianissimi impendiis, si ita usu venerit, præmonitusque à Rege Christianissimo fuerit tempestivè. Pollicetur etiam belli temporibus idem serenissimus sex naves ad bellum instructas, quarum nulla minor sit centum castarum, ut vocant, in Gallias transmissurum, quòcumque Regi Christianissimo commodum fuerit, cum mille peditibus, præter socios navales, & mari iisdem navibus eidem Christianissimo inserviturum tres menses perpetuos, suo serenissimi sumptu, stipendio, & impendiis, sumpto trium mensium initio ab eo die, quo primum ejusdem serenissimi naves ad littora galliarum appulerint: iisdem sex navibus eò mittendis, quò Christianissimo Regi commodum videbitur, iisque ac peditibus ac sociis toto conatu, hostibus & adversariis Regis Christianissimi incommoda laturum, & omnia facturum quæ Regi Christianissimo grata esse possint.

Quòd si Christianissimus eorum peditum opera, qui in sex navibus erunt, terra uti volet, id ei per Regem serenissimum facere liceat, Christianissimi tamen sumptu & stipendio eodem, quo cæteros germanos alere & tolerare solet.

Regem quoque Daniæ ſereniſſimum in caſu ſimili, ſi Regis Chriſtianiſſimi peditibus uti volet terra, in ſuis regnis & ditionibus, id ſuo ſumptu & ſtipendiis facturum.

Item. Elapſis tribus menſibus, ſi nondum bellum profligatum & confectum fuerit, poſſe Regem Chriſtianiſſimum Regis Daniæ pedites, cum ſex navibus, vel abſque navibus, ſuo ſumptu & ſtipendiis, ut alios germanos alere, ſub ſignis retinere, aut in præſidio collocare: nec Regem Daniæ per ſe, nec per alios poſſe eoſdem milites, tempore belli, ullo pacto ad ſe revocare: nec Regem pariter Chriſtianiſſimum in caſu ſimili, Regi ſereniſſimo aliter facturum.

Item. Viciſſim Regis Chriſtianiſſimi conſiliarii prædicti pollicentur, Chriſtianiſſimum, duodecim naves ad bellum inſtructas, quarum nulla minor ſit centum caſtarum, in Daniam tranſmiſſurum, quocumque Regi ſereniſſimo commodum fuerit, cum duobus millibus peditum, præter ſocios navales, & mari iiſdem navibus, eidem ſereniſſimo, in temporibus belli, per quatuor menſes inſerviturum, propterea quòd apud ſe plus officii reſidere facile patitur, nec eum latet ſuam amplitudinem, plus oneris poſſe ſuſtinere; quod facere non gravatur, eo quod non ignorat Regem Daniæ non poſſe ſine magno ſumptu ſuos adverſarios aditu anguſtiarum illarum, quas *Simet* vocant, prohibere; quod ſereniſſimus ſuo ſumptu præſtiturum pollicitus eſt; proviſo tamen quod ab utraque parte fiet ſummatio pro recuperandis dictis navibus, tali debito tempore, quo naves poſſint ire & redire tempore opportuno.

Item. Quoniam inter mortales nihil durare perpetuò poteſt, videaturque improbum eſſe, plus poſtulare à Deo immortali, quam quod hominum mortalitati debeatur, ſatis abundeque utriuſque Regis oratoribus ſufficere viſum eſt, ſi eam ſocietatem, quam quidem cupiunt inter eos eſſe perpetuam, ad vitam utriuſque principum, & in annos decem poſt eorum obitum, ſanctiſſimo fœdere ſacro ſanctoque jurejurando conſtabilire poſſint, eam ipſam amborum Regum ſocietatem conſtituerunt obſervandam; ante tamen quorum decem annorum exitum, erit in alterutrius ſucceſſoris poteſtate alterum, vel ejus ſucceſſorem, rogare de inſtaurando fœdere, ſanciendaque denuò amicitia, nec alter alterum quid in animo habeat, ante fœderis exitum celare debebit, cùm uterque utrumque de ſua voluntate certiorem ut faciat, jus amicitiæ admoneat.

Item. Si per id tempus, alteri utriqueve Regum quid humanitùs acciderit, (quod Deus avertat) cenſuerunt prædicti conſiliarii & oratores, eorumdem Regum nomine, ut id fœdus, quod in præſentia inter utrumque initur, cum illius Regis qui deceſſerit, utriuſque filiis, hæredibus, ſucceſſoribus, omni cum fide obſervetur.

Item. Utriuſque Regis portus & flumina tam Galliarum, quam Daniæ & Norvegiæ, utrique Regi ſemper patere debent, in quos utriuſque Regis milites & ſubditi, omni tempore, liberè & ſecurè ſe conferre poſſint, ibique commercia exercere, res ſuas diſtrahere, ab aliis coemere, ſine ullo impedimento, ita tamen ut utriuſque Regis milites, cum in alterutrius regno, ditione, portubus & fluminibus fuerint, a vi inferenda, & à præda in confœderatis regnis & ditionibus agenda, manus abſtineant, & ut amici & confœderati ſeſe gerant, nec ullo pacto damnum illis inferant.

Item. Conventum, & conclusum est, ut regum uterque, ubi primum rogatus fuerit, per alterutrius oratores seu commissarios autoritatem habentes, in eorum præsentia tactis sacrosanctis evangeliis, juramentum corporale præstet, se omnia & singula in præsenti tractatu descripta ritè, ordine, & summa cum fide observaturum & effecturum, & à suis subditis ut observentur præstaturum; & idem juramentum in scriptis redactum, & manu sua subsignatum, oratori seu oratoribus hujusmodi tum præsentibus tradet.

Item. Regum uterque omnia præmissa & singula grata habebit & rata, comprobabit, & confirmabit, suasque literas patentes desuper, debito modo confectas, & magno sigilli sui signo sigillatas, ac manibus suis subscriptas, utrique principaliter contrahenti, & eorum cuilibet, intra sex menses à data præsentium proximè & immediatè sequentes, mittent tradentque, mitti tradive facient eorum uterque, ut par est. Datum apud Fontem Blaudi 29. novemb. 1541.

Ligue offensive & defensive faite contre l'Empereur Charles V. entre le Roi François I. & Gustave I. Roi de Suede. A Ragny le 10. *juillet* 1542.

France & Suede 1542. 10. *juillet.*

Les lacunes, qui sont dans le preâbule de ce traité, ne sont point des omissions, mais des alterations que le tems a faites sur l'original, qui est dans les archives de Suede d'où il a été tiré.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint, salutem. Postquam ita visum est Deo optimo maximo, consiliorum rerumque omnium bonorum autori, ut ex superiore Christophori Richerii, Francisci, Dei gratiâ Christianissimi Francorum Regis, secretariiac cubicularii, & legati ad Gustavum, Sueciæ, Gothorum, ac Vandalorum potentissimum Regem, missi legatione, tam flagrans in amborum principum animis excitata sit mutua benevolentia, ut nihil utrique magis cupere videantur, quàm sese firmissimo quodam perpetui amoris, singularisque amicitiæ vinculo inter se conjunctos esse; ea de causa, nempe ut suam in id negotium promtitudinem testaretur, & se nihil non tanti boni causa facturum apertè significaret Gothorum Rex præstantissimus, huc supremos consiliarios & oratores suos cum plena autoritate ad Regem Christianissimum esse missos voluerit *** eos suos in ea re procuratores cum ipsius Christianissimi Majestate, ejusve delegatis procuratoribus, sanctissimum aliquod æternæ amicitiæ, ac perpetuæ terra marique societatis fœdus iniret; quorum legationem, orationem atque institutum tantum abfuit *** volens assentiri, suos certos procuratores in eam rem cum ipsis Sueciæ legatis tractandam delegarit. Nos igitur Guillelmus Poyet, totius regni Galliarum Cancellarius; & Philippus Chabot, Admiraldus *** consiliarii supremi, atque in præsenti perpetuæ amicitiæ ac societatis fœdere tractando procuratores, freti ea autoritate ac mandato, quo nos dictus Dominus noster fultos esse voluit: cùm præclarissimis equitibus Sueciæ *** Conrado à Phy*, regni Sueciæ Cancellario, & belli ac pacis consiliario supremo; Stenone Erichson, Reginæ ipsius fratre, ac supremo regiminis & secretorum Sueciæ consiliario; Canuto Anderson; & Georgio Norman, regiminis itidem ac *** ineundo stabiliendoque inter dictos Reges, eorum hæredes,

* Loccenius historien Suedois dit que son vrai nom étoit *Peutinger*,

successores, subditos, ac regna sanctissimo sinceræ, certæ, & perpetuæ benevolentiæ, unanimitatis, societatis, amicitiæ, atque adeo fraternitatis fœdere, unde primum *** ad omnem posteritatem possit promoveri, collatis in unum nostris consiliis ac sententiis, convenimus, conclusimusque ac virtute mandatorum nostrorum, quorum tenor huic diplomati inscriptus est, convenimus *** & conclusum est, quòd inter prædictos Reges, eorumque hæredes, successores, regna, principatus, & subditos, inviolabilis & firma in perpetuum manebit amicitia, immo fraternitas & liga tam sancta ac fidelis, ut quasi hoc fœdere unum corpus effecti, alter germani fratris loco alterum habeat, eum nomine fraterno appellare, commoda ejus tanquam sua curare, damna pro viribus avertere, & ingruente regno ac statui alterius bello, consilia & omnis generis auxilia, prout poterit, adversùs quoslibet hostes sine ulla prorsus exceptione, præterquam eorum, qui in præsenti fœdere sub fœderatorum nomine comprehenduntur, modò etiam ipsi, vel amborum, vel unius duorum contrahentium, fœderati maneant, per mare, per terras, per omnia loca defensivè conferre teneatur.

Deinde conventum & conclusum est, quòd si fortè alterum duorum Regum necessariò contingat hostibus suis apertum bellum vel inferre, vel illatum ab eis propellere, atque is certum auxilium præsidiumque à fœderato suo hic contrahente petierit, tenebitur fœderatus, ratione hujus fœderis, petitum à se auxilium ac præsidium, prætermissa omni excusatione, mittere. Erit autem hujusmodi auxilium ac præsidium sex millium virorum armatorum, totque navium, quot fuerint ipsis armatis ad fœderatum, qui eis opus habuerit, transvehendis necessariæ. Quæ quidem naves omni apparatu bellico, nautisque in re navali exercitatissimis, instructæ esse debebunt.

Et quia æquum est, conditionem unius fœderati non debere alterius esse conditione deteriorem, oportetque ideò inferendo tali auxilio æqualibus ambos legibus teneri, conventum & conclusum est, quòd si quando Rex Christianissimus bellum adversùs quempiam gesserit, auxiliumque à Gothorum Rege potentissimo, suo fœderato, petierit, tenebitur Gothus hoc fœdere prædictum virorum armatorum, naviumque bellicè instructarum numerum, in auxilium Galli fœderati fratrisque sui, impensis tamen stipendiisque ipsius Galli mittere. Ac vicissim si accidat, potentissimum Gothorum Regem fratrem ac fœderatum suum de auxilio præstando rogare, tenebitur pariter Rex Christianissimus, fœderatus ac frater, eumdem ipsum tam virorum armatorum, quàm navium numerum in auxilium Gothi fœderati, impensis tamen stipendiisque ipsius Gothi, mittere.

Quòd si accidat, Regem Christianissimum ita mari terrave ab hostibus suis impeti ac vexari, ut ad regni statusque sui conservationem, majore præsidio opus habeat, atque ideò à fratre fœderatoque suo Gothorum Rege, ultra præscriptum numerum, aliquem majorem numerum, vel armatorum virorum, vel navium, postulare, Sueciæ ac Gothorum Rex potentissimus, in gratiam hujus fœderis, probationemque summæ suæ erga ipsum Galliarum Regem benevolentiæ, fidei, veræ fraternitatis atque amicitiæ, pollicetur se de eo exercitu, quem terra marique instructissimum in regni statusque sui defensionem posthac sustinerò

deliberavit, omnem talem numerum armatorum ac navium, qualem Christianissimus petierit, deprompturum, quàmque celerrimè in ejus subsidium ac defensionem missurum, sive is sit quinque & viginti millium Gothorum, & quinquaginta navium, seu plurium vel pauciorum; idque faciet ipsius Christianissimi Regis impensis ac stipendiis.

Et vicissim, si accidat, Regem Sueciæ ita mari terrave, ab hostibus suis impeti ac vexari, ut ad regni statusque sui conservationem, majore præsidio opus habeat, atque ideò à fratre fœderatoque suo Gallorum Rege, ultra præscriptum numerum, aliquem majorem numerum vel armatorum virorum, vel navium, postulare, Gallorum Rex Christianissimus, in gratiam hujus fœderis, probationemque summæ suæ erga ipsum Gothorum Regem benevolentiæ, fidei, veræ fraternitatis atque amicitiæ, pollicetur se de eo exercitu, quem terra marique instructissimum in regni statusque sui defensionem posthac sustinere deliberavit, omnem talem numerum armatorum ac navium, qualem Gothus petierit, deprompturum, quàmque celerrimè in ejus subsidium & defensionem missurum, sive is sit quinque & viginti millium Gallorum, & quinquaginta navium, seu plurium, seu pauciorum; idque faciet ipsius Gothi impensis ac stipendiis.

Quia verò contingere potest, ut, pro rerum suarum necessitate, Galliarum Rex Christianissimus omnium supra dictorum viribus, opera, atque industria, adversùs hostes suos, modò illic, modò hic, aliàs in terra, aliàs in mari, prout consilium ejus fortunæque varietas feret, uti volet, conventum, & conclusum est, id ei per carissimum fratrem suum Gothorum Regem serenissimum, ubicumque & quomodocumque volet, facere licere. Quod & reciprocè Gotho, de auxilio Gallico ad se misso, prout dictum est, facere licere, similiter intelligitur. Ex quo nunc verò, ii duo potentissimi Reges Galliæ & Sueciæ hoc novo & arctissimo fœdere sic inter se sunt devincti, ac velut in unum corpus conglutinati, ut se mutuò supra dictis præsidiis & auxiliis adversùs omnes inimicos ac hostes, ubicumque & quandocumque alter requisierit, alterum juvare sedulò debeant, æquum & utrique necessarium judicavimus, ne, si fortè contingat alterum ipsorum cum aliquo bellum gerere, aut eumdem adeo in armis esse, ullas alter nec pacis, nec concordiæ ullius, nec induciarum conditiones ab hoste, quicumque tandem is fuerit, nemine prosus excepto, accipiat; denique nullam ejusmodi transactionem facere præsumat alter, quin semper in omni tractatu omnis pacis, omnis concordiæ, ac induciarum, fœderatum suum simul comprehendat. Cæterùm ad majorem contrahentis utriusque consolationem, & hostium, quos habere possunt, vel poterunt, confusionem, visum est ambobus, hoc ipso fœderis atque amicitiæ perpetuo tractatu amicos ac fœderatos suos comprehendere. Ex parte Regis Christianissimi Reges Daniæ & Scotiæ, unà cum Ducibus, Prussiæ, Geldriæ, ac Cliviæ; Angliæ etiam Regi fratri fœderatoque suo perpetuo locum in eodem fœdere esse, Gallorum Rex Christianissimus intelligit, modò tamen se in eo comprehendi velle intra sex mensium spatium declaret, proque comprehenso haberi suis literis pateat. Et ex parte potentissimi Sueciæ, Gothorum, ac Vandalorum Regis, Reges pariter Daniæ & Scotiæ, & Duces Geldriæ & Cliviæ. Conclusum præterea est, quòd si qui sint alii, aut unius contrahentium, aut amborum fœderati, quos in idipsum fœdus includi, contrahentium

hentium alter, aut utèrque velit, id sine ulla dubitatione, de consensu utriusque fiat, modò tamen qui includendi erunt, non sint unius duorum contrahentium hostes.

Item. Conventum & conclusum est, quòd considerata ea, quæ inter illustrissimos, potentissimosque Reges Gallorum ac Scotiæ firma semper illæsaque, atque inviolata mansit amicitia, in ejus tam sanctè constanterque servatæ fidei, ac Christianissimi Regis gratiam, si Rex Scotiæ serenissimus, bellum cum aliquo gerens, auxilium à potentissimo Gothorum Rege petierit, tenebitur Gothus hoc fœdere armatos ei unà cum navibus ad eos transvehendos necessariis, etiam usque ad sex armatorum millia, si totidem petierit, transmittere, Scoti tamen impensis ac stipendiis. Quemadmodum è converso, si accidat ipsum Sueciæ Regem ab hostibus infestari, atque à Scotorum Rege auxilium petere, tenebitur Scotus etiam usque ad eum numerum, tam armatorum, quàm navium, si rogatus sit, Regi Sueciæ in auxilium mittere, impensis tamen Gothi & stipendiis.

Quòd si (quod non speratur) accideret, Regem Scotiæ, aut unum aliorum in hoc fœdere comprehensorum, alteri principaliter contrahentium, nempe Gallorum, vel Suecorum Regi, bellum movere, eo tunc casu tenebitur principaliter contrahens principaliter contrahenti, Gallus scilicet Gotho, & Gothus Gallo, non autem fœderato illi bellum moventi, supra dictum auxilium mittere.

Conventum etiam conclusumque est, quòd amborum regna, principatus, portusque in eis & flumina semper utrique, eorumque subditis ac deputatis, ad res omnis generis comparandas, patebunt. Quòd præterea utriusque Regis subditis liberè in alterius regnum ac principatus venire, versari in eis, cumque subditis & aliis quibuslibet, secundum morem & consuetudinem regni ac loci, negotiari, sine ullo ullius vectigalis onere, præter quam ejus aut eorum, quod vel quæ, ante datam præsentium mercimoniis omnis generis vel importandis, vel exportandis ab utroque Regum, in regnis, principatibusque suis, respectivè impositum impositave fuerunt, abire illinc, quando & quoties volent, una cum rebus quas emerint, vel sine illis etiam, si nihil emerint, & eodem sine vel cum aliis rebus redire, absque omni maleficio ac impedimento, atque adeò sine ullo alio salvo conductu, per tractatum præsentem conceditur.

Postremò, conventum & conclusum est, quòd si accidat alterum contrahentium alteri suo contrahenti, ad ejus requisitionem, auxilium mittere, ejusmodi subsidiarii milites, ita in alterius auxilium missi, cum in portibus, terris, fluminibus, ac denique ejus, ad quem juvandum missi fuerint, dominiis erunt, quemadmodum nulla eis vis à fœderato isto, subditisve ejus, inferri debebit, ita & ab omni vi inferenda abstinere ipsi debebunt.

Conventum denique & conclusum est, quòd ubi primùm contrahentium uterque per alterutrius oratores seu delegatos, autoritate regia fultos, rogatus fuerit, ut jurejurando singulos præsentis fœderis articulos approbet, tenebitur in eorum præsentia, invocatione divini nominis, ejusque auxilii, & tactis sacrosanctis evangeliis, regiè polliceri, se omnia & singula in hoc tractatu inscripta, ritè, ordine, & cum summa fide observaturum, & a suis, ut observetur, effecturum.

Cujus rei diploma sua manu subsignatum ejusmodi oratori, seu delegato, oratoribus seu delegatis, ad fœderatum suum tradet perferendum. Ad hæc, Regum

uterque prædicta omnia rata, grata, & accepta habebit, ac confirmabit, atque etiam literas suæ approbationis ac confirmationis, prout decet, confectas, manu propria signatas, & sigillo suo magno obsignatas, alteri suo principaliter contrahenti, intra duodecim menses datum præsentem tractatum proximè sequentes, mittet, & tutò ad eum perferri omni diligentia atque industria curabit.

Quòd si ejusmodi literas approbationis ac confirmationis, intra id tempus, vel propter itinerum longitudinem, vel propter diversa temporum pericula, ab uno ad alterum non esse missas contingat, manebit nihilominus hic tractatus perpetuæ fraternitatis atque amicitiæ, sicut supra scriptum est per memoratos Regis utriusque procuratores, respectivè autoritate regia fultos, in suo robore, in omnibus suis punctis atque articulis; nec minùs utrinque æstimabitur ratus ac firmus, quàm si ambos Reges in eo faciendo præsentes fuisse, interque se ipsos personaliter tractasse, convenisse, ac conclusisse contigisset.

Sequuntur tenores mandatorum.

UNIVERSIS notum sit, quod nos Franciscus, Dei gratiâ Francorum Rex Christianissimus, iis virtutibus adducti, quas semper in fidelissimis consiliariis nostris, equitibus clarissimis, Guillelmo Poyet, totius regni nostri Cancellario; & Philippo Chabot, Franciæ Admiraldo, Comiteque Ensancino, sitas esse intelleximus, fide scilicet, prudentia, rerum experientia, ac morum probitate, eos ipsos creandos ac faciendos duximus, tenoreque præsentium creamus ac facimus procuratores nostros, tam generales, quàm speciales, facta eis potestate plena, & dato generali pariter ac speciali mandato, conveniendi, tractandi, & transigendi, tam nostro, quàm hæredum, successorumque nostrorum nomine, cum strenuis equitibus ac dominis, Conrado à Phy, regni Sueciæ Archicancellario, & belli ac pacis consiliario supremo; Stenone Erichson, Reginæ ipsius fratre, ac supremo regiminis & secretorum Sueciæ consiliario; Canuto Anderson, & Georgio Norman, regiminis itidem ac secretorum consiliariis, atque hoc loco Gustavi, Sueciæ, Gothorum, ac Vandalorum potentissimi Regis, procuratoribus & legatis ad nos missis, de mutuo rerum in nostrûm utriusque regnis existentium commercio, deque sanctissimo inter nos unanimitatis, benevolentiæ, fraternitatis, amicitiæ, atque adeo affinitatis fœdere ineundo, & generaliter in supra dictis rebus ea omnia faciendi, quæ faceremus, vel facere, si nos præsentes adesse contingeret, possemus. Promittentes bona regiaque fide, sub obligatione omnium bonorum, tam nostrorum, quàm successorum, Nos, quæ ipsi procuratores nostri in illis ipsis rebus nostro nomine gesserint, in perpetuum rata, grata, & accepta habituros. In quorum testimonium, præsentes literas, manu nostra signatas, sigillo nostro curavimus obsignandas. Datum apud Joinville, die 18. mensis junii, anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo-secundo, regni nostri vicesimo octavo. Sic signatum, Per Regem, *Bayard*.

NOS Gustavus, Dei gratiâ Suecorum, Gothorum, Vandalorumque, &c. Rex, universis & singulis has nostras mandatorias literas inspicientibus notum facimus, postquam strenuos ac nobiles viros, supremos regiminis & militiæ

nostræ consiliario, conradum à Phy, totius regni nostri Cancellarium; Stenonem Erichson, Canutum Anderson, equites auratos; & Georgium Norman, ad Christianissimum invictissimumque Principem ac dominum, dominum Franciscum, Galliarum Regem, carissimum amantissimumque fratrem & consanguineum nostrum, subire hanc legationem voluimus, quòd facta sint ipsis à nobis mandatum & plena potestas *** vigore præsentium, potestatem eis facimus cum Rege Christianissimo, nomine nostro, nostrorumque hæredum ac regni nostri, agendi & concludendi de certa quadam firma ac durabili amicitia, societate, affinitate, & fœdere ineundo, stabiliendo, & confirmando. Quicquid nunc igitur *** in rebus sibi à nobis commissis, hac ipsa nostra autoritate freti, apud Regem Christianissimum tractaverint, concluserint, monumentis denique ac sigillis suis, nomine nostro ratum fecerint, id totum pleno nostro consensu factum esse, ratum, ac confirmatum, nos pro nobis, atque pro hæredibus & successoribus nostris, totoque regno nostro, constanter asserimus & approbamus; cujus etiam rei nihil quicquam aut nos, aut nostros posthac, ullo seculo immutaturos esse, sanctè pollicemur. Ad majorem veritatis evidentiam fecimus ad hanc nostram mandatoriam paginam magnum nostrum sigillum infra appendi, nosque propriâ manu subscripsimus. Ex arce nostra Stokholmensi, anno Domini 1542. in die conversionis Pauli, ab initio regiminis nostri anno 16.

CHRISTIANISSIMI & invictissimi Principis ac domini, domini Francisci, Galliarum Regis, Nos, Guillelmus Poyet, Cancellarius; & Philippus Chabot, Admirallus, & serenissimi potentissimique Principis ac domini, domini Gustavi, Suecorum, Gothorum, ac Vandalorum Regis, nos Conradus à Phy, supremus Cancellarius; Steno Erichson, regiminis & secretorum consiliarius, Canutus Anderson, & Georgius Norman, consiliarii, & utrinque ad hoc deputati procuratores, oratores, & legati, notum facimus universis & singulis, quòd ex vigore autoritatis, quam nobis utraque Regia Majestas Galliæ & Sueciæ, Domini nostri clementissimi, datam esse voluerunt, alicujus concordiæ, societatis, & fœderis gratia constituendi, tractationem suscepimus, sicut etiam id ideò nunc ex parte de quibusdam articulis pertractatis & conclusis, sub formula usitata, ad ratificandum factum est ac perfectum.

Sunt verò insuper in tractatione clausulæ quædam, puncta singularia, & articuli capitales producti, quorum conclusio propter certas gravissimasque causas de utrorumque consensu in aliud tempus est rejecta.

Primum, Regiam Majestatem Sueciæ sese ultro, ex verè fraterno animo, obtulisse, præter commune illud institutum jam ac definitum præsidium, quod alter alteri, ubi requisitus fuerit, sub certo ac nunc adeo determinato numero conferre tenebitur, ad usum & utilitatem Regis Franciæ, aliquod aliud & peculiare præsidium; videlicet classem armatam, aliumque necessarium exercitum semper se ad ejus requisitionem paratum esse habiturum, qua classe, quo exercitu Rex Franciæ, sicubi opus videretur, terra marique uti posset, & cætera, sicut in ipsorum propositione est latiùs explicatum. Pro qua animi promptitudine Regis Sueciæ, Rex Christianissimus eidem Regi Sueciæ, ut amico & fratri suo, gratias agit immortales. Et propterea quòd ejus Regiæ Majestati, his bellicis & pericu-

lofiſſimis temporibus, de prædicti hujus ſummi oblati obſequii articulo, ita ſtatim pro ejus neceſſitate deliberare ſatis & concludere prorſus impoſſibile erat, amplius deliberandum cenſuit. Et quicquid Regi Chriſtianiſſimo in hac re opus facto videbitur, id intra anni unius aut duorum ſpatium declarabit.

Secundò, de affinitate, ſeu utriuſque ſanguinis conjunctione, Rex Chriſtianiſſimus Franciæ, in honorem & peculiare Regis Sueciæ obſequium, primogenito ejus aliquam ex proximo ſuo ſanguine, nempe ex Domo Ducum Britanniæ virginem Rinenſem, & deinde ſecundo-genito Sueciæ filiam Ducis Montiſpenſierii, quaſdamque alias ad facienda inter eos connubia propoſuit. Ad hæc, filiæ etiam Regis Sueciæ quidam principes adoleſcentes, ex ſanguine regio nati, ad contrahenda matrimonia, ex optimo & ſingulari quodam & vere fraterno amore, ſunt ab eo propoſiti. De qua re nos utrinque ad hoc deputati conſiliarii & procuratores, prout in tali cauſa fieri eſt neceſſe, inter nos colloqui & latiùs tractare poterimus.

Tertiò, de commercio ſalis, de quo nunc propter abſentiam Franciſci Trebbon, ut qui ejus rei pleniorem commiſſionem habeat, nihil abſolutum quod ſit effici poteſt; quare dictum commercium differri tantiſper oportebit, donec Franciſcus Trebbon adfuerit. Nihilominus tamen, & propter communem regni Sueciæ neceſſitatem, & etiam quod nunc Sinus Danicus ſit occluſus, quo minus eo ſal aliunde poterit adferri, aliqua copia ſalis hinc, quantamcumque eam hoc tempore efferre licuerit in regnum Sueciæ, pro juſto pretio poſſit exportari, de illo ipſo ſalis pretio & dignitate, videlicet, ut merx pretio, & è converſo pretium merci, juſta & æqua ratione comparetur, utrinque inter nos tractatio peculiaris inſtitui debet.

Quartò de Rege ſereniſſimo Sueciæ, quatenus ipſe, eo modo quo nunc adeo inter Chriſtianiſſimum Regem Franciæ, & ſereniſſimum Regem Sueciæ, conventum & concluſum eſt, in hoc expreſſum fœdus & ſocietatem conſentire voluerit, ut plenam ſuam & peculiarem ratificationem, quamprimùm id fieri licuerit, ad ſereniſſimum Regem Franciæ mittere debeat; ſicut etiam Rex Franciæ ſimiliter ſuam ratificationem Regi Sueciæ viciſſim, quamprimùm mittere tenebitur. Ad majorem veritatis evidentiam, nimirum quòd hæc omnia ita à nobis fide optima acta ſunt, nos ſupra dicti Regiæ Majeſtatis Galliæ & Sueciæ deputati ad hoc conſiliarii & procuratores, noſtra ſigilla infra ad hunc tractatum, cujus tenor de verbo ad verbum duplicabitur, curavimus adnecti, noſque etiam propriis manibus ſubſcripſimus. Actum Regniaci in finibus Galliæ, pridie Viſitationis Mariæ Virginis, anno milleſimo quingenteſimo quadrageſimo-ſecundo.
Guillelmus Poyet. Philippus Chabot.

Article separé, par lequel le Roi François I. accorde à Gustave I. Roi de Suede, la permission de tirer de France telle quantité de sel qu'il voudra.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint, salutem. Cùm pro certa regnorum rerumque publicarum conservatione haud satis sit Reges, atque eos, qui publicæ administrationi præsunt, esse inter se amicitiæ, fœdere, ac societate conjunctos, sed & illos etiam oporteat omnes apud se excogitare rationes, quibus tam firmam reddant suam ipsorum conjunctionem, & indissolubili mutui amoris ac gratiæ nexu coalescant, quod tamen fieri commodiùs non posse, certum est, quàm si alter alteri gratificari semper studeat, cognitisque ejus necessitatibus atque incommodis, ei pro viribus opituletur. Ejus itaque considerationis incitatu, dum Franciscus, Dei gratiâ Francorum Rex Christianissimus, initum cum serenissimo Principe Gustavo, eadem gratiâ Sueciæ, Gothorum, ac Vandalorum Rege, fratre suo carissimo, æternæ amicitiæ ac societatis fœdus omnibus modis confirmare, indissolubileque efficere cuperet, & de summa illa salis habendi difficultate, qua rex ipse Sueciæ laborare potest; ab ejus clarissimis legatis admoneretur, ideoque ab eisdem, ad ineundum mutuum rerum in utriusque regnis existentium, & maxime salis Galliæ, ac æris & cineracearum argenti Sueciæ commercium, sollicitaretur, fratri suo Gothorum Regi, qua in eum est animi promptitudine, studio, ac benevolentia, volens gratificari, atque ejus incommodo ac necessitati, prout vires ferrent, succurrere, consentiendum primò in ipsum commercium sibi esse duxit, tum deindè, ut jam tantùm salis de salinis suis, quantùm dicti legati vellent, in usum præfati Regis Sueciæ justo pretio habere possent, inque Sueciam exportare, contentus fuit, atque adeò, ut summum suum amorem erga ipsum singulari aliqua beneficentia testaretur, jus gabellæ, pro exportatione salis persolvendum, quod nulli unquam ex fœderatis suis, quicumque & qualescumque sint aut fuerint, remisit, eo quòd sibi proprium, patrimoniale, atque hæreditarium est, id ei sine respectu consequentiæ, quæ tamen maxima est, & propter exemplum, certasque alias causas valde sibi periculosa, remissum esse quàm lubentissimè voluit, summam scilicet sex millium aureorum solarium ipsius juris gabellæ, quod sibi pro sale eo, quod dicti legati nomine Regis Sueciæ juxta talem rationem comparare poterunt, inque Sueciam transferre, solvi deberet. In cujus rei finem & effectum nobis Guillelmo Poyet, totius Franciæ Cancellario, & Philippo Chabot, Admirallo, cum ipsius Regis Sueciæ prudentissimis legatis, in tractatu fœderis atque amicitiæ nominatim declaratis, conferendi, cumque eis de tali articulo concludendi ac transigendi autoritatem dedit, cum quibus virtute autoritatis ab illo domino nostro clementissimo nobis datæ, nomine ejus conclusimus, transegimusque in eum qui sequitur modum. Conclusum inter nos & transactum est, quòd dictis dominis Sueciæ legatis, eorumve delegatis hominibus licebit, nomine serenissimi Gothorum Regis, tantùm salis Galliæ, persoluto priùs in ejus emptionem justo pretio, habere, quantùm eis pro usu Regiæ Domus Sueciæ visum fuerit esse necesse, sine ulla ullius juris gabellæ persolutione, usque ad summam sex millium aureorum

Suede.
1542.
10. juillet

solarium ; quam quidem summam Rex Christianissimus in sui erga potentissimum Sueciæ Regem, fratrem suum carissimum, singularis amoris probationem, liberato ei pro hac vice voluit esse remissam. Quòd si fortè plus salis, quàm gabella dictæ summæ sex millium aureorum solarium faciat, pro necessitate regia, aut etiam in communem totius regni Sueciæ utilitatem exportandum esse judicaverint, id eis quoque regio permissu facere licebit, priùs tamen justo emptionis pretio unà cum ipsa gabella, quæ pro sale, quod ultra dictam summam capient, ipsi debebitur, persoluto.

Conventum præterea conclusumque est, quòd dicti domini legati, seu eorum delegati, idipsum sal totum una & eadem vice, quando eis visum fuerit, curabunt navibus imponendum, atque in Sueciam, & non in aliam partem transportandum.

De cujus integra transportatione litteras ipsius Regis, eorum domini, testimoniales ad Regem Christianissimum nacta prima occasione mittere tenebuntur. Ad cujus conclusionis ac transactionis fidem majorem, sigilla nostra huic scedulæ curavimus apponenda Regniaci in finibus Galliæ, anno à Christo nato 1541. die julii decima.

GUILLELMUS POYET. PHILIPPUS CHABOT.

TRAITÉ DE PAIX ET ALLIANCE ENTRE L'EMPEREUR Charles V. & le Roi François I. à Crespi, le 18. septembre 1544. enregistré, par commandement exprés de Sa Majesté, au Parlement, & à la Chambre des Comptes.

Espagne, traité de Crespi 1544. 18. septembre.

CHARLES, par la divine clemence Empereur des Romains, toûjours auguste, Roi de Germanie, de Castille, de Leon, de Grenade, de Navarre, d'Aragon, de Naples, de Sicile, de Maillorque, de Cerdagne, des Isles, Indes, & Terre-ferme de la Mer oceane, Archiduc d'Autriche, Duc de Bourgogne, de Lotier, de Brabant, de Limbourg, de Luxembourg, & de Gueldre, Comte de Flandre, d'Artois, de Bourgogne, Palatin de Hainaut, de Hollande, de Zelande, de Ferrette, de Haguenau, de Namur, & de Zutphen, Prince de Suabe, Marquis du Saint-Empire, Seigneur de Frise, de Salins, de Malines, & Dominateur en Asie & en Afrique. Savoir faisons a tous, que nous avons vû & entendu les articles, & tout le contenu au traité de paix, & reintegration de parfaite amitié durable à toûjours, passé entre nôtre tres-cher & feal cousin, Dom Fernand de Gonzague, Chevalier de nôtre Ordre, Prince de Melfeto, Duc d'Ariano, Viceroi de Sicile, & Lieutenant general de nôtre armée : & aussi nôtre tres-cher & feal Chevalier, Messire Nicolas Perrenot, sieur de Granvelle, Commandeur de Zalamée en l'Ordre d'Alcantara, nôtre premier Conseiller d'Etat, & Garde de nos scels, nos procureurs en vertu de leur pouvoir : Et Messire Claude d'Annebaut, Chevalier de l'Ordre du Roi Tres-Chretien, Maréchal, & Amiral de France, & Lieutenant general en ses armées, sous l'au-

torité, & en l'absence de nos tres-chers neveus, les Daufin, & Duc d'Orleans; Messire Charles de Neüilly, Conseiller, & Maître aux Requêtes de l'Hôtel dudit sieur Roi; & Maître Gilbert Bayard, sieur de la Font, aussi Conseiller, & Secretaire d'Etat dudit sieur Roi, & Controlleur general de ses guerres; procureurs dudit Roi Tres Chretien, nôtre tres-cher & bon frere, desquels articles & traité de mot à autre la teneur s'ensuit.

A L'honneur de Dieu, & exaltation de son saint nom, & propagation de nôtre sainte Foi & Religion, & repulsion des ennemis de la Republique Chretienne: & pour le bien commun, & parvenir à la generale pacification d'icelle; ont été traitez, convenus, & acordez les articles suivans, par tres-illustres seigneurs Dom Fernand de Gonzague, Chevalier de l'Ordre de la Toison d'or, Prince de Melfete, Duc d'Ariano, Viceroi de Sicile, & Lieutenant general de l'armée de l'Empereur; & Messire Nicolas Perrenot, Chevalier, seigneur de Granvelle, Commandeur de Zalamée en l'Ordre d'Alcantara, premier Conseiller d'Etat, & Garde des seaux de Sa Majesté Imperiale, de la part de l'Empereur: Et noble & puissant seigneur Claude, seigneur d'Annebaut, Chevalier de l'Ordre du Roi Tres-Chretien, Amiral, & Maréchal de France, Lieutenant general dudit seigneur Roi Tres Chretien en ses armées, sous l'autorité & en l'absence de Messeigneurs les Daufin, & Duc d'Orleans; Messire Charles de Neüilly, Conseiller, & Maître aux Requêtes de l'Hôtel dudit seigneur Roi; & Gilbert Bayard, seigneur de la Font, aussi Conseiller, & Secretaire d'Etat d'icelui seigneur Roi, & de ses Finances, & Controlleur general de ses guerres, de la part dudit seigneur Roi Tres-Chretien; en vertu de leurs pouvoirs respectifs.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictis amicitiis durantibus, neuter dictorum illustrissimorum & potentissimorum principum, quovis modo, in regnis suis, aut alicubi locorum favorisabit, intertenebit, receptabit, aut retinebit, nec à subditis, vel stipendiariis suis, eorum alter acceptari, favorisari, interteneri, aut retineri permittet aliquos rebelles, sive proditores de crimine læsæ majestatis suspectos, aut transfugas ex subditis alterius dictorum principum, nec hujusmodi rebellibus, sive proditoribus, aut transfugis, rebelli, proditori, aut transfugæ, post conclusionem præsentis fœderis offendenti, vel qui ante pro proditore condemnatus, vel publicè reputatus fuit, qui in aliquem locum obedientiæ alterius prædictorum illustrissimorum & potentissimorum principum declinaverit, quovis modo dabit consilium, favorem, aut assistentiam, sed eum, aut eos, intra viginti dies, postquam per litteras alterius principis, cujus rebelles aut rebellis, subditi aut subditus, extiterint aut extiterit, (quibus litteris certificationis super hoc omninò stabitur) alter eorum requisitus fuerit, literatum hujusmodi requisitionis latori, aut alii ad hoc in hujusmodi litteris nominato, sive deputato, tradet, restituet, & liberabit, tradive, restitui, & liberari faciet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ex neutrius principum prædictorum Cancellaria, aut alia Curia imposterum concedantur aliquæ literæ represaliarum, mercæ & contromercæ, nisi super & contra principales delinquentes, aut eorum bona, eorumve factores, & hoc in casu manifestæ denegationis justitiæ tantùm, de qua per literas summationis, aut requisitionis, & prout de jure requiritur, sufficienter constabit.

Item. Quòd si durante pace, & amicitiis præfatis, aliquid contra vires & effectus earumdem per terram, mare, aut aquas dulces, per aliquem subditum, vassallum, aut alligatum in his amicitiis comprehensum, alterius dictorum principum, fuerit attentatum, actum, & gestum, nihilominus tamen hæc pax, sive amicitia in suis viribus permanebit, & pro ipsis attentatis solummodò puniantur ipsi attentatores & damnificantes, non alii.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd prædictus Christianissimus Rex, hæredes, & successores sui, solvent, seu solvi facient prędicto serenissimo Angliæ Regi, hæredibus & successoribus suis, plenè & integrè omnes pensiones annuas, tam prædicto serenissimo Angliæ Regi, durante vita sua, quàm etiam hæredibus & successoribus ejusdem Angliæ Regis, in perpetuum debitas, juxta formam & modum pro solutione dictarum pensionum in tractatibus desuper confectis comprehensas, videlicet serenissimo Angliæ Regi, durante vita sua, (quam Deus longævam esse concedat) tam pensionis nomine ex tractatu concluso apud Môre trigesimo die mensis augusti, anno domini 1525. videlicet summam nonaginta quatuor millium coronarum auri de sole, & septingentorum triginta sex coronarum auri de sole æstimationis, puritatis, & valoris in dicto tractatu expressi, & triginta duorum solidorum turonensium, quàm etiam salis nomine ex tractatu perpetuæ pacis de data ultima die aprilis, anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, debiti, & postea pactis specialibus in certam pecuniæ æstimationem deducti, videlicet summam decem millium coronatorum auri de sole boni, & justi ponderis, puritatis, & valoris annua-

Mmm iij

tim ſolvendorum, ut in pactis deſuper confectis pleniùs continetur. Quarum quidem ſummarum pro penſione, & ſale ſic æſtimato, prima ſolutio incipiet, & fiet primo die novembris proximè futuro poſt datam præſentium; deindè verò proxima ſolutio primo die maii, tunc proximè ſequentis; & ſic de die in diem, & de anno in annum, durante vita naturali dicti ſereniſſimi Angliæ Regis; & ſtatim à morte ejuſdem, quam ſeram optamus,) hæredibus & ſucceſſoribus ejuſdem ſereniſſimi Angliæ Regis, illam ſummam annuam penſionis in perpetuum, ad illos dies loca, & terminos, qui in dicto tractatu perpetuæ pacis continentur; ac etiam eam quantitatem ſalis, quæ in prædicto tractatu perpetuæ pacis ſimiliter continetur, ac juxta formam & modum traditionis in eodem tractatu perpetuæ pacis contentam, quatenus prædicta ſalis commutatio in nummariam ſolutionem non reperiatur eſſe perpetua. Quòd ſi perpetua reperiatur, tunc ſummam decem millium coronatorum auri de ſole ponderis, puritatis, & valoris prædicti, in perpetuum ſolvent, ſeu ſolvi facient, tradent, deliberabunt, ſeu tradi & deliberari facient prædictus Chriſtianiſſimus Rex, hæredes & ſucceſſores ſui.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd Rex Chriſtianiſſimus, hæredes, & ſucceſſores ſui, ſolvent, vel ſolvi facient, in feſto Sancti Michaëlis Archangeli, aut infra quindecim dies proximè ſequentes, quod quidem feſtum erit anno Domini milleſimo quingenteſimo quinquageſimo quarto, illis loco & forma, qui impoſterum convenire de dictorum principum conſilio & conſenſu videbuntur, prædicto ſereniſſimo Angliæ Regi, ejuſve hæredibus, & ſucceſſoribus Angliæ Regibus, eorumve deputatis, tam nomine reliquorum, ſive arreragiorum ex causâ penſionum, & aliarum pecuniæ ſummarum antehac debitarum, & non ſolutarum, quàm etiam expenſarum, & fortificationum in oppido & comitatu Boloniæ, per dictum ſereniſſimum Regem Angliæ, ab inchoato noviſſimo bello, occupato, per dictum ſereniſſimum Regem Angliæ conſtructarum, aut infra dictum annum 1554. conſtruendarum, ſummam duorum millionum coronarum auri de ſole, boni & juſti ponderis, puritatis, & valoris, id eſt talium coronarum auri de ſole, quales deſcriptæ ſunt in tractatu facto apud Môre 30. die auguſti, anno Domini 1525. & ejuſdem valoris in quo tunc erant. Quæ quidem ſumma duorum millionum coronarum auri de ſole continet, & continere intelligitur, atque conficere ſummam vigeſies centies millium coronarum auri de ſole, ponderis, puritatis, valoris, & quantitatis prædictæ, in feſto Sancti Michaëlis Archangeli, ex cauſis prædictis anno Domini ſuperiùs nominato ſolvendarum. Qua quidem ſumma dictorum duorum millionum coronarum auri de ſole, ut ſupra dictum eſt, perſoluta, liberabitur Rex Chriſtianiſſimus, tam à reliquis, ſive arreragiis dictarum penſionum, & dictarum aliarum pecuniæ ſummarum antehac, & uſque ad primum diem menſis maii ultimò præteriti, incurſarum & debitarum; illis tamen pecuniarum ſummis exceptis, de quibus in proximo ſequente articulo mentio fiet; quàm etiam à dictis impenſis dictarum fortificationum, reparationum, & operum conſtructorum & conſtruendorum infra dictum annum quinquageſimum quartum, ac etiam ab omnibus impenſis belli, quas prædictus ſereniſſimus Rex Angliæ, prætendit, aut prætendere poſſet occaſione dicti noviſſimi belli.

Item. Quia occasione, & virtute quarumdam litterarum Christianissimi Regis de data 29. die januarii, anno Domini 1529. serenissimus Angliæ Rex summam quingentorum millium, & duodecim millium duo & viginti scutorum auri solis, duo & viginti solidorum ¡sex denariorum, boni & justi ponderis, puritatis, & valoris sibi ab eodem Christianissimo Rege deberi contendit, conventum, & concordatum est, quòd ea causa, salvis interea utrique principi suis exceptionibus, viribus, allegationibus, & probationibus, quales, & qualia ante hunc tractatum proponere potuissent, per binos commissarios à dictis principibus infra tres menses proximos ad hoc deputandos discutietur & finietur. Quam summam pecuniæ, quatenus ea dictorum binorum commissariorum, aut aliorum juxta tenorem hujus articuli eligendorum judicio debita reperietur, solvet Christianissimus Rex, hæredes & successores sui, eodem die, loco, anno, & forma, quibus dictos duos milliones sese soluturum, ut antea est comprehensum, obligavit, non obstantibus quibuscumque in proximo præcedente articulo contentis. Quòd si isti hinc inde deputati nihil diffinierint ad judicium porrò quatuor Jurisconsultorum neutri principi subditorum, sed hinc inde extra suas ditiones à dictis principibus eligendorum, ea res deferetur, quorum quod tres pronuntiaverint, ab utroque principum ratum habeatur, & gratum, ac illorum sententiæ omnino stare teneantur dicti principes, hæredes, successoresque sui.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd Christianissimus Rex. hæredes, & successores sui, sinent & permittent prædictum serenissimum Angliæ Regem, hæredes, & successores suos, tenere, habere, possidere, & pacificè gaudere oppido sive villa Boloniæ, necnon omnibus castris, villis, oppidis, munitionibus, terris, locis, dominiis, & territoriis, aquis, fluminibus, & portubus, cum omnibus utilitatibus & fructibus eorumdem, intra illos fines existentibus, qui statim describuntur, videlicet portus Boloniæ cum littore, sive ripa ulteriori, quatenus hibernus fluctus maximus excurrit se in latum porrigens, in longum autem usque ad pontem vulgò vocatum, *Pont de Brique*, eo loci & toto illo tractu, terminum constituat & limitem; à dicto verò ponte flumen ipsum quod pontem subterfluit (quod quidem interim utrique dictorum principum commune erit, nec ab eis, aut eorum altero, à solito cursu deflecti poterit) usque ad caput & fontem ejusdem fluminis, pro limite & termino & habeatur & sit. Ita ut hoc tractatu & conventione tam portum Boloniensem, qui portus ita describitur, ut ex præsenti tractatu contineat totum spatium à mari ad dictum pontem vocatum, *Pont de Brique*, & à citeriori littore seu ripa ad ulterius littus seu ripam, quatenus hibernus fluctus maximus in latum excurrit usque ad pontem prædictum, quàm etiam oppidum ipsum seu villam Boloniæ, cum omnibus castris, villis, oppidis, munitionibus, terris, locis, dominiis, territoriis, aquis, fluminibus, & portubus dicti comitatus Boloniæ, cum omnibus fructibus, emolumentis, & utilitatibus eorumdem citra dictum flumen & portum, unà cum ipso portu Boloniensi, ac omnibus utilitatibus, juribus, commoditatibus, emolumentis, & proficuis dicti portûs, dictus Christianissimus Rex, hæredes, & successores sui, sinent & permittent dictum serenissimum Angliæ Regem, hæredes, & successores suos, tenere, habere, possidere, & eisdem gaudere, ea quiete, pace, & libertate, ut neque Christianissimus Rex, hæredes & successores, sui directè aut indirectè, quovis prætextu aut colore, serenissimum Angliæ Regem, hæredes, &

successores suos in possessione eorumdem machinatione aliqua interturbent, molestent, aut inquietent, donec & quo usque summam prædictam duorum millionum auri, unà cum illa alia summa pecuniarum ex litteris obligatoriis, de qua in undecimo articulo superius est cautum, (quatenus debita reperiatur) tempore, loco, modo, & forma superiùs expressis persolverint, & satisfecerint.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd uno eodemque tempore, quo dictorum duorum millionum coronarum auri de sole summa, unà cum summa in dictis litteris obligatoriis declarata, (si qua debita reperiatur) solvetur, dictus serenissimus Angliæ Rex, hæredes, & successores sui, illis modo & forma, qui pro securitate utriusque principis convenire, de utriusque etiam principis consilio & consensu, videbuntur, dictum oppidum, villam, & portum Boloniæ, nec non universam & integram patriam Boloniensem, cum omnibus castris, villis, oppidis, & terris, dominiis, territoriis, aquis, fluminibus, & portubus quibuscumque in dicto comitatu Boloniæ, à novissimo bello, per dictum serenissimum Angliæ Regem capto, aut occupato, captis, aut occupatis, constructis, sive construendis, bono modo conditione, & fide serenissimus Angliæ Rex, hæredes, & successores, eidem Christianissimo Regi, hæredibus, & successoribus suis reddent & restituent. Ita videlicet, ut nec in tempus restitutionis hujusmodi quicquam datâ operâ fiat, quo præsens fortificationum status imminuatur, nec serenissimus Angliæ Rex, hæredes, successoresve sui, quicquam tormentorum, aut in universis eorum quæ à solo separata erunt, quæque ruta, cesa, sive mobilia dicantur, in locis hujusmodi restituendis, ex præsentis, conventionis vi relinquere teneatur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd à die datæ hujus præsentis tractatûs usque ad dictum festum sancti Michaëlis Archangeli, quod erit anno Domini 1554. non licebit alterutri dictorum potentissimorum principum, in Comitatu Boloniæ aliquam novam fortificationem inchoare; bene tamen licebit unicuique eorum, munitiones, sive fortificationes, quæ jam per ipsum inchoatæ sunt, perficere & absolvere.

Comprehendatur etiam pro parte serenissimi Angliæ Regis, Carolus, Romanorum Imperator, &c. in hoc tractatu secundum vim perpetuæ confederationis, quam illi, eorum regna, patriæ, & subditi invicem habent.

Comprehendatur etiam ex parte dicti Christianissimi Regis, dictus potentissimus Princeps Carolus V. Imperator, in hoc tractatu pacis pro confœderato illius perpetuo.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd sine præjudicio tractatuum, quos alteruter princeps habere prætendit, Scoti in hoc tractatu comprehendantur, contra quos Scotos serenissimus Angliæ Rex bellum gerere aut movere non poterit, nisi nova occasione data. Quo casu novæ occasionis datæ præsens Scotorum comprehensio eam interpretationem accipiat, quæ in tractatu de data quinto die aprilis, anno Domini 1515. continetur; hoc tantùm immutato, quòd quamvis ex illo tractatu pacis dicto anno quintodecimo confecto quindecim tantùm dies præscripti fuerunt dicto Regi Christianissimo, aut ejus oratoribus, procuratoribus, ac ambassiatoribus, ad illam Scotis significandam comprehensionem, hanc tamen, propter locorum distantiam, infra triginta dies proximè

proximè venturos inclusivè, ipsi Christianissimo Regi, aut ejus deputatis ac nunciis licebit Scotis significare.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd præsens tractatus à dictis illustrissimis & potentissimis principibus, intra quadraginta dies post datam hujus tractatus, ratificabitur & confirmabitur, ac in literas eorum patentes, magnis eorum sigillis muniendas, & per eosdem manibus suis propriis subscribendas redigetur. Ipsasque literas confirmatorias subscriptas, ut præfertur, & sigillatas, uterque princeps alterius principis oratori sive commissario, oratoribus sive commissariis ad hoc autoritatem habenti, sive habentibus, invicem tradet realiter & cum effectu, ac alter requisitus in præsentia ejusdem sive eorundem, se omnia & singula prædicta, quatenus eum concernunt, perimpleturum, tactis sacrosanctis evangeliis jurabit; & sic uterque, ut præfertur, jurabunt.

TRAITE' ENTRE LE ROI FRANCOIS I. ET EDOUARD VI. Roi d'Angleterre pour les limites du Comté de Boulogne. Fait à Londres le 1547.

Angleterre. 1547.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes pervenerint. Notum sit quòd nos dominus Joannes, dominus Russel, prænobilis ordinis Jarterii eques auratus, ac custos privati sigilli invictissimi principis Eduardi VI. Dei gratiâ, &c. Joannes, Comes VVarvvoici, Vicecomes de Lisle Baro de Malpas & Somercy, prænobilis, ordinis prædicti eques auratus; dominus de Basset, & Tiaslo, magnus camerarius Angliæ; Thomas Seimer, dominus Sudley, dicti ordinis eques auratus, magnus Admirallus Angliæ; & Guillelmus Paget, etiam ordinis prædicti eques auratus, ac dicti domini Regis primarius secretarius; ejusdem invictissimi principis commissarii, deputati, & procuratores ad infra scripta sufficienter & legitimè constituti, cum illustribus & magnificis viris Antonio Estellan de Emeux, domino & barone de la Garde, illustrissimi & potentissimi Principis Francisci, Francorum Regis Christianissimi, camerario ordinario, triremium suarum capitaneo generali, & capitaneo & gubernatore d'Estapes; & Odeto de Selva, dicti Christianissimi Regis in Magno suo Consilio consiliario, & ejusdem apud prædictum potentissimum & serenissimum Angliæ Regem oratore sive ambassiatore residente; & dicti illustrissimi & potentissimi Regis Christianissimi commissariis, oratoribus, deputatis, & procuratoribus ad infra scripta sufficientem autoritatem habentibus, convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis, cùm in tractatu pacis perpetuæ nuper inter oratores illustrissimorum & potentissimorum principum felicissimæ memoriæ Henrici octavi, Regis Angliæ defuncti, & Francisci, Francorum Regis Christianissimi, de data septima die mensis junii, anno Domini 1546. apud Camp in finibus Guisnarum & Ardeæ, inter cætera, conventum & conclusum extiterit, quòd à die ejusdem tractatus usque ad diem sancti Michaelis Archangeli, qui erit in anno Domini 1554. non licebit alterutri dictorum principum potentissimorum, in civitate Boloniæ fortificationem novam aliquam inchoare; bene tamen licebit unicui-

que eorum munitiones seu fortificationes jam inchoatas perficere & absolvere. Quandoquidem quæstiones aliquot utrinque subortæ sunt, an fortificationes sive munitiones apud montem vulgò vocatum *Mont-Saint Etienne*; aut apud oppidulum illud vocatum *le Portel*; sive apud montem vocatum *la Pointe*; è regione introitus portus Boloniensis, tempore dicti tractatus cœptæ sive inchoatæ fuerint, an non; affirmantibus consiliariis ac ministris præfati illustrissimi & christianissimi Francorum Regis, fortificationes in singulis locis prædictis tempore datæ dicti tractatus inchoatas fuisse & ob id jam perfici & absolvi posse; illustrissimi verò Angliæ Regis ministris ac consiliariis id plenè negantibus; similiter, an fortificationes sive munitiones apud *le Bolemberg*, *Blacnes*, & novum portum aliter dictum *Ambleteuil*, dicto tempore præfati tractatus cœptæ sive inchoatæ fuerint, an non; affirmantibus ministris ac consiliariis dicti serenissimi Angliæ Regis, fortificationes in singulis locis prædictis, tempore ejusdem tractatus inchoatas fuisse, & ob id jam perfici & absolvi posse; Christianissimi verò Francorum Regis ministris & consiliariis id omnino negantibus.

Nos oratores, commissarii, deputati prædicti, ad tollendam deinceps omnem dubitandi occasionem, ac ut pax ista nuper feliciter conclusa feliciùs in multa secula duret, observetur, & perseveret, conclusimus, convenimus, & paciscimur, quòd bene licebit tam dicto serenissimo Regi Angliæ *le Bolemberg*, *Blacnes*, & novum portum, aliàs dictum *Ambleteuil* liberè munire & fortificare, quàm dicto Christianissimo Regi montem prædictum, vocatum *Mont-Saint-Etienne*, etiam nunc liberè munire & fortificare.

Conventum insuper & conclusum est, quòd dictus Christianissimus Rex, hæredes successoresve sui, durante termino in præfato tractatu specificato, nullam aliam fortificationem sive munitionem inchoare, incohatamve aliquam perficere sive absolvere, aut fortificare quoquomodo possint, apud vel juxta *le Portel* & *la Pointe* ad introitum portus Boloniensis, in eisdem dumtaxat remanere statu & forma, in quibus sunt & remanent in præsenti; proviso tamen quod pro tuitione, appulsu, statione & exitu navium, licebit unicuique dictorum potentissimorum principum, absque ulla fortificatione utrinque facere emendationem & reparationem portuum, sive sinuum, quos uterque in civitate Boloniensi tenet juxta facultatem & libertatem illis per dictum ultimum tractatum relictam, & non aliter.

Item. Cùm in duodecimo articulo dicti tractatus etiam inter cætera conventum extiterit, quòd flumen ipsum, quod pontem vulgò vocatum, *Pont de brique*, superfluit usque ad caput & fontem ejusdem fluminis pro limite & termino esse & haberi debeat; quandoquidem plures fontes pluraque capita prædicti fluminis pro limite & termino esse asserantur, convenimus & concordamus, quòd ille fons sive caput illud rivuli illius, qui juxta villam vocatam *Rebes* in præfatum flumen influit, pro capite & fonte ejusdem fluminis, quod pontem illum vocatum *Pont de brique* superfluit, quantum ad limitis prædicti constitutionem & designationem esse & haberi debeat, acsi plures fontes, pluraque capita illius rivuli prope *Rebes* esse inveniantur, quòd fons ille, qui vicinior sive propinquior est ecclesiæ de *Kestes* terminum & limitem constituat, ita ut tam oppidum sive villa Boloniæ unà cum portu Boloniensi, quàm alia omnia oppida,

villæ, castra, munitiones, terræ, flumina, portus, &c. & loca quæcumque comitatus Boloniensis citra dictum flumen fontemque ac caput ejusdem fluminis, sicut præfertur, tam in dicto tractatu descripta, quàm nunc etiam declarato, ad dictum serenissimum Angliæ Regem, hæredes & successores suos, durante termino in præfato tractatu specificato, cum omnibus fructibus, emolumentis, & utilitatibus eorum integrè spectent & pertinant juxta tenorem dicti tractatus.

Item. Quandoquidem quæstio nuper sublata est, an turris illa, sive ecclesia, sive capella sit, quam vocant *le clocher de Bourin*, à militibus sive subditis dicti serenissimi Regis Angliæ nunc possessa, ex communi Boloniensi, infra limites supra dictos comitatus Boloniensis contineri & comprehendi debeat, an non; asserentibus præfati Christianissimi Regis consiliariis sive ministris, dictam turrem ex comitatu Boloniensi non esse, & ob id ad dictum Christianissimum Regem suum, tanquam comitatus Guisnarum partem sive parcellam, spectare pertinere; serenissimi verò Regis Angliæ consiliariis ac ministris id planè negantibus, ac è contra affirmantibus dictam turrim ex communi Boloniensi, ac intra fines & limites supra dictos esse, & ob id ad potentissimum Angliæ Regem dominum suum spectare & pertinere; nos commissarii, oratores, deputati prædicti, quoniam hæc tota quæstio facti est, cujus facilius probatio in partibus ultramarinis, quàm hìc citra haberi possit, convenimus & conclusimus, quòd tam supra dicta quæstio, quàm quæstiones aliæ limites supra dictos tangentes sive concernentes, si quæ tales occurrerint, per commissarios à dictis principibus, intra duos menses proximos ad hoc deputandos, discutientur & finientur. A quibus quidem commissariis, si per antiqua documenta, aliasve legitimas probationes qualcumque, inventum, definitumve fuerit, dictum locum sive turrim *de Bourin* ex comitatu Guisnarum esse, & ad dictum Christianissimum Regem ex fœdere ac tractatu prædicto spectare & pertinere debere, tunc & in eo casu, immediatè post sententiam sive definitionem hujusmodi, tenebuntur milites & subditi quicumque præfati serenissimi Regis Angliæ possessionem ejusdem loci & turris liberam & vacuam dicto Christianissimo Regi relinquere, & sic de facto relinquent.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd præsens tractatus à dictis illustrissimis principibus, infra 40. dies post datam hujus tractatus, ratificabitur & confirmabitur, ac in literas eorum patentes, magnis eorum sigillis muniendas, & per eosdem manibus suis propriis subscribendas, redigetur; ipsasque literas confirmatorias subscriptas, ut præfertur, sigillatas uterque princeps alterius principis oratori, sive commissario, oratoribus sive commissariis ad hoc autoritatem habenti, sive habentibus, invicem tradet realiter & cum effectu; ac præfatus Christianissimus Rex requisitus in præsentia oratoris sive commissarii, oratorum sive commissariorum, à dicto serenissimo Angliæ Rege ad hoc potestatem habentis seu habentium, se omnia & singula prædicta, quatenus eum concernunt, perimpleturum, sacrosanctis Dei evangeliis tactis jurabit.

Item. Cùm prædictus serenissimus Angliæ Rex adhuc sit in minori ætate constitutus, qua ex re forsan in futurum super validitate & efficacia præsentis tractatus nonnulla dubia oriri possent, ut ea dubia è medio tollantur, ac omnis disputationis scrupulus, quantum fieri potest, removeatur, conventum, concordatum, at-

que conclusum est, quòd illustrissimus & clarissimus Princeps Eduardus, Dux Somerseti, ejusdem serenissimi Angliæ Regis avunculus ac personæ suæ gubernator, regnorumque & dominiorum ejusdem protector, nomine protectoris, quo fungitur, cæterisque ejusdem serenissimi Angliæ Regis consiliarii, infra terminum præfatum quadraginta dierum, omnia & singula in hoc tractatu contenta per literas suas patentes, suis sigillis sigillatas, ac manibus propriis subscriptas, ratificabunt, autorisabunt, ac confirmabunt, illaque omnia se fideliter observari, realiterque perimpleri à dicto serenissimo Angliæ Rege, & per eumdem jurari, cùm venerit ad legitimam ætatem, facturos & cum effectu curaturos promittent & obligabunt, atque de his omnibus perimplendis ac observandis fidem ac jusjurandum, tactis sacrosanctis evangeliis, præstabunt in præsentia oratoris sive commissarii, oratorum sive commissariorum ad hoc autoritatem à Christianissimo Rege habentis, sive habentium; cui quidem oratori sive commissario, oratoribus sive commissariis, dictas literas confirmatorias & ratificatorias, in forma prædicta expeditas, tradet realiter & cum effectu.

SOUS LE REGNE D'HENRI II.

CONTRAT DE MARIAGE D'ANTOINE DE BOURBON, Duc de Vendomois, avec Madame Jeanne d'Albret, Princesse de Navarre. A Moulins le 20. octobre 1548.

Navarre. 1548. 20. octob.

HENRI par la grace de Dieu Roi de France: A tous presens & à venir, salut. Comme un de nos plus grands & singuliers desirs, soit de voir les Princes de nôtre roiaume, & mêmement ceux qui de plus prés nous attiennent de sang & de lignage, joints & unis sous nôtre Couronne, & unis ensemble pacifiquement en bonne paix, amitié & union; connoissant que de ladite union & loiauté, obeissance & fidelité qu'ils nous portent, nôtre roiaume en demeure plus grandement asseuré & établi, & la grandeur de nôtre Couronne plus honorée, soutenuë & défenduë; sachant aussi que le plus ferme lien pour conjoindre & asseurer les amitiez, est celui du mariage; desirant pour cette cause aprocher la Maison de nôtre tres-cher & tres-amé cousin le Duc de Vendomois, qui aprés nôtre fils le Daufin est le plus prochain de nôtre Couronne, avec celle de nos tres-chers & tres amez oncle & tante, les Roi & Reine de Navarre, & de nôtre tres-chere & tres-amée cousine Jeanne, Princesse de Navarre, leur fille. Voiant aussi & connoissant, que le mariage de nôtredit cousin le Duc de Vendomois, & d'icelle nôtre cousine Jeanne, Princesse de Navarre, est grandement sortable, & suivant nôtre vouloir desiré d'une part & d'autre: Savoir faisons, que nous considerant ce que dessus, & aprés avoir entendu le consentement commun des parties, lesquelles en la presence de Nous, & de nos amez & feaux notaires & secretaires de la Maison de France souf-

ſignez, furent preſens en leurs perſonnes, à ſavoir, nôtre couſin le Duc de Vendomois, & nôtre tres cher & tres-amé couſin le Cardinal de Bourbon, ſon oncle, d'une part; & noſdits oncle & tante les Roi & Reine de Navarre, & nôtre couſine la Princeſſe de Navarre, leur fille, d'autre part; entre leſdites parties a été accordé le mariage futur, qui au deſir de Dieu ſe fera en face de ſainte Egliſe entre nôtredit couſin Antoine, Duc de Vendomois, & nôtredite couſine Jeanne, Princeſſe de Navarre, ſelon la forme & teneur de certains articles, leſquels de l'accord & conſentement deſdites parties ont été paſſez & accordez en nôtre preſence, en la forme qui enſuit.

Ce ſont les articles du pourparlé du mariage entre tres-hauts & tres-excellens Prince & Princeſſe, Monſeigneur Antoine, Duc de Vendomois; & Madame Jeanne, Princeſſe de Navarre, fille unique de tres-haut & tres-excellent Prince Henri, par la grace de Dieu Roi de Navarre, & de Dame Marguerite de France, Reine & Ducheſſe, & en la preſence, & du plaiſir & bon vouloir du Roi.

Premierement, que ledit ſieur Duc de Vendomois, diſpenſation catolique premierement obtenuë & impetrée, prendra ladite Dame Princeſſe de Navarre, avec le vouloir & conſentement de ſeſdits pere & mere, à femme & épouſe: & lad. Dame Princeſſe prendra ledit ſieur de Vendomois à mari & époux; en faveur & contemplation duquel mariage, leſdits Roi & Reine de Navarre, pere & mere de lad. Dame Princeſſe, conſtitueront & aſſigneront en dot de mariage pour leurd. fille la de ſomme cent mille écus d'or ſoleil, qui ſeront paiez en cette maniere: c'eſt a ſavoir par chacun an la ſomme de vint-cinq mille liv. de laquelle ſomme dix mille l. ſeront au lieu d'intereſt pour l'entretenement de lad. Dame Princeſſe; & les quinze mille livres deſdits vint-cinq mille livres ſeront deduits & comptez en ſort de paiement de la ſomme de cent mille écus, juſqu'au parfait & entier paiement d'icelle; de laquelle ſomme de cent mille écus les deux tiers ſortiront nature de propre du côté & ligne de ladite Dame Princeſſe, & des ſiens, ſi autrement par elle n'eſt diſpoſé, ou bien ladite ſomme juſqu'audit tiers. Auſſi a été accordé, que là où par ci-aprés ladite Dame Reine de Navarre iroit de vie a trépas, auparavant ledit Roi de Navarre ſon mari, & que depuis, ledit Roi de Navarre convolât en ſecondes noces; & que dudit mariage y eût enfans mâles, ou un ou pluſieurs; que pour l'aſſignation, ou paiement de ladite ſomme de cent mille écus, ladite Dame ne demeurera excluſe, qu'elle ne puiſſe audit cas avoir ſon droit de legitime és biens & ſucceſſion de ſondit pere, ſelon la qualité de ſes maiſons, & coûtumes des lieux, où ſeſdits biens ſont ſituez & aſſis, en raportant la moitié de ce qui ſe trouvera avoir été paié de ladite ſomme de cent mille écus, durant & conſtant le mariage deſdits Roi & Reine de Navarre, & le total de ce que ledit Roi de Navarre lui pouroit avoir paié ſur icelle ſomme, aprés le trépas de ladite Reine ſa femme: & moiennant ce que deſſus, ledit ſieur Duc de Vendomois a doüé & doüe ladite Dame Princeſſe de doüaire prefix, a icelui prendre ſi-tôt que doüaire aura lieu, c'eſt à ſavoir, la ſomme de douze mille livres de rente, ou revenu, par chacun an, la vie durant de ladite Dame Princeſſe, ſoit qu'elle demeurât en viduité, ou qu'elle convolât en ſecondes noces; & lequel doüaire ledit ſieur Duc de Vendomois ſera tenu aſſeoir & aſſigner, & dés à preſent aſſignera ſur le comté de Marle, terres & ſeigneuries de

Vendeüil & Ham, jusqu'à la concurrence de ladite somme de douze mille liv. par chacun an ; & en cas que lesdites terres ne valussent de revenu par chacun an ledit doüaire, le surplus sera fourni de proche en proche jusques à l'entiere assiette & parfournissement d'icelle ; & aura ladite Dame pour son habitation la maison de Marle, ou la maison de la Fere, telle des deux que ladite Dame voudra choisir & elire, meubles & ustanciles selon son état & qualité, jusques à la valeur de dix mille livres, & sans que ladite habitation puisse être comptée sur ledit doüaire de douze mille livres de revenu dessus assigné.

Aussi a été convenu pour la conservation & perpetuation desdites hautes Maisons, que le premier mâle, qui sortira dudit mariage, succedera en tous & chacuns les biens desdits futurs mariez qu'ils ont de present, ou qui leur pouront échoir ci-aprés par succession directe ou collaterale : & avenant le cas desdites successions échûës à ladite Dame Princesse aprés son trépas, ledit mâle portera les armes écartelées de Navarre & de France, le quartier de France tel que ceux de la Maison de Bourbon le portent ; à la charge de pourvoir aux puisnez, selon leur état & coûtumes des Maisons, & de doter ou marier les filles en argent, ainsi qu'il sera avisé selon leur qualité. Sera tenu ledit Duc de Vendomois enjoailler ladite Dame Princesse sa future épouse des bagues & joiaux à elle convenablement apartenans, & selon son état & qualité. A été accordé, que lesdits mariez seront uns & communs ensemble en tous meubles & conquests, qui se feront durant & constant leurdit mariage. Si ledit mariage est dissolu par le trépas dudit Duc de Vendomois, soit qu'il ait enfans, ou non, ladite Dame Princesse survivant poura prendre & choisir ladite communauté, ou bien renoncera à icelle, si bon lui semble ; auquel cas demeurera franche & quitte de toutes dettes & hipoteques. Et poura neanmoins ladite Dame retenir franchement & quittement tous ses habillemens, bagues, & joiaux servans à sa personne, jusques à la valeur de dix mille écus d'or soleil ; ensemble les bagues & joiaux, qu'aura aportez avec ledit sieur Duc de Vendomois, selon qu'ils auront été baillez par inventaire, si d'iceux autrement ladite Dame n'en avoit disposé : & encore prendra son doüaire & propre tel que dessus.

Si dudit mariage y a enfans, & que ledit Duc de Vendomois allât le premier de vie à trépas, ladite Dame Princesse sera usufruitiere & administratrice de tous & chacuns les biens desdits enfans, & en aura le gouvernement & administration durant le tems qu'elle sera & demeurera en viduité, jusqu'à ce que les enfans mâles aient l'âge de dix-huit ans, & les femelles l'âge de quinze ans complets ; sans qu'elle soit tenuë de rendre compte & reliqua, en promettant acquiter les charges ordinaires de ladite maison, & entretenant lesdits enfans selon leur état & qualité, en gardant les decrets desdites Maisons. A ce faire a été present Monseigneur le reverendissime Cardinal de Bourbon *, oncle dudit Duc de Vendomois, lequel a eû pour agreable tout le contenu en ces presens articles, & pourparler de mariage ; & en faveur d'icelui, a declaré avoir fait ci-devant donation audit Duc de Vendomois, son neveu, des terres de Condé, & la Ferré en Brie, apartenances & dependances, à lui échûes par le partage des Maisons de Vendôme & de Luxembourg. Reçû par Germain le Carron & Etienne Duvesme notaires au Châtelet de Paris, en date du quatrieme avril mille cinq-cens quarante-sept ;

* Louis, Archevêque de Sens.

& laquelle donation, entant que besoin seroit, ledit seigneur reverendissime Cardinal a declaré *** que haute & puissante Dame, Dame Françoise d'Alençon, Duchesse de Beaumont, Doüairiere de Vendomois, mere dudit sieur Duc, l'a reconnu & declaré, en faveur du present mariage, son fils aîné & principal heritier, & comme tel lui a donné, cedé, & transporté tous & chacuns les droits, qui lui peuvent competer & apartenir en la succession des duchez d'Alençon, comté de Perche, d'Armagnac, baronnies, terres & seigneuries du ladite succession, aux conditions & modifications contenuës audit contrat de donation reçû le quatorzieme jour de mai, mille cin-qcens quarante-sept, pardevant Le Page, tabellion de la Fleche, & a promis ledit seigneur reverendissime Cardinal, dedans six mois prochainement venans, faire ratifier par ladite Dame le contenu en ces presens articles, & pourparlé de mariage. Fait à Moulins le vintieme jour d'octobre, l'an mil cinq-cens quarante huit. Signé, *Bochetel. Clausse. Du Tiers.* *

*Ils étoient tous trois secretaires d'Etat.

Lesquels traité, accord, promesses, obligations, cessions, transports, & toutes autres choses en ces presentes letres contenuës & écrites, lesdites parties, & chacune d'elles endroit soi, & en tout ce qui leur touche & peut toucher, ont promis & promettent par leur foi & serment de leurs corps, & en parole de Princes, baillée és mains desdits notaires & secretaires, dessous la soumission, hipoteque, & obligation de tous & chacuns leurs biens & ceux de leurs hoirs, meubles & immeubles, presens & à venir, lesquels ils ont soumis & soumettent à toutes Cours & Jurisdictions, de l'inviolablement entretenir, observer, & accomplir de point en point, & avoir agreable, ferme, & stable tout le contenu en cesdites presentes, sans aller ni venir par eux, ou par autres, au contraire, directement ou indirectement, en quelque sorte & maniere que ce soit; & en ce faisant ont renoncé & renoncent lesdites parties & chacune d'icelles par leursdits foi & serment, à tout droit écrit, canon & civil, us, stile & coûtumes, & usances de ce païs, à ce derogeans & contraires: & outre ce, ont voulu & accordé lesdites parties, que toutes clauses, & autres choses servans à l'efficace de ce present traité se puissent ci-aprés mettre & aposer au dire de sages......

Toutes lesquelles choses ont été faites, passées, & accordées par les personnes, & en la forme que dessus, & en la presence, de l'exprés vouloir, accord & consentement de nous, autorisant & aprouvant tout le contenu audit contrat en tous ses points & articles entierement, & selon leur forme & teneur, condamnant lesdites parties respectivement à l'entiere observation, entretenement, & accomplissement d'icelui traité. En têmoin & aprobation de quoi, Nous avons fait mettre nôtre seel à cesdites presentes. Données à Moulins au mois d'octobre, l'an de grace 1548 & de nôtre regne le deuxieme: Par le Roi, signé, *Bochetel*; & à côté, *visa*, & seellées sur lac de soie de cire verte.

TRAITE' ENTRE LE ROI HENRI II. ET EDOUARD VI. *Roi d'Angleterre, pour la restitution de Boulogne à la France, fait entre Boulogne, & la riviere de Lyene, le 24. mars. 1549.*

Angleterre. 1549. 24. *mars.*

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitias præsentes litteræ pervenerint, salutem. Cùm multa sint in bonis principibus & magnis viris laude dignissima, nihil tamen præclarius majorique commendatione, ac seculorum omnium memoria celebrandum magis unquam extitit, quàm cum ita se natos meminerint, ut ad suorum omnium salutem, studia, suaque omnia, suasque cogitationes omnes conferendas putent, atque si ita suos ab omni injuria teneant ac defendant, ut tamen paci, & publicæ quieti, quoad ejus fieri possit semper consultum velint. Quo fit, ut cùm meritò nobis gratulari debeamus, tum præcipuè Deo optimo maximo gratias agere, qui talem mentem dedit potentissimis & invictissimis Henrico, Francorum Regi Christianissimo, hujus nominis secundo; & Eduardo VI. Angliæ, &c. Regi, ut pronis animis in fœdera coirent, & inter se eam pacem stabilirent, quæ in infinitas ætates ad posteros esset transitura; idque eo majori suorum civium & commodo, & desiderio, quo post tot malorum, & calamitatum injurias, quas innocua plebs ad hanc usque diem maximas pertulit, majus periculum erat ne calamitatis quotidie injuriis gravius multo tantorum regum exulcerarentur animi, odiaque prima adhuc & vitæ, & imperii ætate concepta, cum animis veterascerent, ac proinde maximo utriusque regni malo altiùs radices agerent, ut difficillimum esset ea ex animis avelli, nisi dissidiorum, simultatum, bellorum, diffidentiæ materiam primis incunabilis imperii sui deponerent, atque abjicerent proque, his mutuam benevolentiam, sinceramque amicitiam inirent, quo optimis principiis facta efficiorum vicissitudine, & temporum successione propagaretur, arctiorique tandem vinculo sanciretur.

Itaque optimi illi Principes, & duo totius orbis christianissi lumina, tametsi nullas privatas simultates inter se gerebant, reliquias tamen bellorum à majoribus traditas, quasi per manus cùm accepissent, eas ut tollere & penitùs extirpare, concordiaque, ac mutua benevolentia consopire possent, diligenter elaboraverunt, ne malum hoc latiùs serperet, & majoris dissidii, velut ex fomite incendium, seminarium quoddam suscitaret. Quòd eo magis divini numinis providentia, incredibilique quadam bonitate naturæ, in ipsis factum videri debet, quòd cùm utrumque, & ætas, quæ bellorum avidior esse solet, & vitæ disciplinæ ratio ad arma stimularet, memores tum quantum bello pacem prætulerit servator noster Christus, qui ad patrem rediturus, suæ erga nos benevolentiæ perpetui pignoris loco salutarem pacem nobis est elargitus, judicio quodam animi, & certo consilio ad pacem & concordiam regnorum & imperiorum conservatricem, tam promptè inclinarunt, ut non sit ulla futura tam ingrata posteritas, quæ non eos dignos immortalitate sit judicatura. quibus tantoperè publica quies, & communis omnium salus, curæ fuerit, ac magis etiam quàm propriæ laudis & gloriæ amplificandæ studium. Ac quo magis pax inter eos stabiliretur

tur', sunt ab ipsis hæ leges, ea pacta, ea conventa posita, quibus obfirmata nulla unquam hominum perversitas tanta esset futura, ut eam tollere, sed ne labefactare quidem posset; quin posteris, & Regibus, & subditis, à bellis quietem, & cum felicitate tranquillum otium tantorum non sine summa laude & benevolentia Regum, qui autores exstiterunt, esset allatura. Nos igitur Franciscus de Montmorency, dominus de la Rochepot, Insulæ Franciæ Prorex atque Gubernator, nec non ejusdem Christianissimi Regis in Picardia legatus, seu locumtenens generalis; & Gaspar de Coligny, dominus de Châtillon, ejusdem Regis in absentia dicti domini de la Rochepot, etiam legatus, seu locumtenens generalis in comitatu Boloniensi gallorumque peditum præfectus, ac insignis Ordinis divi Michaëlis, Eques auratus; Andreas Guillard, dominus du Mortier, etiam Eques auratus, & ejusdem Christianissimi Regis in Consilio suo sanctiore, & privato consiliarius; & Guillelmus Bochetel, dominus de Sassy, ejusdem Christianissimi Regis Consiliarius, & status regni à secretis, ac etiam Ordinis Sancti Michaëlis ab actis, seu grapharius; oratores, commissarii, procuratores, & ambassiatores ad infra scripta autoritatem habentes, cum egregiis, magnificis, & nobilibus viris dominis, Joanne de Bedford, privati sigilli ejusdem serenissimi Regis Angliæ, Custode; Guillelmo Paget, domino de Beaudesert, Ordinis Jarterii Equitibus auratis; Guillelmo Peter, secretario primario; & Joanne Masone, in lingua gallicana etiam ejusdem Regis Angliæ secretario, Equitibus auratis, præfati Regis consiliariis, oratoribus, commissariis, procuratoribus, ambassiatoribus ad infra scripta sufficienter autorisatis, quod fœlix faustumque sit, convenimus, concordavimus, & conclusimus, atque autoritate commissionum nostrarum pro præsente, convenimus, concordamus, & concludimus articulatim prout sequitur.

Imprimis, conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd inter prædictos illustrissimos & potentissimos Reges, eorumque hæredes & successores, qui in regnis Francorum & Anglorum, futuris temporibus, regiam majestatem fuerint adepti, regna, terras, dominia, civitates, castra, oppida, villas, vicos, ab utrovis nunc possessa, aut imposterum possidenda, nec non subditos, clientes, vassallos, sit vera, stabilis, firma, immobilis, sincera, perpetua, & certa pax, amicitia, confœderatio, unio, liga, & summa concordia, non solùm quoad ipsis Reges vitam egerint, quam Deus sua clementia & bonitate quàm longissimam esse velit; sed in omne ævum duraturam.

Item Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd quandiu hæc pax & amicitia integra inviolataque permanebit, omnes & singuli præsentis utriusque præfati regni, omniumque terrarum, & dominiorum, quæ nunc ab utrolibet prædictorum Regum possidentur, ac imposterum possidebuntur, incolæ, quacunque dignitate, quocumque statu & conditione extiterint, poterunt sese mutuis officiis amicitiæ prosequi, & excipere, liberè, tutò, securè, ultro citroque terra marique, ac fluminibus, commeare, navigare, inter se contrahere, emere, vendere, illic quamdiu velint morari, vel hinc inde, quando quæ vi sua, industria, labore, aut quocumque alio justo modo, arte operaque comparaverint, & emerint, visum erit recedere, & abire quæsierint ad suos, vel exteros, quocumque locorum libuerit, sine ullo impedimento, offensione, arrestatione, seu cohibi-

tione, salvo conductu, licentia, & speciali permissione invehere, & transportare, salvis semper & integris regnorum & civitatum legibus, statutis, & consuetudinibus, prout per antiquos pacis tractatus, ligas, & confœderationes facere licuit.

Item. Conventum etiam est pro libero intercursu mercium, & mercatorum utriusque Principis, quòd durante pace prædicta, nulla navis armata, & ad bellum seu guerram parata & instructa egredietur, seu egredi permittetur portus maritimos regnorum Franciæ & Angliæ, nisi priùs satisdederit, ac bonam & sufficientem cautionem præstiterit in manibus Admiraldi Franciæ, seu ejus locumtenentis, vel alterius judicis ordinarii illius loci; & hoc quoad naves Flandriæ, & Admiraldi Angliæ, seu ejus locumtenentis, aut custumariorum prædictorum portuum quoad naves Angliæ, de non invadendo, molestando, deprædando, vel offendendo subditos utriusque principis, aut eorum alterius, nec eorum alligatos, nec eis aliquam injuriam inferendo, &c. sub pœna publicationis navium, & punitionis corporis cum restitutione omnium bonorum, & damnorum quibuscumque illatorum.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd urbs Boloniæ, & portus ejusdem, cum aliis propugnaculis & fortalitiis, captis, expugnatis, extructis, & fortificatis in patria & comitatu Boloniensi, a tempore bellorum novissimè susceptorum inter defunctos bonæ memoriæ principes Franciscum, & Henricum, Franciæ & Angliæ Reges, quæ nunc à dicto serenissimo Rege Angliæ in dicta patria & comitatu Boloniensi possidentur & detinentur, ante sex septimanas à die præsentis tractatus restituentur in manus & potestatem domini Christianissimi Regis, aut ab eo ad id committendorum & deputandorum, ea integritate fortificatione & melioratione, in qua nunc sunt; idque bona fide, & sine dolo malo; simul etiam omnia tormenta, & omnes machinæ bellicæ cum omni suo apparatu, scilicet pulverum, bouletorum, morteriorum, atque omnia alia cum munitione bellica, quæ tum erant, tam in ipsa urbe Boloniensi, quam in præsidiis & propugnaculis circumjacentibus, per dictum Regem Angliæ nunc possessis, antequam in potestatem ejusdem serenissimi Regis Angliæ venerint; quorum si quæ pars perierit, aut ad suum usum inutilis facta fuerit, idem serenissimus Rex Angliæ damnum factum tenebitur resarcire in iisdem speciebus machinarum, formis, viribus, materia, & numero, cumque omni re frumentorum, annona, & reliquo commeatu alendi exercitûs causa comparato, quo tam instructa ea loca fuerint cum in potestatem domini Christianissimi Regis restituentur.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd dictam restitutionem prædictorum locorum, sicut supra dictum est, faciendo in intuitu & consideratione dictarum fortificationum, ac meliorationum, & sumptuum, per dictum Regem Angliæ in dictis locis impensorum, ac ratione etiam tormentorum, seu machinarum, commeatusque, tam rei bellicæ, quam annonæ, dictus Christianissimus Rex tenebitur solvere & tradere dicto Regi Angliæ, seu ab eo deputandis, summam quadringentorum millium coronarum auri de sole, in coronis auri de sole valoris, ponderis, pretii, puritatis, & æstimationis, quibus nunc sunt, & communiter exponuntur in dicto regno Franciæ. Quæ quidem summa, ut sequitur, eidem Regi, ab eove deputandis, in oppido Calesiæ solvetur, videlicet summa

ducentorum millium coronarum auri de sole, valoris prædicti, tum cum realiter, & cum effectu in manus & potestatem dicti Regis Christianissimi, aut ab eo potestatem habentis, dicta urbs Boloniensis, aliaque omnia propugnacula, seu fortalitia, ut dictum est, instructa & munita, restituta fuerint, aut saltem intrà tres dies proximè sequentes; & altera pars prædictæ summæ, summam ducentorum millium coronarum auri de sole conficiens, intra & ante diem divæ Mariæ Virgini sacrum, videlicet decimum quintum mensis augusti proximè sequentis, eidem Regi Angliæ, aut ab eo deputandis, in eodem oppido Calesiæ, ejusdem ponderis, & valoris, sicut dictum est, etiam absolvetur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ut melius utrisque Regibus cautum sit & provisum, Christianissimo videlicet Regi, de urbe Boloniæ, & dictis propugnaculis adjacentibus; Angliæ Regi, de summa quadringentorum millium coronarum auri de sole; obsides utrinque sex numero, intra festum Paschæ proximum dabuntur, quorum nomina sequuntur, videlicet pro parte Christianissimi Regis, dominus d'Anguien, *le Marquis de Maine*, filius domini Ducis de Guise; dominus de Montmorency, primogenitus domini Conestabilis; dominus de la Trimoüille; dominus Vidamus de Chartres; dominus de la Hunaudaie, filius domini Admiraldi; pro parte verò serenissimi Regis Angliæ; dominus Dux de Suffolk; dominus Comes de Herford, primogenitus Ducis de Somerset; dominus Montravers, primogenitus Comitis Arundelli; dominus de Talbot, primogenitus comitis Shrevvsbury; dominus Strange, primogenitus Comitis de Derby; dominus Fitzvvaring, primogenitus comitis Bathoniensis.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd intra dictum diem Paschæ utrique obsides dandi sistent sese, & comparebunt, videlicet ex parte Christianissimi Regis, in oppido *d'Ardres*; & ex parte serenissimi Regis Angliæ, in castro *de Guisnes*; & die proximo sequenti dictum diem Paschæ utrique concomitati ad summum numero ducentorum hominum conveniant in confinibus dictorum locorum, unde dicti obsides utrobique recipiantur, scilicet galli, à deputatis serenissimi Regis Angliæ; Angli verò, à deputatis Christianissimi Regis.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ubi primum dictus serenissimus Rex Angliæ tradiderit & restituerit dictam urbem Boloniæ cum prædictis propugnaculis, sicut dictum est instructis & munitis, domino Christianissimo Regi, aut ab eo deputandis, dictus Christianissimus tenebitur donare libertate prædictos obsides Anglos, ut illis liceat, quoties commodum visum fuerit, Angliam repetere, vel quovis aliò proficisci, aut pro arbitrio ubivis morari.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd solvendo priorem dictæ summæ quadringentorum millium coronarum auri de sole partem, dicto serenissimo Angliæ Regi, aut ab eo deputandis, in prædicto oppido Calesiæ, dictus serenissimus Angliæ Rex tenebitur liberos dimittere tres ex prædictis sex obsidibus gallis, quos Christianissimus Rex, ex dictis sex obsidibus, liberandos duxerit.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus serenissimus Rex Angliæ tenebitur etiam libertate donare reliquos tres obsides gallos, solvendo illi, aut ab eo deputandis, alteram & posteriorem partem prædictæ summæ

quadringentorum millium coronarum auri de sole summam conficientem, ejusdem ponderis, valoris, puritatis, & æstimationis, prout dictum est, quibus obsidibus gallis, dicta posteriore summa persoluta, licebit in Galliam proficisci, & ad suos redire.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd arces seu castra vulgò nuncupata *de Dunglas & Lardre*, in recognoscentia constructa per dictum serenissimum Regem Angliæ, restituentur Reginæ Scotiæ, aut ab ea deputandis, cum suis fortalitiis, & munitionibus, tormentis, & machinis bellicis in dictis castris ad tuitionem & defensionem eorumdem existentibus, exceptis tamen illis machinis, quæ à loco nominato *Gaddingteyn* illuc fuerunt adductæ, idque quam citissimè commodè fieri poterit, & antequam dicto serenissimo Regi Angliæ, aut ab eo deputandis, posterior dictæ summæ quadringentorum millium coronarum auri de sole pars persolvatur. Quibus castris & locis de *Dunglas & Lardre* restitutis, licebit Anglis in dictis locis tunc existentibus, illinc liberè, tutè, securè cum suis sarcinis abire, & quò voluerint recedere, cumque omnibus machinis bellicis à dicto loco de *Gaddingteyn* in præfatas arces de *Dunglas & Lardre* invectis.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd si dictæ arces seu castra de *Dunglas & Lardre* desierint esse in manu & potestate dicti serenissimi Regis Angliæ, nihilominus tamen liber erit ab ea obligatione, qua illa, ut suprà dictum est, restituere spoponderat, & se adstrinxerat, pro quibus, & veluti recompensæ loco.

Item. Serenissimus Rex Angliæ tenebitur oppida & castra de *Roxbovangh & Aymonth*, diruere & solo æquare intrà 40. dies, à die datæ præsentis tractatus; nec licebit dictis serenissimo Angliæ Regi, Christianissimo Regi, Reginæque Scotiæ, dicta loca de *Roxbovangh & Aymonth*, restaurare, aut reædificare. Et ulteriùs, si prædictus serenissimus Rex Angliæ reddat atque restituat prædictas arces de *Dunglas & Lardre*, ut supra conventum est, tum dicta oppida & castra de *Roxbovangh & Aymonth*, diruere & solo æquare tenebitur, si modo dicta Regina Scotiæ quidem voluerit, & fecerit in dictis arcibus, & castris de *Dunglas & Lardre*; quod si acciderit, non licebit dictis serenissimo Angliæ Regi, Christianissimo Regi, Reginæque Scotiæ, eorumve hæredibus & successoribus, posthac restaurare, & reædificare dicta oppida & castra de *Roxbovangh & Aymonth*.

Item, Concordatum, atque conclusum est, quòd cùm dicta Regina regnumque Scotiæ in hoc tractatu pacis veluti confederati dicti Christianissimi Regis comprehendantur, quos dictus Rex Angliæ invadere, aut bello lacessere, non poterit, nisi nova & justa occasione ab ipsis Scotis orta dicta Regina Scotiæ certiorem facere tenebitur dictum serenissimum Regem Angliæ infrà 40. dies à data præsentis tractatus, sub magno sigillo Scotiæ, & præsentem comprehensionem, omniaque in hoc tractatu conventa, quæ ad se suumque regnum pertinent, rata firmaque habebit. Quæ omnia & singula in præsenti tractatu conventa & conclusa sunt, reservatis ipsis serenissimo Regi Angliæ, & successoribus suis, omnibusque aliis, juribus, actionibus, petitionibus, & prætentionibus per eum, tam contra dictum Christianissimum Regem, ejusque successores, quam contra dictam Reginam serenissimam Scotiæ prætensis; necnon ipsis Christianissimo

Regi, Reginæ, regnoque Scotiæ, suisque successoribus eorum in contrarium juribus, actionibus, prætentionibus, defensionibus, & exceptionibus etiam reservatis.

Comprehenduntur etiam pro parte dicti Christianissimi Regis, Carolus quintus, Romanorum Imperator, &c. & in hoc pacis tractatu pro ipsius confœderato perpetuo, ac etiam pro parte serenissimi dicti Regis Angliæ; comprehenditur idem Imperator, secundùm vim perpetuæ confœderationis, quam idem Rex & Imperator, eorum regna, patriæ ac subditi, invicem habent.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd si quid contra vires & effectus præfati tractatus pacis & amicitiæ, terra marive, aut in aquis dulcibus, per vassallum aliquem, subditum, aut alligatum alterius prædictorum principum, attentatum, actum, aut gestum fuerit, nihilominus hæc pax & amicitia in suis viribus permanebit, & pro ipsis attentatis solummodo puniuntur qui damnum attulerint, & non alii.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd hunc præsentem tractatum pacis & amicitiæ domini illustrissimi & potentissimi principes, scilicet dominus Christianissimus Rex & serenissimus Rex Angliæ, de assensu Consilii sui, infrà 40. dies à data hujus præsentis tractatus, confirmabunt & ratum habebunt; ac quod in literas patentes suis ipsorum magnis sigillis muniendas, ac propriis manibus eorumdem principum & consiliariorum dicti Angliæ Regis subscribendas dicta, confirmatio & ratificatio redigetur, ipsasque literas confirmationis, ut dictum est, signis & sigillis munitas, uterque princeps alterius principis oratori sive commissario, oratoribus sive commissariis, autoritatem habenti, seu habentibus, mutuò & reciprocè tradet realiter & cum effectu. Jurabunt prætereà dictus Christianissimus Rex, & dictus serenissimus Rex Angliæ, in præsentia & cum assensu dictorum suorum consiliariorum, & uterque princeps in præsentia ejusdem, sive eorumdem oratorum alterius principis, se omnia & singula prædicta, quatenus eum concernunt, inviolabiliter observaturum & perimpleturum, ac tactis sacrosanctis evangeliis.

TRAITE' DE CONFEDERATION ENTRE LE ROI HENRI II. & Edoüard VI. Roi d'Angleterre, pour le mariage dudit Roi avec Madame Elisabet de France. A Angers le 19. juillet 1551.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint. Nos Guillelmus Marchio de Northampton, Comes Essexiæ, dominus de Par, illustrissimi ordinis Jarterii miles, magnus camerarius Angliæ, & nobilum pensionariorum capitaneus generalis; Thomas, Episcopus liensis; Joannes Masonus, miles, serenissimi Angliæ Regis in lingua gallicana secretarius, & ad Christianissimum Regem orator sive ambassiator; Philippus Hobby, miles, præfati serenissimi Regis à cubiculis, & munitionum bellicarum præfectus generalis; Guillelmus Pietering, miles, præfati Regis item à cubiculis; Thomas Smith, miles præpositus; & Joannes Olivier, legum doctor præfato serenissimo Regi in Cancellaria sua & libellis supplicatoriis consiliarius;

Angleterre. Mariage. 1551. 19. juillet.

oratores mutui & commissarii ejusdem serenissimi Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis, & ad infra scripta sufficienter & legitimè deputati & autorisati, salutem. Postquam depositis armis, & hostilitate remota, per Dei optimi maximi favorem & gratiam inter dictum serenissimum Angliæ, & Christianissimum Franciæ Reges, reconciliatis animis, vetus ille, &c. à parentibus suis Regibus felicissimæ memoriæ diutissimè conservatus, & ab illis ad se transmissus amor, & amicitia mutua redintegrata fuit, de nulla alia re priùs ac potiùs deliberandum princeps uterque censuit, quàm quibus modis hic amor & amicitia mutua, sive affectus fraternus, non solùm in perpetuam stabilitatem conservari, verùm quo modo augeri etiam, atque adeò in dies magis ac magis adolescere in perfectissimum, quantum humanarum rerum natura patitur, necessitudinis statum queat. In qua deliberatione dum versantur, non suis vehementibus affectibus satis indulsisse sibi sunt visi, quantumcumque magnis alioqui se prosecuti fuerint officiis amicitiæ, nisi & eo fuerint insuper vinculo copulati, quod à Deo summo parente in paradiso institutum, omnium humanorum vinculorum fortissimum firmissimumque habetur, quod non animos tantùm amore, verum etiam corpora consanguinitate conjungit, sanguinem sanguini copulat, & cognationis propagine necessitudinem contractam per multas ætates & secula firmissimè transmittit. Hæc est enim natura sacrosancti & divinitùs instituti matrimonii, quod si mox locum habere potuisset, & affinitas optata, sine ulla dilatione, iniri conficique quivisset, nihil utrique principi fuisset antiquius, nihil optatius, ut statum universo orbi foret testatum, quàm infucatè ac verè Rex uterque alterius amicitiam complectatur, quàmque cupiant ardenter ambo eamdem esse æternam, & per vincula nuptiarum indissolubiliter copulatam. Sed quoniam illud nunc ætatis ratio fieri non patitur, quod unum est proximumque, quod hoc tempore fieri potest, de matrimonio contrahendo, cùm primùm tempus ætasque permittet, inter præfatum serenissimum Angliæ Regem, & illustrissimam dominam Elisabetam, prædicti Christianissimi Regis filiam natu majorem, communicandum duxerunt. Nos igitur præfati serenissimi Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Regis consiliarii, oratores, procuratores, & commissarii sufficienter autorisati, & matrimonio prædicto contrahendo cum illustribus præclaris, ac nobilibus viris, Carolo, miseratione divinâ tituli S. Ecclesiæ Romanæ Presbytero Cardinale de Lotaringia, Archiepiscopo, & Duce Rhemensi, primo Pari Franciæ; Odeto, Sancti Adriani Diacono Cardinale de Chastillon, Episcopo & Comite Bellovacensi, Pari Franciæ; Anna Duce Montmorenci, Pari, Conestabulario, & Magno Magistro Franciæ, insignis Ordinis sancti Michaëlis equite; Joanne de la Chesnaie, milite, domino d'Evry, Generali Financiarum; in sanctiori & sacratiori Consilio Christianissimi Francorum Regis consiliariis, oratoribus, procuratoribus, & commissariis ejusdem Christianissimi Regis ad infra scripta sufficienter & legitimè deputatis & autorisatis, convenimus, concordavimus, & conclusimus, atque autoritate commissionum nostrarum, quarum tenores inferiùs inseruntur, convenimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis conventum, concordatum, atque conclusum est, inter oratores prædictos, nominibus & autoritatibus quibus supra, & præfati oratores, commissarii, & procuratores dicti serenissimi Regis Angliæ, nomine, autoritate, consensu

& assensu prædicto, promiserunt, & per præsentes promittunt, quòd serenissimus Rex per oratorem, vel oratores, commissarium vel commissarios, procuratorem vel procuratores, suum vel suos, ad hoc sufficienter autorisatum vel autorisatos, constitutum vel constitutos, infra unum mensem postquam illustrissima domina Elisabeta ætatem duodecim annorum compleverit, proximè sequentem, ad præfatam principem dominam Elisabetam in regnum Franciæ missum, vel missos, coram duobus notariis, vel testibus ad hoc specialiter vocatis & rogatis, cum eadem domina Elisabeta matrimonium, per verba de præsenti ad hoc apta, realiter contrahet & cum effectu.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, inter oratores prædictos nominibus & autoritatibus quibus supra, & præfati oratores dicti Francorum Regis promiserunt, & per præsentes promittunt, quòd præfatus Christianissimus Rex faciet, & curabit quòd præfata serenissima princeps domina Elisabeta, simili modo tunc & ibidem, coram notariis & testibus prædictis, cum præfato serenissimo Rege Angliæ, ejusve oratore, vel oratoribus, commissario vel commissariis, seu procuratore vel procuratoribus, ad hoc sufficienter, ut præfertur, autorisato, vel autorisatis, & constituto vel constitutis ad eam similiter, ut supra dictum est, misso vel missis, matrimonium, per verba de præsenti ad hoc apta, realiter contrahet, & cum effectu.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est inter oratores prædictos, nominibus & autoritatibus, quibus supra, & præfati oratores Regis Angliæ per præsentes promittunt, quòd si præfato Francorum Regi placuerit aliquo tempore, postquam præfata domina Elisabeta duodecimum ætatis suæ annum impleverit, & post transitum unum mensem, supra dicto duodecimo anno expleto, immediatè sequentem, ad eundem Regem Angliæ mittere oratorem seu oratores, commissarium seu commissarios, procuratorem vel procuratores, per præfatam dominam Elisabetam ad matrimonium, ut præfertur, inter eosdem Regem Angliæ & dominam Elisabetam contrahendum, sufficienter autorisatum vel autorisatos, tunc præfatus Rex Angliæ, coram notariis & testibus ad hoc vocatis & rogatis, cum eodem commissario vel commissariis, oratore vel oratoribus, procuratore vel procuratoribus ad eum, sicut præfertur, misso vel missis, sufficienter ad hoc, ut præfertur, autorisato vel autorisatis, matrimonium per verba ad hoc apta realiter ocntrahet, & cum effectu.

Item. Conventum etiam & concordatum est inter oratores prædictos, nominibus & autoritatibus quibus supra, & prædicti oratores Francorum Regis promiserunt, & per præsentes promittunt, quòd idem Rex, hæredesve & successores sui, suis sumptibus & expensis transmittet & traducet, transmitti & transduci faciet, transmittent & traducent, transmitti & transduci facient, præfatam dominam Elisabetam filiam suam christianissimam, taliter tamque honorificè, ut decet talem tantamque principem transmitti sive traduci, infra duos aut tres ad summum menses, ad prædictum contractum matrimonialem, post præfatæ principis dominæ Elisabetæ duodecimum ætatis suæ annum expletum, per verba de præsenti, ut præfertur, contractum, proximè & immediatè sequentes, usque ad & in oppidum de Grenewich, vel aliquod oppidum in Anglia magis commodum, intra decem milliaria a prædicto oppido, prout dicto Regi Angliæ pro eo tem-

pore videbitur opportunum; idemque Rex Angliæ, infra quinque vel sex dies, aut quam citiùs fieri poterit, post dictam traductionem in prædictum oppidum factam, proximè & immediatè sequentes, cum præfata domina Elisabeta palam publicè, & solenniter in facie ecclesiæ, matrimonium contrahet & solemnisabit. Volunt tamen, concludunt, & concedunt oratores partium prædictarum, quod præfata domina Elisabeta, post prædictam traductionem, continuò erit & manebit in custodia commissariorum præfati Francorum Regis, donec & quousque supradictum matrimonium inter dictum Angliæ Regem, & ipsam dominam Elisabetam, fuerit in facie ecclesiæ debitè celebratum & solemnisatum.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd dictus Franciæ Rex, heredes & successores sui, prædicto matrimonio illustrissimæ Elisabetæ ante dictæ cum dicto serenissimo Angliæ Rege, ut præfertur, habito & contracto, nomine dotis, & pro dote dictæ illustrissimæ dominæ Elisabetæ, dabit & solvet, darive & solvi faciet dicto Regi Angliæ, ejusdemve deputato sive deputatis, summam ducentorum millium coronarum boni auri, justi ponderis, moderni valoris, terminis, modis, & formis sequentibus, videlicet primam medietatem, in die solemnisationis matrimonii, & ante dictam solemnisationem; & aliam medietatem, infra annum ex tunc proximè sequentem, pro cujus partis solutione certiore, prædictus Christianissimus Rex, eodem tempore, & ante prædictam solemnisationem, literas suas obligatorias in ea forma, qua obligationes de pœna quinquaginta millium coronarum auri in hoc præsenti tractatu comprehensa fieri debent, factas, præfato Regi Angliæ, vel ejus deputato, tradet aut tradi faciet & curabit.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd præfatus Angliæ Rex, per literas patentes manu sua subscriptas, & magno sigillo suo sigillatas, ac in debita juris forma conceptas, dabit, concedet, constituet, & assignabit præfatæ dominæ Elisabetæ talem & tantum douarium seu douationem propter nuptias, qualem & quantum aliqua Regina Angliæ solebat habere, & præsertim talem & tantum qualem præclarissima domina celebris memoriæ Catharina, filia Fernandi Regis Castellæ, aut aliqua Regina Angliæ, nuper uxor felicissimæ memoriæ Regis Henrici octavi, tempore vitæ suæ habuit, tenuit & possedit, videlicet annuatim decem millia mercarum, sive viginti millia nobilium Angliæ monetæ, uno quoque nobili viginti grossos monetæ Angliæ valente, in terris, territoriis, & dominiis, & de eodem douario sive douatione propter nuptias ipsius, secundùm leges, statuta, & consuetudines regni Angliæ, adeò securam reddet & assecurabit, sicut præfata domina Catharina, seu aliqua Regina Angliæ, de douario sive douatione propter nuptias assecurata fuerit, aut assecurari debuerit. Quod quidem douarium, sive douationem, præfata illustrissima princeps domina Elisabeta tenebit & possidebit, eisdemque & eorum singulis gaudebit & utetur ad utilitatem suam propriam, in modum douarii sive douationis propter nuptias, quamdiu vixerit in humanis, tam liberè, amplè, & securè, quàm dicta domina Catharina, aut dicta alia nuper Regina Angliæ, unquam tenuit, habuit & possedit; licebitque præfatæ dominæ Elisabetæ, casu quo supra dictum Angliæ Regem supervixerit, liberè, tutè & securè intra regnum Angliæ manere, ac inde in regnum Franciæ, aut alium locum quemcumque, cum jocalibus, auro, & argento, & omni supellectili sua, &

servitorum

familiarium & officiariorum,& aliis suis rebus quibuscumque, securè, tutè & liberè venire, & ibi, quamdiu voluerit, moram trahere, & illinc in regnum Angliæ trahere & redire quoties & quando eidem dominæ Elisabetæ placuerit, absque tunc Regis Angliæ, aut alterius, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existat, contradictione, molestatione, vel impedimento quocumque. Quas quidem patentes & assecurationem in debita & sufficienti juris forma factas & expeditas præfatus Angliæ Rex, die & loco solemnisationis matrimonii prædicti, ante tamen eamdem solemnisationem, commissario dicti Francorum Regis tunc præsenti, eidem Regi Francorum, ejusve hæredibus & successoribus tradendas, ad usum & utilitatem dictæ dominæ Elisabetæ tradet & liberabit, tradive seu liberari faciet. Proviso semper quidem quòd minutæ & verum exemplum dictarum literarum patentium per 16. dies ante traductionem dictæ dominæ Elisabetæ proximè procedentes mittantur ad præfatum Francorum Regem, & ejus Consilium, ad effectum quòd matura deliberatione videantur, inspiciantur, & examinentur, an bene & sufficienter concipiantur in commodum & utilitatem dictæ dominæ Elisabetæ.

Item. Conventum est, quòd præfata domina Elisabeta non solùm dotem, douarium, sive douationem propter nuptias eidem dominæ Elisabetæ per dictum serenissimum Regem, ut præfertur, assignatum, datum, concessum, & assecuratum tenebit, lucrabitur, & possidebit tanquam bona sua propria, casu quo præfatum Angliæ Regem supervixerit, durante vita sua naturali, verùm etiam habebit, lucrabitur, & possidebit omnia & singula alia jocalia, supellectilem omnem, res, & bona alia quæcumque, quæ Reginæ Angliæ post obitum Regum maritorum suorum habere, lucrari, & possidere consueverunt & debuerunt, & eisdem omnibus & singulis quietè & liberè utetur & gaudebit, sive ex isto matrimonio proles fuerit suscitata, sive non, ubicumque locorum, ut præfertur, moram traxerit, sive habitaverit.

Item. Casu quòd dictus serenissimus Rex Angliæ supervixerit eamdem illustrissimam dominam Elisabetam, susceptis ex ea liberis, vel non susceptis, tunc & in eo casu dictus serenissimus Rex, dotem, douarium, seu douationem propter nuptias unà cum omnibus bonis mobilibus ejusdem dominæ Elisabetæ consequetur, habebit, & lucrabitur, in quantum & eo modo quo solitum est fieri secundum consuetudinem regni, & maximè inter Reges & Reginas Angliæ.

Item. Ut prædictum matrimonium inter præfatum serenissimum Regem, & illustrissimam dominam Elisabetam, locis, terminis, modisque & formis supradictis, cum effectu contrahatur, & solemnisetur, contractum atque conclusum est inter oratores prædictos, & autoritate qua supra, quòd præfatus serenissimus Angliæ Rex, per literas suas patentes, magno sigillo suo velatas, & manu sua subscriptas, præfato Christianissimo Regi, hæredibus & successoribus suis, obligabit se, hæredes & successores suos, regna, terras, patrias, dominia, villas, & oppida sua quæcumque, & bona sua omnia & singula mobilia & immobilia, præsentia & & futura, ubicumque fuerint reperta, necnon personas, ac bona omnium & singulorum subditorum suorum, cujuscumque gradus, status, aut conditionis existant, sub pœna quinquaginta millium coronarum auri, prædictum matrimonium inter se & præfatam illustrissimam dominam Elisabetam, si ad legitimam nu-

bendi ætatem pervenerit, ac omnia & singula in hoc tractatu comprehensa debitum juxta forma præsentis tractatus sortientur effectum. Et si forte steterit aut stabit per præfatum Angliæ Regem, aut per quemcumque modum sive eventum, præterquam per præfatam illustrissimam Elisabetam, aut ejus parentes, vel per mortem alterius contrahentium, quod Deus avertat, quominus dictum matrimonium per verba de præsenti, post completum duodecimum ætatis dominæ Elisabetæ annum, ut præmittitur, contrahatur, & modis, terminis, locis, & formis supra dictis, in facie Ecclesiæ debitè solemnisetur, & omnia & singula in hoc tractatu circa prædictum matrimonium firmandum & solemnisandum comprehensa impleantur, tunc & in eo casu dictus Angliæ Rex, hæredes & successores sui, dictam summam quinquaginta millium coronarum auri, & quamlibet ejus partem, in pœnam hujusmodi repudiationis, præfato Francorum Regi, hæredibus & successoribus suis, sine dilatione, contradictione, resistentia, vel excusatione quacumque in civitate Parisiensi solvere teneatur; licebitque præfato Francorum Regi, hæredibus & successoribus suis, si prædicta summa quinquaginta millium coronarum auri, vel qualibet ejus pars, per dictum Angliæ Regem, ut præfertur, solvenda non solvatur, eamdem summam quinquaginta millium coronarum auri, & quamlibet ejus partem, à præfato Angliæ Rege, ejus regnis, patriis, terris, dominiis, villis, oppidis, & subditis, eorumque bonis mobilibus & immobilibus, præsentibus & futuris ubicumque, repertis, tam per terram, quàm per mare, sine contradictione & resistentia quibuscumque, liberè exigere, levare, capere, possidere & detinere.

Et pari modo conventum & concordatum est, quòd præfatus quidem Christianissimus Francorum Rex, ex parte sua, per literas suas patentes sigillo suo magno sigillatas, & manu sua subscriptas, præfato serenissimo Regi Angliæ, hæredibusque & successoribus suis, obligabit se, hæredes & successores suos, regna, terras, patrias & dominia, villas & oppida sua quæcumque, & bona omnia sua mobilia & immobilia, præsentia & futura, ubicumque fuerint reperta, necnon personas omnium & singulorum subditorum suorum, cujuscumque status, gradus, aut conditionis existant, sub pœna quinquaginta millium coronarum auri, quòd faciet & curabit, quòd prædictum matrimonium inter prædictum Regem Angliæ, & illustrissimam dominam Elisabetam, si ad legitimam nubendi ætatem pervenerit, & omnia & singula in hoc tractatu comprehensa debitum juxta formam præsentis tractatus sortientur effectum; & quòd neque per se, neque per alium quemcumque, clam vel apertè, directè vel indirectè, procurabit aut procurari faciet, seu procuranti assensum præstabit, quòd durante minore ætate principum prædictorum, vel alterius eorumdem, vel etiam post lapsum ejusdem, illustrissima domina Elisabeta sponsalia per verba de futuro, seu etiam matrimonium per verba de præsenti, cum alio contrahat; imò pro viribus suis volenti, seu contradicenti resistet & impediet, providebitque, ne id per præfatam dominam Elisabetam fiat, committatur, aut quovis modo attentetur. Et si forte steterit aut stabit per præfatam illustrissimam dominam Elisabetam, vel parentes suos, aut eorum aliquem; vel alium quemcumque, aut per quemcumque modum sive eventum præterquam per præfatum serenissimum Regem Angliæ, aut ejus parentes, vel per mortem alterius contrahentium, quod Deus avertat, quominus dictum matrimonium per verba de præsenti, post completum duodecimum ætatis annum dictæ illustris-

fimæ dominæ Elifabetæ, ut præmittitur, contrahatur, & modis, locis, terminis, & formis fupra dictis, in facie Ecclefiæ debite folemnifetur, & omnia & fingula in hoc tractatu circa prædictum matrimonium firmandum & folemnifandum comprehenfa impleantur; tunc & in eo cafu, dictus fereniſsimus Rex dictam fummam quinquaginta millium coronarum auri, & quamlibet ejus partem, in pœnam hujufmodi repudiationis, præfato Angliæ Regi, fuifque hæredibus & fucceffforibus, fine dilatione, contradictione, refiftentia, vel excufatione quacumque, in civitate Londinenfi folvere tenebitur; licebitque præfato Angliæ Regi, fuifque hæredibus & fucceſſoribus, fi prædicta fumma quinquaginta millium coronarum auri, aut quælibet ejus pars, per dictum Francorum Regem, ut præfertur, folvenda non folvatur, eamdem fummam quinquaginta millium coronarum auri, & quamlibet ejus partem, à præfato Francorum Rege, ejufque regnis, patriis, terris, dominiis, villis, oppidis, & fubditis, eorumque bonis mobilibus & immobilibus, præfentibus & futuris, ubicumque, tam per terram, quàm per mare repertis, fine contradictione aut refiftentia quibufcumque, exigere, levare, capere, poffidere & detinere.

Qua quidem pœna & fumma quinquaginta millium coronarum auri, ut præmittitur, exacta & perfoluta per eam partem, per quam fteterit quominus hoc præfatum matrimonium, ficut præfertur, contrahatur, & modis, terminis, locis & formis fupra dictis, in facie ecclefiæ debitè folemnifetur, neuter prædictorum principum, qui hoc tempore impuberes funt, Rex nimirum Angliæ, & illuftriffima domina Elifabeta; neque Chriftianiffimus Francorum Rex, neque honor, aut confcientia eorum alterius, aut alicujus eorum, ratione ullius rei in hoc tractatu geftæ, factæ, aut comprehenfæ, ulla ex parte onerabuntur, aut illaqueabuntur; fed per commiffionem pœnæ & folutionem eo modo, ut prædicitur, præfatæ fummæ quinquaginta millum coronarum auri, ab omni alia impetitione honoris aut confcientiæ, liberi, exonerati, & immunes erunt, omnes & finguli eorum, aliqua re quacumque in hoc præfenti tractatu acta, gefta, dicta, aut facta, in contrarium non obftante.

Item. Conventum, &c. inter oratores prædictos, quòd omnes & fingulæ literæ obligatoriæ utriufque partis partium prædictarum, de quibus fuperiùs fit mentio, in debita & fufficienti forma, ut prædicitur, expeditæ, commiffariis utriufque partis ad hoc debitè autorifatis hinc inde in civitate Londinenfi, commiffariis Regis Angliæ infra duodecim menfes proximè fequentes poft datam præfentis tractatus effectualiter tradentur.

Item. Conventum, &c. autoritate, confenfu & affenfu prædicto, quòd præfatus Chriftianiffimus Francorum Rex nomine fuo, & nomine illuftriffimæ dominæ Elifabetæ filiæ fuæ; ac etiam præfatus Rex Angliæ fpeciali beneficio cujufcumque reftitutionis in integrum, de jure confuetudinis, aut ftatuto minoribus conceffo, exceptioni pœnæ non folvendæ, per principales contrahentes, vel eorum parentes, in fponfalibus & matrimoniis appofitæ, & generaliter omnibus legum & canonum appellationibus, querelis, procurationibus, exceptionibus, & defenfionibus, ac aliis juris & facti beneficiis quibufcumque huic tractatui contrariis, pura fponte & abfolute, in fcripto & in vim pacti, in fuis literis confirmatoriis exprefsè renunciabit.

Et nos dicti oratores utriusque partis beneficio, cujuscumque restitutionis in integrum, de jure, consuetudinis, aut statuto minoribus concesso, exceptoni pœnæ non solvendæ per principales contrahentes, vel eorum parentes in sponsalibus & matrimoniis appositæ, & generaliter omnibus legum & canonum appellationibus, querelis, procurationibus, exceptionibus, defensionibus, & aliis juris & facti beneficiis quibuscumque, prædictis conventionibus in hoc tractatu factis aliquo modo contrariis pura sponte, & absolutè, in his scriptis & in vim pacti renuntiamus.

Item. Conventum, concordatum, atque conclusum est, quòd uterque Regum prædictorum, per litteras suas patentes magno suo sigillo sigillatas, & manibus suis subscriptas, præsentem tractatum, ac omnia & singula in eodem contenta, acceptabit, ratificabit, & infra sex menses post datam præsentium proximè sequentes confirmabit, easdemque litteras, sicut præfertur, signatas & sigillatas, intra dictos menses vicissim & mutuò tradet, tradive faciet cum effectu.

Sequuntur tenores commissionum.

Eduardus VI. &c. Henri par la grace de Dieu Roi de France, &c.

IN quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, nos oratores, commissarii, & procuratores prædicti Regis Angliæ, has litteras, manibus nostris subscriptas, sigillorum nostrorum appositione muniri, fecimus & roborari. Acta sunt hæc apud Andegavum, decimo nono die mensis julii, anno domini 1551. Sic signatum, *Northampton. T. Elienf. Episcopus. J. Masonne. Philip. Hobby. VV. Pietering. T. Smyth. Jo. Olivier.*

TRAITE' DE CONFEDERATION ET ALLIANCE entre Henri II. d'une part; & Maurice, Electeur de Saxe, & autres Princes & Etats ses alliez, d'autre; contre l'Empereur Charles V. pour la conservation des franchises & libertez des Electeurs, Princes & Etats de l'Empire. Fait l'an 1551. le 5. octobre, & ratifié par le Roi à Chambord le 15. janvier 1551.

Avec les Princes & Etats d'Allemagne contre l'Empereur.

1551. 5. octobre.

NOUS Maurice, par la grace de Dieu, Duc de Saxe, Premier Maréchal, Electeur du Saint Empire Romain, Landgrave de Turinge, & Marquis de Misnie, tant en nôtre nom, que de nôtre cousin, jeune & pupille, le seigneur George-Frederic, Marquis de Brandebourg; & Jean Albert, Duc de Mechlebourg; & Guillaume Landgrave de Hesse, Comte de Catzenelenbogen. Savoir faisons, pour nous, nos heritiers, & successeurs, encore que nous voions clairement les ruses, subtiles pratiques, & effets, par lesquels nôtre ennemi se promet de plus en plus gagner sur nôtre Religion, pour icelle à la fin extirper, & que nous la tenons pour juste, veritable, chretienne, & indubitable, ensorte qu'il ne pouroit être trouvé déraisonnable ni étrange,

si pour resister à une telle contrainte, nous mettions en hazard tout ce que nous avons de puissance en ce monde : toutefois nous avons avisé, que puisque cette affaire touche principalement l'honneur de Dieu, il y pourvoira plus avant; comme il a fait jusques ici par sa divine bonté, & soumettons le tout à sa volonté, & à ce qu'il lui plaira en ordonner, qui est le premier point.

Mais pour le second, qui est de plus grande consequence que nul autre és choses du monde, Nous dessusdits Electeur & Princes, avons tous ensemblement, & chacun particulierement, consideré par combien de pratiques l'Empereur tâche, partie secretement, partie ouvertement, & tend de plus en plus à trouver le moien comme il poura contraindre, non seulement les Electeurs & Princes, mais aussi les Comtes, les Seigneurs, la Noblesse, les villes, & autres sujets de nôtre chere patrie la Germanie, de tomber de leur ancienne franchise & liberté, en une bestiale, insuportable, & perpetuelle servitude, comme il a été fait en Espagne, & ailleurs, & ce en telle sorte que déja il est venu à bout d'une partie de ses desseins : & où il n'y seroit obvié, pouroit aisément parachever le surplus. En aprés, nous avons aussi mis en bonne consideration, que nôtre cousin, beaupere, pere & ami, le Landgrave de Hesse *, sans qu'on ait eû égard à la capitulation, que ledit Empereur avoit faite avec lui, l'asseûrance & foi par lui donnée, somme, contre les accords faits entr'eux, est detenu injustement prisonnier par l'espace de cinq ans, qui nous tourne à un grand deshonneur & moquerie; & qu'il a été contraint à se défendre, & répondre étant prisonnier, és procés intentez pour raison de ses fiefs, seigneuries, & peuples à lui sujets. De sorte que par icelle patience, ou tolerance, nous autres Alemans avons aquis par tout le monde une mauvaise reputation; & sans doute que si nous venions à mourir sans que premier nous eûssions fait à l'encontre quelque chose notable, la posterité chargeroit encore plus nôtre honneur qu'on ne fait à cette heure : Nous avons pesé, pensé, & à la fin resolu, que plûtôt nous voulons attendre & endurer tout danger & necessité, voire la mort, que cette infamie demeure plus long tems sur nous, & par ce pour d'autant mieux pouvoir venir à bout de nôtre dessein, sommes entrez de bonne foi en l'intelligence qui s'ensuit avec Henri II. Tres-Chretien Roi de France, nôtre singulierement aimé seigneur & ami, comme celui duquel les predecesseurs ont fait beaucoup de bien & d'avantage à la Nation Germanique.

* Filippe le Magnanime, dont Maurice avoit épousé la fille.

Ainsi nous voulons par effet, s'il plaît à Dieu, avec force d'armes ôter de dessus nos têtes ce joug de bestiale servitude, telle qu'il est dit ci-dessus, &, sans rien épargner, remettre sus l'ancienne liberté & franchise de nôtre treschere patrie, & Nation Germanique. Pareillement de chercher le moien de délivrer le sieur Landgrave, ci-dessus nommé, lequel contre le droit des gens, toute foi & fiance a été deçû & detenu prisonnier. Et faire tant, aidant la grace de Dieu, que nous en viendrons à bout; à quoi le Dieu du ciel, par son fils Jesus-Christ, & le vrai consolateur, le S. Esprit, nous veüille donner sa grace, heur & prosperité.

Les Etats du Saint Empire, qui en cette entreprise se voudront joindre à nous faire secours, & nous en asseûrer, nous les recevrons amiablement, favorablement, & benignement, & emploierons nos forces avec eux. Mais ceux, qui

se mettront contre nous, ou ne se declareront, comme il est dit, envers nous; ou pour l'empêchement de nôtre loüable entreprise, porteront favoriseront, & secoureront secretement, ou publiquement, l'Empereur, ou ses adherans, de conseil, de fait, d'argent, d'artillerie, gens, passage, ou autre chose, soit ecclesiastiques, ou seculiers, nous les irons chercher, & poursuivrons avec l'épée, le sang, le feu, & les armes; tellement que pour avoir commis une telle infidelité contre la commune patrie de la Nation Germanique, ils recevront, Dieu aidant, la punition qu'ils auront meritée, ainsi que nous nous sommes accordez de le publier par un commun écrit, comme nous nous aviserons qu'il sera à faire.

Sans le sçû & consentement du Roi de France, nous ne ferons aucune paix, ou treve, avec l'ennemi. Semblablement ledit sieur ne fera, & ne veut faire aucune paix ou treve avec ledit Empereur, ses heritiers ou adherans, sans le seû & consentement de tous nous autres.

Aussi nul de nous, sans le consentement des autres, ne poura particulierement faire paix, traité, ou apointement, ains nous tous ne voulons ensemble être ni representer qu'un homme, tant & si longuement que nous aions obtenu ce pourquoi la presente guerre est commencée. Et s'il advient que l'une des parties, avec le seû toutefois & consentement de l'autre, nul n'y contredisant, fasse paix ou treve avec les ennemis, elle ne le poura faire autrement, que tous ses confederez avec leurs pais & sujets, même que tous les gens de guerre, soit comtes, chevaliers, gentilshommes, serviteurs, ou gens de cheval, n'y soient compris, mentionnez & garantis.

S'il est necessaire, nous joindrons nôtre armée avec celle du Roi, comme amiablement nous esperons que ledit seigneur Roi fera, s'il est besoin de joindre avec la nôtre,

En premier lieu, nous tâcherons avec les forces que nous avons, de nous assûrer de ceux, soit voisins, ou autres, qui plus nous pouroient empêcher en cette entreprise, & donnerons ordre d'en être maîtres.

En aprés, nous marcherons droit vers la personne de l'Empereur, soit qu'elle soit pour lors és hautes Allemagnes, ou és bas pais, & où la part que ledit seigneur trouvera bon, & que nous verrons être possible nous servir, & être avantageux pour nous contre l'ennemi.

Et pour l'entretenement des gens de guerre, le Roi de France veut & doit, ainsi que amiablement il nous a acordé, ensemblément, & tout à un coup délivrer & fournir pour les trois premiers mois, la somme de deux cens quarante mille écus, qui sont pour chacun desdits trois mois, quatre-vint mille écus; & pour chacun des autres mois ensuiuans, la somme de soixante mille écus seulement; lesquels deux cens quarante mille écus, ledit seigneur Roi sera tenu fournir & delivrer en la ville de Bâle, dedans le vint-cinquieme jour du mois de février prochain venant.

Nous prendrons avec nous sept mille chevaux, toutefois la plus grande part sera levée hors de nos pais, afin d'empêcher à l'Empereur le recouvrement des gens de cheval étrangers.

Les gens de cheval de nos pais y demeureront, afin que l'un des pais prenne

garde à l'autre, pour se secourir à pied & à cheval l'un l'autre ; à quoi n'y aura aucun abus, ni tromperie.

Plus, nous prendrons & soudoierons tant de gens de pied, & autant de grosse & menuë artillerie qu'il sera besoin ; ensorte que nous soions assez forts pour nous presenter à rencontrer l'ennemi, quel qu'il soit, & en quelque équipage qu'il se trouve, pour lui donner à combatre sufisamment pour un jour.

Singulierement nous sommes accordez, que en cas que les enfans de Jean-Frideric, le vieil Duc de Saxe *, voudroient entrer en cette commune entreprise, nous aurons une asseûrance par écrit, scellée & confirmée par leur pais, dont ils bailleront aussi ôtages, contenant qu'ils n'entreprendront rien à l'encontre de nous, communément, ni en particulier, en quelque maniere que ce soit, & quelle fin que puisse prendre ladite entreprise : & au cas qu'ils seront de ce faire refusans, nous les traiterons & aussi estimerons comme nos ennemis, & procederons contre eux comme ennemis.

* privé de l'Electorat, & detenu prisonnier avec le Landgrave de Hesse.

Plus, quand nous serons au fort de la guerre offensive, & que lesdits enfans se seront declarez, & nous auront asseûrez suffisamment, & selon leur pouvoir & aide, nous tâcherons de délivrer leur seigneur & pere : toutefois si nous faisons tant qu'il soit mis en liberté, & hors des mains de l'Empereur, en ce cas ne sera ni élargi, ni reçû au gouvernement de ses pais, qu'il ne se soit obligé envers lesdits Electeur & Princes, ainsi que le bien des affaires communes le requerra.

NOUS Guillaume Landgrave, avant que marcher en campagne, renoncerons à la capitulation de l'Empereur, & de même en fera nôtre seigneur & pere, quand il sera hors de prison ; & avec ce, s'obligera envers nous Electeur & Princes, comme nos affaires le requerront, & que le seigneur Jean-Fredetic, le vieil, aura fait, au cas qu'il vinst aussi à être élargi.

NOUS Maurice, Prince Electeur, en tems & avant que de marcher, ferons par écrit entendre à l'Empereur, que nous quitons son service.

Et dautant qu'on a vû les inconveniens, qui adviennent pour avoir plus d'un chef qui gouverne és camps, & ait la superintendance des gens de cheval, de pied, & de l'artillerie, il n'y aura, pour ne reculer cette entreprise, qu'un chef en l'armée, qui sera ledit seigneur Electeur, comme celui que nous trouvons le plus à propos : & par ce l'avons choisi & élû pour chef de toute l'armée, aiant pouvoir, quand on sera en campagne, ou autrement en affaires contre l'ennemi, de faire tout ce qu'il connoîtra être & tourner au profit de tous côtez de nous tous, selon son pouvoir & entendement ; mais où ledit seigneur Electeur le requerroit, ou autrement qu'il fût avisé être bon, on poura choisir quatre hommes de guerre avec lui, pour deliberer des affaires, & prendre leur avis & conseil.

Mais quant aux pactions, qu'on pouroit faire avec les ennemis, brandchats, ou rançonnemens de villes, apointemens, ou choses semblables, cela se fera avec le sçû & consentement de tous nous autres, & de nos deputez : & advenant que l'un de nous, quel qu'il soit, colonel, ou autre, entreprist de dresser pratiques secrettes, faire apointemens, paix, brandschats, ou autre chose sem-

blable, & que de ce il fût convaincu, celui, ou ceux, qui sans le seû & consentement des autres, ou de leurs deputez, l'auroient fait & commis, seront à l'instant menez devant toute l'armée, accusez & convaincus, & comme parjures, sans aucune remission, en la presence de toute l'armée punis; lequel cas advenant, sera ladite armée obligée de mettre à execution telle punition à l'encontre des transgresseurs.

Si cette entreprise duroit guere, & que quelqu'un d'entre nous, pour avoir longuement fourni pour sa quotité, devinst si pauvre qu'il ne le seût plus faire, & que aprés tôt ou tard on fist quelque apointement, ce nonobstant celui qui seroit ainsi apauvri, ne sera exclus dudit apointement, ains aussi bien que l'un de nous autres, jouira de tout ce qui nous reviendra dudit apointement, sans en être exclus; le tout sans fraude.

Et advenant telles affaires, touchant les pactions avec les ennemis, les brandschats, rançonnemens, apointemens, & choses semblables, ou qui en dépendent, à faire ou entreprendre ce qui sera conclu, & par la plus grande partie de nous avisé pour le meilleur, sera suivi des autres, qui seront tenus à se ranger à cela

Et pour éviter tout débat, & rendre les choses plus claires, nous avons entre nous fait les voix qui s'ensuivent, savoir nous Electeur de Saxe, aurons à cause de nous, & de nôtre jeune cousin, le Marquis George-Frederic, deux voix; nous Jean-Albert, une; & nous Guillaume Landgrave, aussi une. S'il se joint d'autres Princes & Etats avec nous, leur sera laissé lieu au traité, & auront leurs voix comme nous.

Les gens de pied & de cheval que nous leverons, nous feront à tous également le serment.

S'il avenoit aprés la conclusion de cette alliance, fût avant que de marcher en campagne, en marchant, ou en se retirant, ou autrement, que par l'un de nous, ou par tous ensemble, il vint que quelque chose fut gaigné; au partage d'icelle chose, sera l'égalité observée selon la cotisation & aide, qui aura été acordée par chacun de nous Electeur & Princes.

Tous les rançonnemens des villes seront départis selon la contribution de chacun de nous; & pour cet effet sera deputé un maître Rançonneur, qui sera également juré à nous tous.

Il est aussi avisé pour plus grande reputation, qu'on baillera des Princes pour ôtages, tant d'un côté que d'autre, afin qu'il soit satisfait à ce qui aura été promis par l'une des parties à l'autre. Et par ce nous donnerons au Roi pour ôtages, hauts & puissans Princes, le seigneur Cristofe, ou le seigneur Charles, Ducs de Mechlebourg; & le sieur Louis, ou le seigneur Filippe, les jeunes Landgraves de Hesse, que nous envoierons à Bâle dedans le vint-cinquieme de fevrier prochain. De même, & tout aussi-tôt, ledit seigneur nous veut & doit nous envoier ses ôtages, savoir le seigneur de Jametz, & le seigneur Filipes, Comte sauvage du Rhin, tous deux chevaliers de l'Ordre de Sa Majesté; ou autres deux de semblable dignité, & quand on nous fera delivrer l'argent pour trois mois, savoir est lesdits deux cens quarante mille écus d'or; lesquels

argent

argent & ôtages on recevra audit lieu de Bâle, & de là on les menera à Zingenheim, pour plus grande seûreté.

Et afin qu'on sache combien de tems on tiendra les ôtages d'une part & d'autre, il a été resolu, que incontinent que la paix sera faite avec nôtre adverse partie, & que nos gens de guerre seront retirez de la campagne, lesdits ôtages s'en pouront aller, & sera chacun d'eux delivré en lieu sûr.

On trouveroit aussi bon, que ledit seigneur Roi s'impatronisât, le plûtôt qu'il pouroit, des villes qui apartiennent d'ancienneté à l'Empire, & qui ne sont de la Langue Germanique, savoir de Cambrai, Toul en Lorraine, Metz & Verdun, & autres semblables, & qu'il les gardât comme Vicaire du Saint Empire. Auquel titre nous sommes prêts de le promouvoir à l'avenir; en reservant toutefois audit Saint Empire les droits, qu'il peut avoir sur lesdites villes, afin que par ce moien elles soient ôtées des mains & puissance de l'ennemi.

Semblablement seroit bon, que ledit seigneur Roi allumât particulierement un feu és Pais-bas, afin que l'ennemi l'eût à éteindre en plusieurs lieux, & qu'il fût contraint de separer ses forces; ce que nous pourions faire en cet endroit envers certains Princes, & villes, lesquels comme nous esperons se joindront avec nous. Pour les y disposer, nous le ferons fidellement, chose qui se feroit d'autant plus brievement, s'il plaisoit audit seigneur Roi ordonner quelque argent à part pour cet effet.

Et si d'avanture il se presentoit quelque chose en nôtre chemin, elle fût à qui elle voudroit, qui fût avantageuse à nôtre ennemi, prejudiciable audit seigneur Roi, à nous, ou à cette entreprise, & que nous la missions entre nos mains, cela ne sera censé fait contre ledit seigneur Roi, ni cette presente alliance.

Et atendu que le Roi Tres-Chretien se porte envers nous Allemans, en cette affaire, avec secours & aide, non seulement comme ami, mais comme pere charitable, nous en aurons tout le tems de nôtre vie souvenance. Et si Dieu veut favoriser nos affaires, de tout nôtre pouvoir le porterons & favoriserons au recouvrement de ses seigneuries patrimoniales, qui lui sont occupées; aussi à l'élection de l'Empereur, & Chef Chretien futur, nous y tiendrons telle mesure qu'il plaira à Sa Majesté, & n'en élirons point qui ne soit ami de Sa Majesté, & qui ne veüille continuer en bon voisinage avec elle, & qui davantage s'oblige suffisamment de ce faire. Et quand lors la commodité dudit seigneur seroit de vouloir accepter une telle charge, nous l'aimerons mieux qu'un autre.

Incontinent que nous aurons la commodité, & qu'il se poura faire avec Sa Majesté, nous nous accorderons d'une plus ample, necessaire, & bien fondée intelligence, pour avoir de nôtre côté perpetuelle protection & défense de Sa Majesté, tant pour nos terres, seigneuries, & sujets, que nous avons presentement, que ceux que nous aquerrons pour l'avenir, & mêmement pour la conservation & augmentation de nos franchises & libertez: & ledit seigneur Roi aura de nous toute fidelité, procuration & avancement en ses affaires, & choses qui lui toucheront, aide, passage, & ouverture en nos pais, comme presentement lui offrons de donner tout moien pour faire levée de gens de guerre.

Le Roi, & nous, devons & voulons aussi dorénavant avoir l'un l'autre pour

fidellement recommandez, honorer & avancer le bien l'un de l'autre, autant que le pouvoir de chacun endroit soi s'étendra.

Et dautant que le pouvoir à nous presenté par le sieur de Fresse, de la part dudit seigneur Roi, ne fait seulement mention de nous, mais aussi du Marquis Jean, lequel toutefois contre nôtre esperance, s'est retiré & separé de nous pour le present, cette alliance ne sera obligatoire ni valable de tout poids, sinon aprés que ledit seigneur Roi l'aura scellée & jurée, & pour l'accomplissement d'icelle, nous aura envoié, & fait delivrer ledit argent.

Pour lesquelles choses garder & observer veritablement, & constamment, nous avons signé la presente alliance de nos propres mains, & fait mettre en placard les sceaux de nôtre secret, & confirmé avec la foi la main donnée, & serment fait en nos personnes. *Actum*, le cinquieme jour du mois d'octobre, mille cinq-cens cinquante-un.

ET attendu que Nous Henri, par la grace de Dieu Roi de France, aurions par ci-devant envoié en Allemagne, nôtre Ambassadeur, amé & feal Conseiller Jean de Fresse, Evêque de Bayonne, pour en nôtre nom traiter une amiable alliance avec lesdits Electeur, Princes, & autres leurs confederez, Nous avons entendu le contenu de cette alliance, qui nous a plû & plaît, touchant l'argent que nous delivrerons par mois, ou à une fois, la délivrance des ôtages, treves, ou paix à faire avec l'ennemi, d'assaillir l'Empereur, & generalement toutes autres choses comprises ici dedans, le ratifions, aprouvons, acceptons, & avons pour agreable, en tant qu'ils nous touchera, l'acomplirons & observerons, comme un Roi doit faire. En têmoin de ce, nous avons fait mettre le sceau de nôtre secret, ou placard ci-dessous, & l'avons signé de nôtre propre main; & sur ce fait le serment personnellement, en la presence de haut & puissant Prince, nôtre cher cousin, le seigneur Albert, Marquis de Brandebourg. *Actum*, à Chambord, le quinzieme jour de janvier, l'an mille cinq cens cinquante un.

Le serment prêté par ceux de la ville de Metz, à tres haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince Henri, par la grace de Dieu Roi de France, deuxieme de ce nom, protecteur & defenseur de la Liberté Germanique.

NOUS, &c. aiant entendu de vous, que pour le bien du Saint Empire, recouvrement & conservation de ladite Liberté, a été ces jours passez, fait, traité, & accordé entre vous, & les Princes de ladite Germanie, ligue offensive & défensive, à l'encontre de Charles, cinquieme Empereur de ce nom, à present regnant, & ses adherans Pour le bien de laquelle ligue, vous vous êtes en personne, avec vôtre armée, acheminé jusques en cette ville & cité de Metz, ne voulant, comme il ne seroit raisonnable, nuire & defavoriser ladite ligue & entreprise, tendante au bien commun de ladite Germanie, & Saint Empire; nous jurons, & promettons sur nos honneurs, & la part que pretendons en

Depuis, & deux ans aprés, commencerent les guerres entre les deux Princes, de façon qu'en l'an mille cinq-cens vint-un, le feu Roi François I. envoia son armée sous la conduite du sieur de l'Esparre, pour le recouvrement dudit roiaume de Navarre; ce qu'il fit & le recouvra, mais bien-tôt aprés il en fut mis dehors. Lesdites guerres entre lesdits deux Princes ont duré par long-tems, comme l'on sait, de façon qu'il n'y a eû moien d'en faire aucune querelle jusques à l'an mille cinq-cens quarante-cinq, aprés l'apointement fait entre lesdites deux Majestez du feu Empereur, & du feu Roi Tres-Chretien. Et moi-même, qui parle, fus envoié en Allemagne, devers la Majesté dudit feu Empereur, auquel le feu Roi François écrivit, qu'il m'envoioit par delà, pour faire remontrance dudit affaire, & poursuivre la restitution dudit roiaume de Navarre; ce que je fis, & fus oüi par Sa Majesté: & aprés avoir le tout oüi, & bien entendu, me fit réponse, Qu'il y avoit long-tems qu'il n'avoit oüi parler de la matiere, & qu'il esperoit bien-tôt s'en retourner en Espagne, là où il avoit son Conseil, qui étoit instruit de la matiere; & que l'on envoiât pardevers lui, qu'il y feroit la raison telle qu'il y aviseroit par conseil. Partant considerées lesdites allées & venuës, & remises si souvent reïterées, sous correction, il n'y auroit pas grand propos de s'arêter audit laps de tems, veû qu'il est certain qu'en telles violentes occupations & détentions ainsi faites par force, telles prescriptions & laps de tems n'ont jamais lieu.

En second lieu, on a voulu dire, que ledit feu Roi Don Fernand a eû juste cause d'occuper ledit roiaume de Navarre, au moièn du droit, que la Reine Germaine de Foix, sa femme, y pretendoit & querelloit par le trépas & succession de Jean, Vicomte de Narbonne, son pere; & de Gaston, Duc de Nemours, son frere; lequel Jean, Vicomte de Narbonne, pere d'icelle Reine Germaine, avoit voulu dire, qu'aprés le trépas de François Phebus, Roi de Navarre,

Navarre, son neveu, & fils de son frere aîné, la succession & hoirie dudit roiaume de Navarre lui apartenoit, & non à ladite Caterine, sa niéce; parce qu'en tels roiaumes, duchez, comtez, & autres dignitez roialles, les femelles ne succedent point, tant qu'il y a des mâles; & partant que lui, comme mâle, devoit exclure ladite Caterine, sa niéce, qui n'etoit qu'une femelle, incapable par tous droits de succeder en telles dignitez. Davantage, vouloit dire ledit Jean, Vicomte de Narbonne, que puis qu'il étoit question de succeder à ladite Eleonor, Reine de Navarre, & Gaston de Foix, ses pere & mere, que lui, comme fils, posé ores qu'il fût second, étoit plus proche en degré, que n'étoient lesd. François Phœbus, & Caterine, ses neveu & niéce, & partant à préferer esdites successions: & que par ces moiens tous lesdits droits apartenoient à icelle Reine Germaine, fille & heritiere dudit Jean, Vicomte de Narbonne, son pere; & dudit Duc de Nemours, son frere.

A tout cela, sous correction, y a bonnes & peremptoires réponses; car ladite Dame Reine Germaine n'eût jamais aucun droit audit roiaume de Navarre, & & si aucun en avoit, il auroit été aquis & déferé au feu Roi de Navarre Henri, lequel avoit succedé, & s'étoit porté heritier universel d'icelle Reine Germaine, pris & aprehendé tous les biens delaissez par son trépas.

Et pour ce montrer, & faire aparoir clairement, que ladite Dame n'y avoit aucun droit, faut entendre que aprés le trépas dudit François Phebus, Roi de Navarre, ledit feu Jean, Vicomte de Narbonne, mit en procés ladite Caterine, sa niece, en la Cour de Parlement de Paris, pour raison des comtez de Foix, Bigorre, vicomtez de Nebousan, Marsan, Tursan, & Gavardan, étans en l'obeissance & sujettion du roiaume de France. Car quant au roiaume de Navarre, & pais de Bearn, qui sont pais de souveraineté, il n'en étoit point de question en ladite Cour de Parlement, mais les raisons de l'un avoient lieu en l'autre. Et fut remontré en icelle Cour, que ledit Jean, Vicomte de Narbonne, sans propos, faisoit querelle pour le fait desdites terres; parce qu'en premier lieu, supofé que par le droit des fiefs les femelles soient incapables de succeder és fiefs nobles; toutefois par droit divin & humain, tant civil que canon, & par la generale coûtume, non seulement du roiaume de France, mais aussi de tous autres, elles sont capables de succeder en tous duchez, vicomtez, marquisats, & autres baronnies, quand elles sont plus prochaines en degré, & excluent les mâles plus éloignez en degré: & est ce qu'on dit communément, que par la generale coûtume de France, les fiefs sont reputez & tenus comme les autres biens propres & patrimoniaux, en ce qui est de la succession, & de l'alienation. Il est bien vrai, que quant au roiaume de France, il est si privilegié, que obstant la Loi Salique, femme n'y peut succeder: mais en tous les autres roiaumes chretiens, duchez, comtez, & baronnies, la fille est toûjours reputée capable de succeder, pourveû qu'elle soit plus prochaine en degré, que le mâle: & à ces fins, en a été fait preuve audit procés par plusieurs tourbes & enquêtes faites par toutes les provinces du roiaume de France. Par ce moien, la raison dudit Jean, Vicomte de Narbonne, pour exclure ladite Caterine, sa niéce, s'en alloit à vau-l'eau, Et quant à l'autre point qu'il mettoit en avant, qu'il étoit second fils de ladite

Eleonor, & dudit Gaston de Foix, ses pere & mere; & partant plus prochain d'un degré que ledit François Phebus, fils de son frere-aîné; il y avoit encore moins d'aparence: car la commune opinion de la plusparť des Docteurs, qui ont écrit en la matiere, jusques au nombre de trente, ou trente-cinq, a toûjours été, que le petit neveu, qui est issu du fils-aîné, par representation de son pere, doit exclure son oncle en la succession de son aieul: & ainsi a été jugé par plusieurs arrests des Cours souveraines, & signamment fut jugé touchant la duché de Bretagne, par arrest prononcé par le Roi, accompagné des douze Pairs de France, en l'an mille trois-cens quarante-un; par lequel fut ordonné, que la fille du fils-aîné succederoit audit duché de Bretagne, en excluant le second fils, qui étoit le Comte de Montfort. Et qui plus est, que combien que lesdites raisons soient peremptoires, si y-a-t'il encore un moien, là où il n'y a point de réponse: c'est que ledit Jean, Vicomte de Narbonne, connoissant que les raisons & moiens par lui déduits au procés, n'étoient pas fort asseûrez, & que son conseil lui disoit, qu'ils ne valoient rien; en l'an mille quatre-cens quatre-vints dix-huit, fit une transaction avec ladite Reine Caterine, sa niéce, par laquelle il quita & renonça à tous les droits, noms, raisons, & actions, qu'il pouvoit pretendre & quereller esdits roiaume de Navarre, pais de Bearn, comté de Foix, & de Bigorre, vicomtez de Nebouzan, Marsan, Tursan, & Gavardan; & ce, moiennant la somme de quatre mille livres de rente en assiette, baillée & assignée sur lesdits vicomtez. A la charge toutefois, que là où ledit Jean, & Gaston son fils, Duc de Nemours, iroient de vie à trépas, sans enfans mâles, comme il est avenu depuis, que lesdites terres baillées pour l'assiete desdits quatre mille livres de rente, seroient rachetables à perpetuité, pour la somme de quarante mille écus.

Il est bien vrai, Messieurs, qu'aprés le trépas dudit Jean, Vicomte de Narbonne, ledit Gaston, Duc de Nemours, son fils, se voiant favori du feu Roi Louis XII. son oncle, obtint lettres roiaux, pour faire casser & rescindre ladite transaction, & fit ajourner ladite Reine Caterine, sa cousine, en ladite Cour de Parlement de Paris, alleguant & mettant en avant plusieurs faits non veritables, sur lesquels y a eû de bien grandes & longues procedures, tant que finalement ledit Gaston alla de vie à trépas sans enfans, à la journée de Ravenne, en l'an mille cinq-cens dix sept: & depuis, ladite Dame Germaine, Reine d'Aragon, sa sœur, reprit ledit procés, avec laquelle, par arrest donné l'an mille cinq-cens dix-sept, en octobre, a été dit, qu'elle seroit deboutée de l'effet & enterinement des lettres roiaux de rescision: & nonobstant icelles, furent les parties condamnées respectivement à icelle transaction omologuer en ladite Cour, garder, observer, & entretenir de point en point, & icelle Dame condamnée és dépens. Et depuis, en l'an mille cinq-cens dix-neuf, & mille cinq-cens vint, ladite Dame a fait executer ladite transaction, qui est par ce moien aprouver toûjours les cessions & transports, que ledit feu Jean, Vicomte de Narbonne, avoit fait des droits par lui pretendus audit roiaume de Navarre, pais, terres, & seigneuries que dessus. Et partant apert plus clair que le jour, qu'on ne se peut aider des droits pretendus par icelle Reine Germaine, car elle n'en fit jamais aucun transport, comme on a voulu dire: & quand il s'en trouveroit,

toutefois on voit bien par ce que dessus, qu'elle ne le pouvoit faire quoi que soit valable, parce qu'elle n'y avoit rien.

L'autre & troisieme point, qu'aucuns ont voulu mettre en avant, pour donner couleur à ladite injuste occupation & détention dudit roiaume de Navarre, c'est en ce qu'ils ont voulu dire, non pas à bouche ouverte, mais entre les dents, que le Pape Jules II. de ce nom, audit an mille cinq-cens douze, avoit declaré le Roi de France Louis XII. vrai schismatique, avec tous ses adherans; & que lesdits Jean & Caterine, Roïs de Navarre, s'étoient lors alliez & confederez avec ledit feu Roi Louis XII. & que partant il avoit été loisible audit Roi Don Fernand, de prendre, occuper, & envahir ledit roiaume de Navarre, ses terres, & seigneuries, comme baillées au premier occupant, pour avoir adheré au Roi de France schismatique.

A cela y a plusieurs réponses. Premierement, qu'il n'est à croire, & n'y a aucune verisimilitude, que la Majesté dudit feu Roi Catolique, Don Fernand, ni de ses enfans, & successeurs, voulussent mettre un tel fait en avant. Et en l'an mille cinq cens dix-neuf, les deputez desdites deux Majestez étant assemblez à Montpellier, pour faire une perpetuelle paix & alliance entre elles, il y eût quelqu'un, qui voulut faire mention de ladite declaration dudit Pape Jules II. Sur quoi tout soudain fut repris par le Chancelier dudit Roi Catolique, qui étoit pour lors, disant qu'il n'avoit point de charge de mettre tels propos en avant, & qu'il se teût, comme il fit, & n'en fut plus parlé.

En second lieu, il seroit bien mal aisé à soûtenir & montrer, que ledit feu Roi Louis XII. ait jamais été schismatique, ains a toûjours été bon & fidele Catolique, & bon Chretien, obeissant au Saint Siege Apostolique, autant, ou plus que homme du monde: & partant si le principal, qui étoit le Roi Louis XII. n'a été tenu, reputé, ni declaré schismatique, il n'est pas possible de dire, que les adherans, qui ne sont qu'accessoires, soient d'autre nature que le principal.

Et davantage, & en troisieme lieu, il ne se trouvera, que lesdits Rois Jean, & Caterine, aient aucunement adheré audit Roi Louis XII. ni fait alliance avec lui, pour faire guerre en Italie, ou en Espagne; mais seulement pour la tuition & défense de son roiaume de France: & de ce peut clairement aparoir par lesdites alliances, qui en furent faites audit tems, par lesquelles lesdits Jean & Caterine protestent expressément, qu'ils ne donneront aucun secours ou aide audit Roi Roi Louis XII. s'il vouloit mener armée pour passer en Espagne; & aussi qu'ils ne bailleront point de passage audit Roi d'Espagne, s'il vouloit venir en France; suivant la capitulation & articles long-tems auparavant acordez, promis, & jurez entre les Rois de Castille & de Navarre, comme il apert par le contexte d'iceux.

En quatrieme lieu, quand ores il se trouveroit, que lesdits feus Rois Jean, & Caterine, eûssent été adherans aux schismatiques, que non, & ne se trouvera; toutefois il ne seroit pas en la puissance du Pape, de mettre la main audit roiaume de Navarre, comme non étant du fief ni domaine de l'Eglise, & n'aiant à lui aucun serment d'obeissance, sinon pour le regard des choses spirituelles.

En cinquieme lieu, quand il auroit quelque puissance sur les schismatiques, toutefois n'auroit-il pû faire telle declaration, sans apeller lesdits Rois Jean & Caterine; à la semblance de Nôtre-Seigneur, qui ne voulut jamais condamner Adam, sans parler à lui, & savoir s'il avoit contrevenu à ses commandemens. Et aussi de droit, seroit bien étrange de condamner une personne sans l'oüir.

Finalement, quand tout ce que dessus est dit cesseroit, toutefois à faire une telle declaration sans le seû & conseil de tout le College des Cardinaux, il n'étoit pas en la puissance du Pape, & falloit que tous ses freres fussent apellez, comme étant une cause trop ardue, & de grand poids: & l'Empereur, combien qu'il fasse serment és mains du Pape, ne peut être déposé sans le conseil des Cardinaux, & avec grande & exacte connoissance de cause.

Ce sont, Messieurs, les trois points, que je vous ai dit du commencement, que nous avons charge de vous remontrer, & suplier vouloir le tout considerer, & prendre de bonne part, & tenir la main envers la Majesté du Roi Catolique, de faire quelque raison ausdits Roi & Reine de Navarre, touchant ladite violente spoliation, & injuste occupation de leurdit roiaume.

Suspension d'armes, concluë entre la France & l'Espagne, par les Ambassadeurs assemblez en premier lieu en l'Abbaie de Cercamp, le premier decembre 1558.

Espagne, 1558. *1. decembre.*

A TOUS ceux qui ces presentes verront, salut. Comme il soit que s'étant assemblez par le commandement de leurs Princes, afin de continuer en ce lieu la negociation de la paix commencée à Lille; de la part du Roi Catolique, le Duc d'Alve, Grand-Maître de son Hôtel: Messire Guillaume de Nassau, Prince d'Orange, &c. Chevaliers de l'Ordre; & Messire Antoine Perrenot, Evêque d'Arras, tous du Conseil d'Etat dudit seigneur Roi Catolique: Et de la part du Roi Tres-Chretien, le Reverendissime Cardinal de Lorraine; le Duc de Montmorency, Pair, & Connêtable de France; le Maréchal de Saint-André, l'Evêque d'Orleans, & le sieur de l'Aubespine, Conseiller dudit seigneur Roi de France, & secretaire de ses commandemens & finances. Et que pour vaquer plus tranquillement en cette besogne, & afin que l'exploit des armes en ce côtel ne causât quelque alteration, qui pût donner empêchement ou détourbier à si sainte œuvre, les dessusdits, en vertu des pouvoirs qu'ils ont respectivement, eûssent fait & acordé suspension d'armes pour tous les limites des Pais-bas dudit seigneur Roi Catolique, en quelque endroit qu'ils soient, le dix-setieme d'octobre dernier, pour durer tout le reste dudit mois: & que pour s'être dilaiée la conclusion de cette negociation plus longuement, ils aient depuis le vint-huitieme dudit mois d'octobre, prorogé ladite suspension pour tout le tems, & si longuement que pouroit durer cette assemblée, & six jours aprés la dissolution & separation d'icelle: & il soit que les choses se trouvent presentement en tel état, qu'ils

n'ont le moien de pouvoir encore conclure & arêter ladite negociation, & qu'il ne convient que cependant ils soient absens du service de leurs maîtres, par où il est requis que cette assemblée pour maintenant se separe, sans toutefois vouloir par ce rompre ladite negociation, que l'on ne voie si continuant aprés icelle, l'on en poura tirer le fruit desiré. Les dessusdits ont avisé & resolu par ensemble, pour bons respects à ce les mouvans, de proroger, comme en vertu de leurs pouvoirs ils prorogent par cette, ladite suspension, declarant qu'elle durera, & s'observera inviolablement des deux côtez, en la forme, & selon la teneur, en laquelle premierement elle s'est traitée & acordée ledit jour dix setieme d'octobre dernier, comme dit est, jusques à la minuit du dernier jour du mois de janvier prochain, s'étant les dessusdits accordez de retourner, & se rassembler le vint-cinquieme dudit mois de janvier, jour de la Conversion de S. Paul, soit en ce même lieu de Cercamp, ou autre que d'ici là ils aviseront; soit eux-mêmes, ou autres, que leurs Princes & maîtres voudront envoier pour continuer la besogne, & voir si Dieu sera servi, de aprés si longue communication leur faire ce bien, de mettre entre leurs maîtres bonne & ferme paix; bien entendu que si l'une ou l'autre des parties trouve la matiere disposée pour plûtôt se rejoindre, & continuer la besogne, en ce cas ils en pouront avertir les autres, pour s'acorder du tems & lieu, auquel plûtôt ils se pouront venir rassembler. Et de cette prorogation de suspension d'armes sera donné avertissement aux frontieres des deux côtez. Et pendant icelui tems ne se poura faire ni commettre acte d'hostilité, d'une part ni d'autre, ains cesseront tous exploits d'armes quelconques des uns contre les autres: & contiendront chacun desdits Princes, leurs sujets en leurs limites, suivant ce qui en la premiere suspension avant dite a été acordé. Et si fait étoit, ou sera, quelque chose au contraire, il sera reparé de bonne foi, par le Prince du côté duquel sera faite l'innovation, & toutes prises restituées, & les infracteurs punis & châtiez comme il apartiendra; demeurant ladite suspension en sa force & vertu. Et à ce faire & souffrir, lesdits seigneurs deputez ont obligé & obligent la foi & biens de leurs maîtres, presens & à venir, avec expresse renonciation de toutes choses à ce contraires. Et en témoin de ce ont signé la presente de leurs mains, en l'Abbaie de Cercamp, le premier jour du mois de decembre, l'an de grace de Nôtre-Seigneur 1558. Ainsi signé,

El Duque de Alva.	*C. Cardinal de Lorraine.*
Guillaume de Naßau.	*A. de Montmorency.*
L'Evêque d'Arras.	*Jâques d'Albon.*
	De Morvilliers, Ev. d'Orleans.
	De l'Aubespine.

Prolongation de la suspension d'armes faite en l'Abbaie de Cercamp, le premier decembre 1558. par les Ambassadeurs des deux Couronnes. A Câteau-Cambresis, le 6 fevrier 1558. avant Pâques.

Espagne, 1558. 6. fevrier.

LES deputez des Rois, Catolique, & Tres-Chretien, pour le fait & negociation de la paix, considerant, qu'il seroit impossible de pouvoir achever ladite negociation, transferée par lesdits seigneurs Rois, de l'Abbaie de Cercamp, en ce lieu de Câteau-Cambresis, en si brief tems comme est celui pour lequel a été dernierement prorogée la suspension d'armes, qui est jusques au dixieme de ce mois : Et afin de vaquer avec plus de repos à la susdite negotiation, & qu'il ne survienne chose qui puisse donner aucune alteration, & causer plus de difficulté à l'effet de ce negoce ; ont en vertu des pouvoirs qu'ils ont respectivement de leursdits Princes, de commun acord prorogé & prorogent de nouveau ladite suspension, pour tout le tems qu'ils seront en cette negociation, & six jours aprés la separation de cette assemblée, pour être observée de tous les deux côtez, en la même forme & maniere qu'elle fut premierement acordée audit Cercamp ; promettant respectivement, que d'un côté & d'autre, pendant ledit tems, le fait des armes sera suspendu, sans que par voie de fait les uns usent contre les autres d'hostilité quelconque : & se contiendront les sujets des deux côtez riere leurs limites, selon la teneur de ladite suspension : & si quelque chose s'innove au contraire, elle se reparera de bonne foi, par le Prince, du côté duquel aura été faite ladite innovation : & toutes prises seront restituées, & les infracteurs châtiez comme il apartiendra ; demeurant ce nonobstant ladite suspension en sa force & vigueur : & à ce faire & souffrir, obligent lesdits sieurs deputez la foi de leursdits Princes, & leurs biens presens & à venir, avec expresse renonciation de toutes choses à ce contraires. Et davantage, pour ôter tout scrupule, est acordé entre lesdits sieurs deputez, qu'ils pouront, & sera loisible à eux, & semblablement aux deputez de la serenissime Reine d'Angleterre, Elisabet, & leur suite, respectivement aller, venir, & sejourner durant ledit tems, en cedit lieu de Câteau-Cambresis, & deux lieuës à la ronde, & d'icelui partir, & se retirer franchement & librement, chacun és pais de son Prince : & aussi, que tous marchands, vivandiers, courriers, & autres allans & venans en cettedite assemblée, puissent faire le semblable, pour la commodité desdits sieurs deputez, & service de leursdits Princes, sans aucun empêchement : & pour cet effet leur ont iceux sieurs deputez donné, & donnent bon & loial saufconduit, & seûreté. En têmoin de ce ont signé cet écrit double, pour servir respectivement aux uns & aux autres. Audit lieu de Câteau-Cambresis, le sixieme jour de fevrier l'an 1558. Ainsi signé,

C. Cardinal de Lorraine.	*El Duque de Alva.*
A. de Montmorency.	*Guillaume de Naßau.*
Jaques d'Albon.	*Ruy Gomez de Silva, Conde de Melito.*
De Morvilliers, Ev. d'Orleans.	*L'Evêque d'Arras.*
De l'Aubespine.	

TRAITE' DE PAIX ENTRE LE ROI HENRI II. & Elisabet, Reine d'Angleterre, au sujet de Calais, &c. A Château - Cambresis le 2. avril. 1559.

Angleterre, 1559. 2. avril.

ELISABETH, Dei gratiâ Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Regina, Fidei defensor, &c. universis & singulis, ad quorum notitias hæ præsentes literæ pervenerint, salutem. Cùm post multas & varias deliberationes ac consultationes inter oratores, commissarios, deputatos, ambassiatores & legatos nostros, & illustrissimi & potentissimi Principis Henrici, Dei gratia Francorum Regis Christianissimi, fratris & consanguinei nostri carissimi, quidam tandem tractatus pro bona, sincera, firma, ac perpetua concordia, pace, & amicitia inter nos & dictum potentissimum principem Francorum Regem, fratrem nostrum carissimum, communi consensu, & virtute autoritateque commissionum à nobis & dicto fratre nostro respectivè concessarum, conventus, concordatus, & conclusus fuerit nuper apud Castellum in agro Cameracensi, sicut in literis oratorum & commissariorum prædictorum desuper confectis pleniùs apparet & continetur, quarum tenor sequitur, & est talis.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam præsentes pervenerint, salutem. Quàm miserabilis rerum omnium ex christianorum principum discordiis commutatio facta sit, nemo est qui non videat, cùm sævis inter eos bellorum motibus, (à paucis annis) multæ provinciæ vastationibus, incendiis, direptionibus, fœdatæ deformatæque conspiciantur, plurimæ etiam civitates suis civibus orbatæ, omnibusque facultatibus & ornamentis spoliatæ, verùm & alia deteriora in universas penè Reipublicæ Christianæ partes irruerint. Nam dum illi ipsi principes inferendis ac ulciscendis ultrò citroque injuriis penitus intenti, suorum curam deserunt, usque adeò corrupti depravatique sunt hominum mores, contagione scelerum ac vitiorum, (quorum bella sunt feracissima) ut legum justitiæ, & fidei, quæ quidem sunt humanæ societatis vincula, vix usquam ratio habeatur, omniaque divina jura ita pervertantur ubique, ut infelicior rerum status esse non possit. Cùm autem hæc tam gravia vulnera christianorum principum dissidiis illata sint, nulla profectò ratione curari nec sanari possunt, quàm eorumdem ipsorum concordia, ad quam ut, reconciliatis animis, bona fide coire possint, & semel constitutam mutuis officiis confirmare, perpetuòque colere, oportet ipsi primùm insanas cupiditates, (quibus nullos habent graviores hostes) cohibeant ac doment; deinde ut populos, quos habent in potestate, non suæ libidini traditos, sed fidei commendatos à Deo meminerint. Tum enim controversias, quæ ipsos diù tam acerbè exagitarunt, positis armis, ultro, jure atque æquitate component, extinctisque odiis, & deleta ex animis injuriarum recordatione, salutis publicæ curam melioribus consiliis amplectentur. Cùm itaque tot tantisque malis, nullo suo incommodo, imò verò maximo cum fructu laudis & perpetuæ gloriæ, mederi possint, detestabilis procul dubio erit immanitas eorum, qui remedia in manibus habentes, Christianæ Reipublicæ extremum spiritum miserè trahenti non succurrent; illique tales, si qui fortè essent, (quod mini-

mè credendum) ultionis itaque divinæ flagella meritò possent judicari. Quæ omnia potentissimi atque illustrissimi principes Elisabet, Dei gratiâ Angliæ & Hiberniæ Regina, Fidei defensor, &c. necnon Henricus, eadem gratiâ Francorum Rex Christianissimus, verissima esse cùm sciant, nec sine gravissimo animi sensu Christianam Rempublicam omni genere calamitatum afflictam conspiciant, agnoscentes equidem, se à Deo optimo maximo in summo dignitatis fastigio constitutos, ut populos divina providentia sibi commissos, paterna caritate regant, tueantur, ac protegant, quæque pertinent ad eorum incolumitatem diligenter procurent; existimarunt se, neque Deo gratius, neque saluti publicæ utilius, neque regia majestate dignius quicquam facere posse, quam si relictas à majoribus dissensionum causas amicè dirimerent, atque suos populos, bellorum tempestatibus jamdiu conflictatos, è calamitatum scopulis eriperent, & ad portum, aspirante divini numinis aura, perducere conarentur. Quæ quidem ut feliciter ac maturè consequerentur, omnes suas cogitationes ac consilia in eam curam converterunt; tum verò ut bonæ mentis consiliis optatum exitum invenirent, consentientibus animis, legatos utrimque miserunt, cum autoritate & mandatis, ut de componendis controversiis, & de concilianda pace agerent. Qui quidem ad Castellum, in agro Cameracensi convenientes, habitis colloquiis, & agitatis per aliquot dies controversiis, iis tandem amicè compositis, autore Deo optimo maximo, pacem, concordiam, & perpetuam amicitiam inter præfatos Reginam ac Regem conciliarunt & firmarunt, conditionibus, pactis, & forma, quæ sequuntur.

NOS Guillelmus Hovvard, Baro de Effingham, prænobilis ordinis Gartetii Miles, ac hospitii dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ Cubicularius supremus; Thomas, Episcopus Eliensis; Nicolaus VVotton, Ecclesiarum Metropoliticarum Cantuariensis & Eboracensis Decanus; ipsius serenissimæ Reginæ Angliæ consiliarii, oratores, procuratores, negotiorum gestores, & ambassiatores specialiter etiam deputati, & autoritatem habentes ad ea procuranda & perficienda quæ inferiùs scribentur; cum reverendissimis, excellentissimis, & illustrissimis Carolo, Sac. Rom. Eccl. titul. Sancti Apol. Presbitero Cardinali, de Lotaringia nuncupato, Archiepiscopo & Duce Remensi, Primo Pari Franciæ, & in Francia Legato nato; Anna, Duce de Montmorency, Pari, Conestabili, & magno Magistro Franciæ; Jacobo d'Albon, domino de Saint-André, & Marchione de Fronsac, Franciæ Marescallo; Jo de Morvilliers, Aurelianensi Episcopo, dicti Regis Christianissimi in suo privato consilio consiliario; & Claudio de Laubespine, milite, domino de Hauterive, ipsius Regis Christianissimi consiliario, & graviorum negotiorum, quæ ad statum regni pertinent, secretario; oratoribus, procuratoribus, negotiorum gestoribus, & ambassiatoribus præfati Regis Christianissimi, ab eoque commissis, cum autoritate & mandatis in literis publicis amplissimè & specialiter contentis, ad ea procuranda & conficienda, quæ inferiùs scribentur, virtute atque autoritate fulti, hinc inde, mandatorum & commissionum nostrarum, quæ ad verbum inferiùs inserentur, convenimus, concordavimus, & conclusimus, ac per præsentes convenimus, concordamus, & concludimus ea quæ sequuntur articulatim.

Imprimis conventum, concordatum, & conclusum est, quòd inter prædictos serenissimam Angliæ Reginam Elisabetam, & Christianissimum Francorum Regem Henricum,

Henricum, eorumdem hæredes & succeſſores, in regnis & regia dignitate ſuccedentes, Angliæ videlicet & Francorum Reges, & eorum ſubditos quoſcumque, ſucceſſivis futuris temporibus quandocumque exiſtentes, regna, patrias, terras, dominia, civitates, caſtra, territoria, loca, villas, & oppida ipſorum, necnon ſubditos, vaſſallos, & confœderatos eorumdem, ſit vera, firma, ſolida, ſincera, perpetua & inviolabilis pax, amicitia, unio, confœderatio, liga, mutua intelligentia, & vera concordia perpetuis futuris temporibus duratura.

Item. Conventum & concordatum eſt, quòd neuter dictorum principum, eorumve hæredum aut ſucceſſorum, regna, patrias, terras, inſulas, dominia, aut loca alia quæcumque, in præſenti per eorum alterum poſſeſſa, hoſtiliter invadet, aut à ſuis ſic invadi aut expugnari permittet, ſed expreſsè & cum effectu prohibebit.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd neuter principum prædictorum, hæredum etiam aut ſucceſſorum ſuorum, ſubſidia, auxilia, gentes armorum, aut aliquam aſſiſtentiam, re, verbo, conſilio, aut aſſenſu, præſtabit aut dabit, directè aut indirectè, ſecretè aut apertè, aut quocumque colore quæſito, cuicumque alii principi, cujuſcumque gradus, ſtatus, aut conditionis exiſtat, ſeu quocumque conſanguinitatis aut affinitatis vinculo connectatur, aut quacumque dignitate præfulgeat, vel cuicumque genti, populo, aut nationi, alterum prædictorum potentiſſimorum principum, ejuſve regnum, terras, inſulas, patrias, aut dominia, nunc ab eorum alterutro poſſeſſa invadenti, aut invadere volenti, aut molienti.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd ſi aliquid contra vires & effectus præſentis tractatus pacis & amicitiæ, terra marive, aut in aquis dulcibus, per aliquem ſubditum, vaſſallum, aut alligatum alterius dictorum principum fuerit attentatum, actum, aut geſtum, nihilominus tamen hæc pax, ſive amicitia, in ſuis viribus permanebit, & pro ipſis attentatis ſolummodò punientur attentantes, aut damnificantes, & non alii.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quamdiu hæc pax & amicitia integra inviolataque permanebit, omnes & ſinguli utriuſque præfati regni omniumque terrarum & dominiorum, quæ nunc ab utrolibet prædictorum regum poſſidentur, aut impoſterum poſſidebuntur, incolæ, quacumque dignitate, quocumque ſtatu & conditione extiterint, poterunt ſeſe mutuis officiis amicitiæ proſequi, & excipere, liberè, tutò, ſecurè, ultro citroque, terra marive, ac fluminibus, commeare, navigare, inter ſe contrahere, emere, vendere, illicque quamdiu velint morari, vel hinc inde, quando viſum erit, recedere & abire, & quæ comparaverint, emerint, arte, opera, induſtria, laboreve, aut quocumque alio juſto modo quæſierint, ad ſuos vel exteros, quocumque locorum libuerit, ſine ullo impedimento, offenſa, arreſtatione, ſeu cohibitione, ſalvo conductu, licentia, aut ſpeciali permiſſione invehere & tranſportare.

Item. Conventum etiam eſt pro libero intercurſu mercium & mercatorum utriuſque principis, quòd, durante pace prædicta, nulla navis armata, & ad bellum ſeu guerram parata & inſtructa, egredietur ſeu egredi permittetur portus maritimos regnorum Angliæ & Franciæ, niſi priùs ſatiſdederit, ac cautionem, qualem poterit, præſtiterit in manibus Admiralli Angliæ, ſeu ejus locumtenentis, aut cuſtumariorum prædictorum portuum, quoad naves Angliæ; & Admiralli Franciæ,

seu ejus locumtenentis, vel alterius judicis ordinarii illius loci, quoad naves Franciæ attinet; de non invadendo, molestando, deprædando, vel offendendo, subditos utriusque principis, aut eorum alterius, nec eorum alligatos, nec eis injuriam aliquam inferendo, sub pœna publicationis navium, & punitionis corporis, cum restitutione omnium bonorum & damnorum quibuscumque illatorum.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Rex Christianissimus, ejus hæredes & successores, erunt & remanebunt, quantum ad dictam Reginam Angliæ, & ejus successores attinet, durante tempore & spatio octo annorum, à die datæ præsentis tractatus proximè insequentium, in pacifica possessione oppidi Calesiæ, cum pertinentiis & appendicibus, & portu ejusdem, cum arce de Ruisbank, ac etiam arcibus, dominiis, villis & locis, pontis Niheuli, Merk, Oye, Hames, Sandgate, arce & oppido de Guines, reliquaque parte ejusdem comitatus hoc ultimo bello capta, ac cæteris omnibus oppidis, arcibus, villis, terris, dominiis, territoriis, aquis, fluminibus, portubus, propugnaculis, fortalitiis & littoribus, ac locis denique quibuscumque cis mare sitis, quæ dictus Christianissimus Rex hoc novissimo bello occupavit, & armis cepit, regnante serenissima Maria nuper Angliæ Regina. Et promisit, promittitque dictus Christianissimus Rex, tam suo proprio nomine, quàm nomine Regis Delphini filii sui, hæredum & successorum suorum, pro quo Delphino fortem se fecit & facit dictus Christianissimus Rex, promittendo se curaturum & effecturum, quòd dictus Rex Delphinus hunc tractatum approbabit & ratificabit intra duos menses post datam istius tractatus; quòd finito, & elapso dicto octo annorum termino, dictus Rex Christianissimus, hæredes & successores ejusdem, dictum oppidum Calesiæ cum supra dictis pertinentiis & appendicibus, ac cætera omnia & singula supra dicta, ac etiam propugnacula & fortalitia quæcumque in supra dictis portubus & locis nunc per Francos recenter extructa, munita, & ædificata, atque etiam imposterum durante dicto termino octo annorum extruenda, munienda, & ædificanda, statim & sine dilatione relinquent, tradent & restituent, sive tradi & restitui facient dictæ serenissimæ Elisabetæ, Angliæ Reginæ, hæredibus & successoribus ejusdem, aut ad id per eam, ejusve hæredes & successores deputatis; & possessione prædictorum omnium dictus Christianissimus Rex, hæredes & successores ejusdem, cedent, & ab illa discedent, ac plenè se exuent, ita ut dicta serenissima Regina Elisabeth, hæredes & successores ejusdem, eorum possessione pacificè gaudere & quietè uti possint, cum omnibus juribus, jurisdictionibus, præeminentiis, superioritatibus, recognitionibus, & ressortibus, eo modo statu, conditione & natura, quibus Anglorum Reges ea tenuerunt & possederunt ante initium hujus ultimi belli. Proviso tamen & expressè convento, quòd dictus Christianissimus Rex, ipsius hæredes & successores, oppida, arces, fortalitia & loca munita supra dicta, aliter quàm in eo statu modo & conditione, quibus nunc in præsenti sunt, & imposterum per eos durante termino prædicto munientur, aut fortificabuntur, restituere & reddere non teneantur; ita tamen ut nec tempore restitutionis hujusmodi, nec antea, quicquam data opera fiet, quo prior munitionum sive fortificationum status, qui nunc est, seu qui imposterum per eos adjicietur, imminuatur, rumpatur, sive diruatur; sed omnia bona fide, integra & illæsa eo

modo quo supra restituentur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Christianissimus Rex, eo tempore, quo dictum oppidum Calesii virtute hujus tractatus restituere tenetur, unà etiam cum dicto oppido restituet dictæ serenissimæ Reginæ, hæredibus & successoribus ejus, aut ab eis ad id deputatis, sexdecim tormenta ænea, videlicet tria vulgò vocata *canons*; & tria vocata *demi-canons*; & tria vocata *bastardes*; & septem minora, vulgò vocata *moiennes*.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd pro securiore & certiore adimpletione restitutionum ex parte dicti Christianissimi Regis, hæredum successorumque ejusdem, dictæ Reginæ Angliæ, virtute præsentis tractatus, faciendarum, dabit Rex Christianissimus, quanto citius fieri poterit, septem aut octo, nec plures, mercatores exteros non subditos sibi, neque jurisdictioni ejus subjectos, sed domicilium extra regnum & ditiones ejus habentes, quique idonei, locupletes, ac solvendo sint, & commodè jure conveniri possint. Qui mercatores se obligabunt meliore modo & forma, quibus id fieri possit, cum renunciatione beneficii ordinis & excussionis, se soluturos summam quingentorum millium coronatorum aureorum de sole, dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ, aut ejus hæredibus & successoribus in regno Angliæ. Quæ quidem summa erit loco & vice pœnæ, casu quo dictus Rex Christianissimus, ejus hæredes aut successores, restitutiones præmissorum, virtute hujus tractatus, prædictæ serenissimæ Reginæ, aut ejus successoribus faciendas, adimplere recusaverint aut plus justo distulerint. Qua quidem pœna petita, sive soluta fuerit, sive non soluta, remanebunt nihilominus dicti Reges Christianissimus & Delphinus, eorum hæredes & successores, obligati ad dictam restitutionem faciendam, secundùm fidem datam, & pacta hoc tractatu comprehensa. Et quoniam haud facile fortè reperientur mercatores, qui velint tamdiu pro tam grandi pecuniarum summa remanere obligati, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd benè licebit dicto Regi Christianissimo, (si illi ita expedire videbitur) dictos mercatores de anno in annum mutare, & dictas cautiones renovare, dando alios mercatores exteros in pari numero quo supra, similiter domicilium extra regnum & ditiones dicti Regis Christianissimi habentes, & qui alibi quàm in dictis regno & ditionibus Regis Christianissimi commodè conveniri, & de stando juri cogi possint, atque idonei, locupletes, & solvendo sint. Qui ubi modo & forma supra dictis, & cum renunciatione beneficii ordinis & excussionis se obligaverint, tenebitur dicta serenissima Regina Angliæ eos acceptare loco priorum; quo facto liberabuntur & exonerabuntur dicti priores mercatores à dictis promissionibus & obligationibus dictæ serenissimæ Reginæ priùs factis: atque hæc quidem fient sine innovatione præsentis tractatus.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dictus Rex Christianissimus dictæ serenissimæ Angliæ Reginæ præclaros & nobiles viros Federicum de Foix, comitem de Candale, & capitalem de Buch; Ludovicum de Sainte-Maure, marchionem de Nesle, & comitem de Laval; Gastonem de Foix, marchionem de Trans; & Antonium du Prat, Præfectum seu Præpositum Parisiensem, & dominum de Nantoüillet; obsides dabit, ipsosque ante elapsum terminum, ad ratificationem hujus tractatus infra assignatum, præfatæ Reginæ in An-

glia tradendos curabit, & realiter tradi faciet, qui manebunt obligati pro dicta summa quingentorum millium coronatorum nomine pœnæ, eo modo quo supra dictum est, persolvenda, donec dictus Rex Christianissimus præstiterit & impleverit dictas cautiones, sive fidejussiones eo modo & forma quibus supra dictum est; quibus præstitis non poterunt dicti obsides] diutiùs retineri, vel arrestari: quos etiam obsides dictus Christianissimus Rex fide sua recipit & promittit esse idoneos & tales, ut si contingat dictas mercatorum cautiones, eo modo quo supra conventum est, non præstari, túnc possit dicta serenissima Regina ab illis dictam summam quingentorum millium coronatorum consequi, & recuperare.

Item. Conventum & conclusum est, quòd dicti obsides non retinebuntur in carcere vel alia custodia, sed fidem juramento dabunt & obstringent, se non discessuros ex Anglia, sine expressa Reginæ licentia. Atque ita Londini, vel in aula dictæ Reginæ, vel alibi, ubi illis ex licentia dictæ Reginæ videbitur, manebunt. Quòd si dicti obsides, vel aliquis aut aliqui eorum, contra fidem datam fecerint aut abierint, dictus Rex Christianissimus totidem alios idoneos & locupletes, intra unum mensem, post requisitionem ipsi super eo factam, dare & in Anglia dictæ serenissimæ Reginæ tradere, aut tradi facere tenebitur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd benè licebit dicto Christianissimo Regi, dictos obsides sic datos singulis quibusque duobus mensibus mutare, & alios pari numero, & ad solutionem dictæ summæ quingentorum millium coronatorum idoneos & sufficientes, loco eorum subrogare, & dictæ serenissimæ Reginæ in regno Angliæ tradere, quos sic traditos dicta serenissima Regina Angliæ acceptare, & priores liberè abire pro illorum arbitratu sinere tenebitur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd durante termino dictorum octo annorum, neque dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ, neque dicto Christianissimo Regi, vel serenissimis Regi & Reginæ Scotiæ licebit quicquam adversùs invicem, vel uni eorum contra alterum, ipsorumve regna, ditiones, patrias, & subditos armis innovare, attentare, aut moliri, directè aut indirectè, in præjudicium tractatus: & si quid durante termino prædicto per dictum Regem Christianissimum, aut serenissimos Regem & Reginam Scotiæ, aut subditos eorumdem, ex autoritate, jussu, aut approbatione eorum, eorumve alicujus, sic innovatum aut attentatum fuerit. Tunc dicti Christianissimus Rex, & Rex Delphinus, hæredes & successores eorum, innovatione ejusmodi aut attentato facto, possessione & occupatione dicti oppidi Calesiæ, & cæterorum omnium locorum supra dictorum citra mare, per dictum Regem Christianissimum ab Anglis nuper captorum, statim cedere & decedere tenebuntur & obligabuntur, illaque omnia dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ, eo ipso modo & forma quibus illa omnia finito dicto octo annorum termino restitui debere supra promissum & conventum est, sine ulla dilatione reddent & restituent. Quæ restitutio si sic facta non fuerit, dicti mercatores aut obsides dictam pœnam quingentorum millium coronatorum dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ solvere tenebuntur; pacto tamen dictæ restitutionis rato nihilominus remanente. Et vicissim, si quid durante termino prædicto, per dictam serenissimam Angliæ Reginam, aut

ejus subditos, ex autoritate, jussu, aut approbatione ejus, sic innovatum aut attentatum fuerit, dictus Rex Christianissimus, & Rex & Regina Scotiæ, ab omni promissione, fide data, & conventione superiùs specificatis, liberabuntur & absolventur; ac pari etiam modo obsides & mercatores, obligati pro dicta summa quingentorum millium coronatorum, à dicta sua promissione & obligatione liberati & exonerati erunt, ita ut in corpora aut bona eorum eo nomine nulla actio intentari possit, neque ipsi detineri aut molestari quoquo modo valeant. Porrò si quis subditorum alicujus principum prædictorum, autoritate suæ propria, aliquid molitus fuerit aut attentaverit contra subditos alterius dictorum principum, in præjudicium hujus præsentis tractatus, punietur tanquam pacis infractor secundùm facti qualitatem.

Item. Ut omnes controversiarum occasiones tollantur, & ut certiùs hæc pax & amicitia stabiliatur & firmetur, conventum, concordatum, & conclusum est, quòd fortificatio seu munitio facta in loco dicto Aimovvth sito in regno Scotiæ, & circa limitem dicti regni, ac etiam quicquid prætereajam innovatum est, aut ante publicationem hujus tractatus, ex parte dicti Regis Christianissimi, aut serenissimorum Regis & Reginæ Scotiæ, in præjudicium tractatus initi apud Boloniam, mense martio, anno 1549. inter Eduardum sextum nobilis memoriæ nuper Regem Angliæ, & dictum Christianissimum Regem, innovatum erit, ea omnia intra tres menses à die datæ hujus tractatus, aut eo citiùs, (si fieri poterit) diruentur & solo æquabuntur, ac omnia in pristinum statum restituentur & reponentur, bona fide & sine fraude: neque imposterum quicquam contra tractatum prædictum reædificabitur aut fortificabitur. Similiter etiam, si post tempus prædictum, & ante publicationem hujus tractatus, per Anglos aliquid in regno Scotiæ usurpatum fuerit, aut etiam aliquid circa limitem dicti regni, in præjudicium dicti tractatus, fortificatum & munitum fuerit, illa omnia per dictos Anglos diruentur & solo æquabuntur, & omnia in pristinum statum reponentur, bona fide, & sine fraude, neque imposterum quicquam, contra tractatum prædictum, reædificabitur, aut fortificabitur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd alia jura actiones & petitiones, quæ tam dicta serenissima Regina Angliæ, quàm etiam dictus Christianissimus Rex, ac serenissimi Rex & Regina Scotiæ, quacumque de causa sive occasione, invicem contra ipsorum aliquem seu aliquos respectivè habent & habere prætendunt, remanebunt eis salvæ & integræ; & pari modo exceptiones & defensiones eorum hinc & inde eisdem reservabuntur. Bona autem spes est, Deum optimum maximum occasionem, & viam interim datutum, qua omnes dictæ aliæ controversiæ & prætentiones, quas dicti principes inter se respectivè contra invicem habent, amicè componantur & concordentur.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd neuter principum prædictorum quovis modo receptabit, custodiet, aut retinebit, nec à subditis suis receptari, custodiri, vel retineri permittet aliquos rebelles, sive proditores dictorum principum, aut eorum alterius, de crimine læsæ majestatis reos, nec hujusmodi rebellibus, seu proditoribus, qui in aliquem locum obedientiæ principum prædictorum, seu alterius eorum, declinaverit, quoquo modo dabit seu præstabit auxilium, consilium, favorem, subsidium, aut assistentiam,

sed infra viginti dies postquam per literas ipsius principum prædictorum, cujus hujusmodi rebelles sive proditores extiterint, alter ex principibus hujusmodi requisitus fuerit, eos omnes & singulos literarum hujusmodi requisitionis latori, aut alii ad hoc in hujusmodi literis nominato sive deputato, bona fide tradet, restituet, & deliberabit, tradi, restitui, & deliberari faciet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ex neutrius principum prædictorum Cancellaria, aut alia Curia imposterum concedentur aliquæ literæ represaliarum, marcæ, aut contramarcæ, nisi super & contra principales delinquentes, aut eorum bona, eorumve factores, & hoc, in casu manifestæ denegationis justitiæ tantùm, de qua per literas summationis, aut requisitionis, & prout de jure requiritur, sufficienter constabit.

Item. Comprehenduntur in hoc tractatu pacis, ex parte dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ, Philippus Hispaniarum Rex, &c. juxta vim & effectum tractatuum inter eosdem Regem & Reginam, ac eorum regna, terras, patrias & dominia; & ex parte dicti Regis Christianissimi, Catolicus Hispaniarum Rex, necnon Rex & Regina, & regnum Scotiæ, secundùm antiquas confœderationes, & perpetuæ amicitiæ jura, quæ sunt inter Reges Franciæ & Scotiæ, eorum regna, & subditos.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd uterque principum prædictorum publicari & notificari respectivè faciet dictam pacem, confœderationem, & concordiam, Londini & Lutetiæ, intra decem dies à data præsentis tractatus, & in portubus, & aliis locis insignioribus regnorum Angliæ & Franciæ, quàm citissimè commodè fieri poterit.

Item. Conventum, & conclusum est, quòd serenissima Angliæ Regina omnia & singula præmissa fideliter observabit, seque ea sic observaturam, cùm per oratorem aut oratores dicti Regis Christianissimi, sufficiens ad id mandatum habentem vel habentes fuerit debitè requisita, tactis sacrosanctis evangeliis, in ejus vel eorum præsentia jurabit, omniaque & singula capitula in præsenti tractatu contenta per literas patentes, manu sua subscriptas, & magno sigillo suo sigillatas, ratificabit, autorisabit, & confirmabit, ipsasque literas ratificationis & confirmationis in sufficienti, valida, & efficaci forma conceptas, oratori seu oratoribus dicti Christianissimi Regis, sufficientem ad id autoritatem habenti aut habentibus infra sexaginta dies post datam præsentium tradet, tradive faciet, bona fide, realiter & cùm effectu. Similiter autem omnia, quæ per hunc articulum dicta serenissima Regina Angliæ facere & præstare tenetur, dictus Rex Christianissimus vicissim facere & præstare debet & tenetur.

TRAITE' DE PAIX ENTRE HENRI II. ROI DE FRANCE, & Filippe II. Roi d'Espagne. A Câteau Cambresis, le troisiéme avril 1559. aprés Pâques.

France & Espagne. Traité de Cambrai. 1559. 3. avril.

FRANCOIS, par la grace de Dieu Roi de France: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, salut. Savoir faisons, que nous desirant entretenir avec nôtre tres-cher & tres amé frere & cousin, le Roi de Suede, l'ancienne amitié, bonne intelligence &, confederation, qui a été entre nos predecesseurs Rois, & les Rois dudit Suede, nos roiaumes, pais, & sujets; & voulant bien & favorablement traiter lesdits sujets, & les gratifier & favoriser en cetui nôtre roiaume, des graces, franchises, & privileges, dont avons accoûtumé de gratifier nos bons amis,alliez,& confederez, à ce qu'ils aient plus de moien de negocier avec nos sujets, avec la liberté qui leur a toûjours été ouverte, & ainsi qu'il apartient à bons amis & alliez: Inclinant aussi à la requeste, qui faite nous a été de la part de nôtredit bon frere, & de tous ses sujets, manans & habitans dudit roiaume de Suede. Pour ces causes, & autres à ce nous mouvans, avons permis, accordé, & octroié, permettons, accordons, & octroions par ces presentes, qu'ils puissent & leur soit loisible, d'aller, venir, frequenter, trafiquer, negocier, marchander en cetui nôtre roiaume, pais, terres & seigneuries de nôtre obeïssance, soit par mer, eaux douces, ou par terre, librement & & sans aucun trouble, moleste, destourbier, ou empêchement, tout ainsi qu'ont accoûtumé, & peuvent faire nos propres sujets, manans & habitans de nôtre roiaume, en paiant les mêmes droits que nosdits sujets, és lieux qui à ce sont destinez & ordonnez.

Item. Leur avons permis & octroié, permettons & octroions, voulons & nous plaist, qu'ils ne soient tenus paier en cetui nôtre roiaume, pour le poids, mesure, ou compte des marchandises à eux apartenans, & qui ont accoûtumé d'être pesées, mesurées, ou comptées, non plus que nos propres sujets ont accoûtumé de paier, sans qu'on leur en puisse demander ni exiger aucune chose davantage, en quelque sorte que ce soit, sur peine de paier par ceux, qui feront le contraire, tous dépens, dommages, & interests.

Et si aucuns desdits sujets de nôtredit bon frere avoient avisé de se retirer, habiter, ou resider en cetui nôtre roiaume, faire le pouront, en obtenant de nous, ou de nos successeurs, lettres de naturalité, & congé de tester, bien & dûement verifiées, & disposer de tous & chacuns leurs biens, tant meubles, qu'immeubles, soit par testament, ordonnance de derniere volonté, donation entre vifs, ou autrement, en quelque sorte que ce soit, suivant les ordonnances, loix, & statuts des lieux où ils seront habituez, & tout ainsi que s'ils étoient originaires de nôtredit roiaume.

Et si d'avanture, que Dieu ne veüille, il survenoit que la paix, amitié, & confederation, que nous avons avec nôtredit bon frere, vint à se rompre, pour quelque cause & occasion que ce soit; ou bien que nous eüssions guerre ouverte contre quelques autres Rois, Princes, ou Potentats; tellement que par ce moien l'entrecours & trafic de marchandise vint à être empêché en nôtre roiaume: en ce cas pouront les sujets, manans & habitans de nôtredit bon frere residans en nôtredit roiaume lors, de ladite rupture de l'amitié & intelligence que nous avons avec nôtredit bon frere, leur Prince & Roi, & ouverture de la guerre d'entre nous & lui, dedans un an aprés le commencement de ladite rupture, emporter & emmener de cetui nôtredit roiaume tous leurs navires, marchandises, biens, & autres choses à eux apartenans, sans aucun empêchement public ou privé, molestе ou destourbier quelconque.

Et si nous avons guerre contre autre que contre nôtredit bon frere, sesdits sujets pouront, selon l'occurence de leurs affaires, aller, venir, retourner, & frequenter en nôtredit roiaume, y demeurer tant que bon leur semblera; & derechef en sortir, & retourner à leurs affaires, sans qu'il leur soit, ni à leurs gens, serviteurs, mariniers, biens, navires, & autres choses quelconques, fait, mis, donné aucun trouble, arrest, destourbier, ou empêchement, pourvû toutefois que sous ombre dudit trafic, & de la liberté qui leur est baillée par ces presentes, ils ne feront & ne pourchasseront, & ne feront faire, ni pourchasser aucune chose contraire ni prejudiciable à nous, nos roiaumes, païs & sujets.

Item. Quelque guerre que nous aions ci-aprés contre autres Princes, Rois, Potentats, & autres nations quelconques, pouront neanmoins lesdits manans & habitans du roiaume de Suede de nôtredit bon frere, avec leurs biens, navires, & marchandises, aller & venir, & frequenter avec ceux ausquels nous aurons guerre, comme dit est; demeurer en leurs ports, havres, païs, villes, & détroits, tout ainsi qu'ils aviseront pour leur commodité, y vendre, acheter, negocier, & marchander, & aprés s'en départir & aller ou bon leur semblera; y retourner derechef toutes fois & quantes qu'ils aviseront, sans qu'il leur soit mesfait, ni mesdit; ni que pour raison de ce, ils soient, ou puissent être censez, nommez, & reputez violateurs de paix, amitié, & concorde; ou que nos sujets leur puissent faire, mettre, ou donner aucun trouble & destourbier, arrest, & molestе quelconque; ce que nous leurs avons dés à present comme pour lors, & dés lors comme maintenant, interdit & deffendu, interdisons & deffendons par ces presentes. Et afin qu'ils puissent avec plus de seureté continuer leurdit trafic, quand par eux serons requis, nous leur baillerons & ferons bailler pour cet effet, durant la guerre, telles letres de saufconduit que besoin sera; de maniere qu'ils puissent librement negocier & trafiquer, sans être troublez ou molestez par nosdits sujets.

Item. Nous avons ausd. manans & habitans dud. roiaume de Suede permis & accordé, qu'ils puissent & leur loise acheter en nôtredit roiaume telle quantité de sel, qui sera necessaire pour la provision dudit roiaume de Suede, & convenir du prix de gré à gré comme nos sujets, icelui transporter, mener, & conduire hors nôtredit roiaume, sans aucun empêchement.

Item. Et afin qu'ils aient plus de moien de promtement mettre fin aux pro-

cés & diférends, qui pouront sourdre en nôtredit roiaume pour leurs marchandises, biens, navires, & autres choses quelconques; nous leur avons permis & permettons par ces presentes, qu'ils puissent & leur loise choisir & élire deux ou quatre juges & aldermans, pour juger, definir, & terminer lesdits procés qu'ils auront entre eux.

Mais s'il advenoit qu'ils eûssent procés ou diférend contre nos sujets, ou autres étrangers en nôtredit roiaume, nous deputerons tels de nos officiers prochains des lieux & villes maritimes non suspects, que aviserons, pour leur administrer bonne, promte, & briéve justice.

Item. Ne seront lesdits sujets, manans & habitans du roiaume de Suede contraints, pour quelque cause & occasion que ce soit, bailler leurs marchandises en cetui nôtre roiaume, à plus vil prix qu'il n'apartiendra, ains leur sera libre en tirer ce qu'ils pouront en avoir.

Et s'il se trouve és articles ci-dessus contenus aucune obscurité, seront iceux articles interpretez & éclaircis selon raison & équité, & sur ce, leur sera pourvû, ainsi qu'il apartiendra.

Si donnons en mandement à nos amez & feaux les Gens tenans nos Cours de Parlement, & à tous nos Lieutenans Generaux, Gouverneurs, Admiraux, Viç-Admiraux, Baillifs, Senéchaux, Prevôts, ou leurs Lieutenans, Capitaines & Gouverneurs des villes, citez, châteaux, bastides, havres, navires, vaisseaux, Maires, Consuls, Echevins, Maîtres & gardes des ports, ponts, peages, passages, jurisdictions & détroits, que cesdites presentes ils fassent lire, publier, & enregistrer en leurs Cours & Auditoires, & du contenu en icelles, lesdits sujets, manans & habitans dudit roiaume de Suede jouir & user pleinement & paisiblement, sans, en ce, leur faire mettre ou donner, ni souffrir leur être fait, mis, ou donné aucun trouble, destourbier, ou empêchement au contraire; lequel si fait, mis, ou donné leur étoit, faire incontinent le tout mettre & reparer à pleine & entiere delivrance, & au premier état & dû. Car tel est nôtre plaisir, nonobstant quelconques ordonnances, loix, us, statuts, restrictions, mandemens, ou défenses à ce contraires. En têmoins de ce nous avons signé ces presentes de nôtre main, & à icelles fait mettre & aposer nôtre scel. Donné à Amboise le 26. jour de mars, l'an de grace 1559. & de nôtre regne le premier. Ainsi signé sous le repli, FRANCOIS, & sur ledit repli, Par le Roi étant en son Conseil, DE L'AUBESPINE.

Lecta, publicata & registrata, audito Procuratore Generali, Regis pro per impetrantes gaudendo contentis in dictis litteris, dummodo sint reciproca ac mutua societas & commercia inter cives & subditos utriusque, regni & communes ac mutua leges societatis. Actum Parisiis in Parlamento 13. die maii, anno Domini 1560. Sic signatum, DU TILLET.

TRAITE' DE PAIX ENTRE FRANCOIS II. ET MARIE, Roi & Reine de France & d'Ecosse, d'une part; & Elisabet, Reine d'Angleterre, d'autre. Fait à Edimbourg, le 6. juillet 1560.

UNIVERSIS, & singulis ad quorum notitiam præsentes pervenerint, salutem. Cùm anno Domini 1559. secunda die aprilis, apud Castellum in agro Cameracensi, quidam paris amicitiæ, concordiæ, fœderis, & amicitiæ tractatus inter serenissimos & potentissimos Principes, Henricum, præclaræ memoriæ Francorum Regem Christianissimum, ex una parte; & Elisabetham, Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Reginam, Fidei defensorem, ex altera parte; eorumque hæredes, & successores, per oratores, deputatos, ambassiatores, & commissarios ipsorum, sufficienter ad id autorisatos, initus, factus, & conclusus fuisset, qui postea juxta pacta, & conventa dicti tractatus, per ipsos potentissimos Principes respectivè, ratificatus, approbatus, & confirmatus, ac etiam juramentis ipsorum solemniter præstitis fuit corroboratus; inciderunt tamen postea quædam inter dictos illustrissimos Principes, ac etiam inter illustrissimos Principes Franciscum II. & Mariam, Francorum & Scotorum Regem & Reginam; & dictam serenissimam Reginam Elisabetham, quæ suppositionum simultatum, controversiarum, & discordiarum ciendarum & alendarum occasionem præbitura viderentur, usque adeò, ut ad arma quoque corripienda itum sit. Quibus factum est, ut de dicti tractatus pacis & fœderis non recta observatione expostulationes & querelæ hinc & inde exoriantur. Ne tamen hæc cœpta latiùs proserpendo dictorum regnorum orbisque Christiani quietem & tranquillitatem interturbare queant, Deo sanctorum cogitatorum ac pacis autore, visum est dictis potentissimis principibus, Francisco, Mariæ, & Elisabethæ, certos oratores, deputatos, & commissarios suos constituere, & delegare, qui de conservanda, constabilienda, firmanda, reconcilianda, & perpetuanda amicitia & pace, inter ipsos potentissimos Principes, & eorum posteros & successores, ac inter dominia omnia & regna ipsorum, simul conveniant, tractent, statuant, & concludant.

France, Angleterre, & Ecosse. 1560. 6. juillet.

NOS igitur Joannes Montlucius, Valentinus & Diensis Episcopus & Comes, secretioris Consilii Regis, Consiliarius; & Carolus de la Rochefoucaud, dominus de Rendan, miles & eques auratus, cataphractorum præfectus dictorum serenissimorum ac potentissimorum Principum, Francisci, & Mariæ, Christianissimi Francorum & Scotorum Regis & Reginæ oratores, commissarii, deputati, procuratores, & ambassiatores, eorum de in, & ad infra scripta, tractanda, paciscenda, convenienda, & concludenda, sufficienti auctoritate præditi, cum præclaris & eximiis viris, Guillelmo Cecilio, equite aurato, dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ secretario primario; & Nicolao VVotton, Ecclesiarum Metropolitarum Cantuariensis & Eboracensis Decano; jam dictæ serenissimæ Reginæ Elisabethæ in Consilio ejus privato consiliariis, deputatis, procuratoribus, & ambassiatoribus ejusdem, ad infra scripta tractanda, paciscenda, convenienda,

& concludenda, sufficientem autoritatem habentibus, nomine principum nostrorum supra dictorum, & virtute & autoritate hinc inde mandatorum & commissionum nostrarum, per præsentes convenimus, constituimus, concordamus, & concludimus articulatim, prout sequitur.

Imprimis conventum, concordatum & conclusum est, quòd supra dictus fœderis, amicitiæ, & pacis tractatus, apud Castellum in agro Cameracensi, ut dictum est, initus, factus, & conclusus, omniaque & singula in eodem conventa, concordata, & conclusa, remanebunt & erunt firma & valida, ac in eodem robore, efficacia, viribus etiam nunc consistent, in quibus erant, vel esse debuerant statim & immediate post ratificationem vel confirmationem dicti tractatus hinc inde factam, perinde ac si nihil omnino contra aliquem articulum sive conventionem dicti tractatus ab utravis parte ulteriùs innovatum, attentatum, gestum, factum, aut commissum esset; & perinde ac si dicti tractatus conventa, pacta, & concordata, ad verbum hìc essent de novo inserta & repetita, & nomine dictorum illustrissimorum Principum Francisci & Mariæ, ex una; & Elisabetæ ex altera; expressè facta & conclusa.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd quidam pacis, fœdederis & amicitiæ tractatus inter serenissimos Principes Franciscum ac Mariam tunc Regem & Reginam Scotiæ, Delphinos Viennenses, Comites Valentinenses & Dienses, ex una; & Elisabetam Angliæ, Franciæ, & Hiberniæ Reginam, ex altera, per deputatos, commissarios, & oratores eorum, apud dictum Castellum in in agro Cameracensi, eodem anno & mense factus & conclusus, similiter & eodem modo per omnia, quo tractatus de quo in præcedenti articulo dictum est, firmus & validus remanere debet.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes copiæ militares, tam maritimæ, quàm terrestres utriusque partis, è regno Scotiæ discedent, illo modo, forma, & conditionibus de quibus inter dictos deputatos & commissarios, per articulos manibus eorum subscriptos, & sigillis corroboratos, latiùs & pleniùs exprimetur, describetur, & conventum erit; excepto quod in arcibus de Dombart, & fortalitio de Yvelkerth, solummodò præsidiarii milites franci relinqui & manere poterunt, de quibus inter dictos oratores Francos, & Principes & primores Scotiæ expressè conventum erit. Et similiter conventum, concordatum, & conclusum est, quòd omnes apparatus bellici, videlicet in Anglia & Hibernia, adversùs Francos vel Scotos deinceps omnino cessabunt: ita ut nulla navis milite, instrumento, aut apparatu bellico onusta, ex Anglia vel Hibernia, aut alio loco quocumque, ex consensu dictæ Reginæ Elisabetæ, in Franciam seu Scotiam; aut ex Gallia, aut ex alio loco quocumque, ex consensu dictorum Regis & Reginæ Mariæ in Angliam, Hiberniam, aut Scotiam trajiciat.

Item. Cùm in dicto tractatu apud Castellum in agro Cameracensi inter alia conclusum fuerit, quòd fortificatio seu munitio facta in loco dicto *Aimouth* sito in regno Scotiæ, intra tres menses à die datæ dicti tractatus dirueretur & solo æquaretur, neque quicquam impostetum ibi reædificaretur, quia dicta munitio cœpta est ex aliqua parte dirui, sed non sic prorsus diruta est, sicut conventum fuerat: Ideò conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dicta fortificatio de *Aimouth* prorsùs diruetur & subvertetur ante finem quatuor dierum ad incepta demolitione

molitione villæ de Lotha : qua in re si opus fuerit, Scoti ad id deputati ab oratoribus uti poterunt opera fossorum & operariorum Anglorum.

Cùm autem Regna Angliæ & Hiberniæ ad dictam serenissimam dominam & principem Elisabetam jure spectent & pertineant,& proinde nulli alteri se dicere ,scribere, nominare, seu intitulare,nec dici,scribi, nominari aut intitulari facere Regem & Reginam Angliæ aut Hiberniæ,neque insignibus aut armis,vulgariter dictis *armoiries*, regnorum Angliæ aut Hiberniæ uti, aut sibi arrogari liceat ; idcirco statutum, pactum , & conventum est, quòd dictus Rex Christianissimus & Regina Maria, & uterque eorum, abstinebunt deinceps à dicto titulo atque insignibus regni Angliæ & Hiberniæ utendis vel gerendis. Prohibebunt etiam ac interdicent suis subditis , ne quis in regnis Franciæ , aut Scotiæ , atque eorum provinciis, sive in aliqua parte eorum, quovis modo utatur dictis titulo aut insignibus. Interdicent etiam & præstabunt, quantum in ipsis erit, ne quis aliquo modo dicta insignia cum insignibus dictorum regnorum Franciæ aut Scotiæ commisceat. Quòd si quæ inveniantur literæ aut scripta , quibus appositus sit titulus regnorum Angliæ vel Hiberniæ, vel sigillo insignium dictorum regnorum, vel alterius eorum, fuerint obsignata, reformabuntur sine ulla dictorum tituli & insignium Angliæ vel Hiberniæ adjectione ; ita quòd omnes literæ & scripta continentia dictum titulum, aut obsignata sigillis dictorum insignium,quæ non erunt,ut supra dicitur,innovata aut reformata infra novem menses,post publicationem hujus tractatus, erunt nulla , & nullius momenti. Curabunt præterea & cavebunt , quantum in ipsis, erit ne in dictis regnis Franciæ & Scotiæ , insignia prædicta immixta insignibus dicti Regis & Reginæ Mariæ, vel dictus titulus præfatis Regi vel Reginæ Mariæ scriptus, alicubi extent , videantur , aut reperiantur.

Item. Cùm dicti oratores vel commissarii serenissimæ Reginæ Elisabetæ cautionem expressam in fine præcedentis proximi articuli publico edicto fieri, & pro injuriis, quas asserebant per dictos serenissimos Regem & Reginam Mariam dictæ serenissimæ Reginæ Elisabetæ esse illatas, ulteriorem reparationem postularent ; Franciæ verò oratores, cùm ad hoc multa respondissent,illud etiam addiderunt, nullam se habere autoritatem iis de rebus quicquam agendi aut contractandi ; quòd si expectandum esset Galliæ responsum, magna intercederet temporis jactura , maximumque huic resarciendæ & reconciliandæ pacis & amicitiæ tractatui & instituto impedimentum inde emergere posset. Ideo conventum , concordatum, & conclusum est, quòd disceptatio super dictis postulatis , tam pro publicanda dicta cautione , quàm pro ulteriori compensatione, remittetur in alium conventum, quam cito commodè fieri poterit inter dictos utriusque partis oratores & deputatos instituendum & celebrandum. Quòd si ne tum quidem inter eos super dicta disceptatione conveniri poterit ante finem trium mensium à die datæ hujus tractatus , tum ex utriusque partis consensu in potentissimum Principem, Philippum Hispaniarum Regem Catolicum,dicta disceptatio compromittetur , cujus arbitrio & sententiæ e super adem utrinque stabitur. Ita tamen ut ille super eadem sententiam & finale decretum , intra anni vertentis spatium post dictum trimestre finitum , scripto prolatum edere non gravetur , nisi si ex utriusque partis consensu tempus illud annum ulterius prorogari & differri contingat. Quod sive factum non erit, sive intra tempus sic prorogatum , dictus Rex Catolicus finem

ei disceptationi non imposuerit, tunc dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ Elisabetæ jus illa petendi cum voluerit integrum reservabitur, in eo statu in quo erat ante hujus tractatus inchoationem, cum Deo optimo maximo, in cujus manu corda Regum sunt, visum sit animos dictorum Christianissimorum Regis & Reginæ Mariæ ita inclinare, ut suam erga nobilitatem & populum suum regni Scotiæ clementiam & benignitatem abunde ostenderint; vicissimque dicta nobilitas & populus suam erga dictos Christianissimos Regem & Reginam suos principes obedientiam obsequiumque sponte sua ac libenter professi sint, agnoverint & polliciti sint dehinc sese præstituros; pro qua nutrienda, conservanda, & perpetuanda, præfati Christianissimi Rex & Regina per dictos suos oratores, quibusdam precibus dictæ nobilitatis ac populi suppliciter præfatis Regi & Reginæ exhibitis, ad honorem dictorum Regis & Reginæ, ad bonum publicum dicti regni & ad conservationem obedientiæ eorum spectantibus assensum præbuerunt, quia dictus Christianissimus Rex & Regina Elisabeta soror carissima, confœderata sua

cujus intercessione & rogatu dictus Rex & Regina animos suos huc eo propensiùs inclinarunt, idcirco inter dictos oratores & deputatos utrinque conventum est, quòd dictus Christianissimus Rex & Regina Maria adimplebunt omnia illa, quæ per dictos suos oratores præfatis nobilitati & populo Scotiæ commissa sunt apud Edimburgum, die sexto mensis julii, anno hoc præsenti 1560. dummodo prædicti nobiles & populus Scotiæ adimpleant & observent quæcumque continentur in dictis conventionibus & articulis ab illis præstanda & observanda.

Item. comprehenditur in hoc tractatu reconciliationis pacis & amicitiæ ex parte serenissimorum Principum, Francisci Christianissimi Gallorum Regis, & Mariæ Reginæ, & ex parte dictæ serenissimæ Reginæ Angliæ Elisabetæ juxta vim & effectum tractatuum inter eosdem Regem & Reginas ac eorum regna, terras, patrias & dominia.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd ipse præsens tractatus cum omnibus & singulis in eodem conventis à dictis illustrissimis & potentissimis Francisco, Maria, & Elisabeta ac eorum quolibet, intra sexaginta dies à data hujus tractatus ratificabitur, confirmabitur, ac in literis eorum patentibus, magnis eorum sigillis muniendis, & per eosdem manibus suis propriis subscribendis, redigetur, ipsasque litteras confirmatorias autenticas, & sic, ut præfertur, subscriptas & sigillatas, dicti principes, & eorum quilibet alterius principes oratori sive commissario, oratoribus sive commissariis ad hoc autoritatem & mandatum habenti vel habentibus, invicem tradent seu tradet realiter & cum effectu.

Item. Conventum, concordatum, & conclusum est, quòd dicti serenissimi & potentissimi principes, Franciscus ac Maria, & Elisabeta, ac eorum quilibet, in præsentia oratoris sive commissarii, oratorum sive commissariorum alterius principis sufficientem ad id autoritatem habentis seu habentium, & ab eodem seu eisdem requisitus, in verbo regio promittent & promittet, & tactis sacrosanctis Dei evangeliis jurabunt, & eorum quilibet jurabit, se omnes & singulos articulos, conventiones, promissiones & pacta in præsenti fœdere & tractatu comprehensa, fideliter bona fide, & inviolabiliter observaturos, & eorum quemlibet pro parte sua observaturum.

In quorum omnium & singulorum præmissorum fidem & testimonium, nos ora-

tores, commissarii, & ambassiatores prædicti, has litteras patentes manibus nostris subscriptas, sigillorum nostrorum appositione muniri & corroborari fecimus. Acta fuerunt hæc apud Edimburgum in dicto regno Scotiæ, die sexta julii, anno 1560. Sic signatum,

Montlucius, Episcopus Valentinus. *VV. Cecill.*
Rendan *N. VVotton.*

SOUS LE REGNE DE CHARLES IX.

TRAITE' ENTRE ELISABET REINE D'ANGLETERRE, le Prince de Condé & la Ligue de France. A Hamptoncourt. le 20. septembre 1562.

Angleterre. Ligue Huguenote.

1562. 20. *septembre.*

ILLUSTRISSIMUS Princeps *de Condé* ad defendendum Rothomagum, *Dieppe*, & *Havre-de-Grace* in Normandia, & eorum oppidorum habitatores, aliosque serenissimi Francorum Regis subditos, qui sese in oppida receperunt, à cæde & interitu qui in eos à Duce Guisio, ejus fratribus & aliis Guisianæ factionis hominibus crudeliter intentatus est *: & pro auxilio, quod serenissima Angliæ Regina pollicetur propter defensionem ejus, & reliquorum illius confœderatorum, in obsequio suo præstando, erga suum Regem, in tuendo Dei honore & in propagando communi commodo regni Galliæ, curabit & efficiet ut oppidum *du Havre-de-Grace*, hujusmodi locumtenenti ejusve deputato tradatur, quem serenissima Angliæ Regina illi oppido sit præfectura, unà cum universis & singulis arcibus, castris, munitionibus, armamentariis, omnibusque armorum generibus & aliis rebus quibuscumque, quæ ad Regem spectant, & ad prædicti oppidi defensionem; ullo modo spectare possunt vel poterunt; cum hac etiam conditione, ut nemo miles gallicus in eo oppido maneat, nisi cum consensu & approbatione locumtenentis serenissimæ Reginæ, ejusve deputati, ut illud oppidum teneatur & custodiatur per illam serenissimam Reginam Angliæ, ejusque locumtenentes, ad defensionem principis & confœderatorum suorum, reliquorumque subditorum Regis, qui solummodo propter religionis evangeliisque professionem edictique regii observationem vexantur. & oppugnantur à Guisianis.

* Cela se doit entendre du *Massacre de Vassy* arrivé le 1. de mars de cete année, lequel servit de pretexte à cete Ligue, & de signal aux guerres civiles, qui troublérent tout le regne de Charles IX.

Et propterea serenissima Angliæ Regina, ejusve locumtenens, curabit & efficiet, ut tres sufficientes obsides capitaneo prædicti oppidi *du Havre de Grace* ejusve deputatis illud petentibus, tradantur apud *Dieppe*, ut in eo oppido ejusve præcinctu, libero more versentur, donec isti articuli manu & sigillo serenissimæ Reginæ Angliæ consignati illustrissimo Palatino Rheni Principi Electori, aliive principi Germano protestandi tradantur, de quo inter partes convenerit; in cujus vel quorum manibus dicta serenissima Regina tenebitur de novo, bona fide promittere, se omnia hìc contenta per mpleturam, & istis articulis traditis, & dicta promissione facta dicto illustrissimo Palatino Rheni, vel alii principi Germano, prædicti obsides in pristinam suam libertatem restituentur. Interea verò tem-

poris, dum illi permanserint in *Dieppe*, cum minori favore tractandi sunt; quàm Gallici obsides in præsenti Londini solent tractari.

Item. Serenissima Angliæ Regina curabit & efficiet, ut centum millia aureorum coronatorum gallicorum, vel ea pecuniæ summa, quæ ejusdem erit valoris, prædicto principi *de Condé*, ejusve certo deputato, vel Argentorati, vel Francofordiæ, aut alibi, ut inter partes convenerit, persolvantur, videlicet septuaginta millia coronatorum, quamprimùm certo vel Argentorati, vel Francofordiæ per nuncios sciri poterit de tradito illo oppido *du Havre-de-Grace*, in manus serenissimæ Reginæ Angliæ, ejusve locumtenentis; & reliqua triginta millia coronatorum, intra spatium mensis proximi sequentis in prædicto loco, sive Argentorati, sive Francofordiæ similiter persolventur.

Item. Quo melius defendantur oppida etiam *Dieppe* & Rothomagus contra eorum hominum vim, qui vastitatem & cædem fidelibus subditis serenissimi Regis Francorum istic habitantibus, sive eò confugientibus, conantur intentare, præter ter mille præsidiarios milites destinatos pro præsidio *du Havre-de-Grace*, serenissima Angliæ Regina mittet alia tria millia hominum pro custodia vel auxilio aliarum urbium, videlicet pro auxilio Rothomagi, si id necessarium & tutum videbitur locum tenenti serenissimæ Reginæ, & pro custodia villæ *de Dieppe*, si in illam villam à capitaneo & civibus amicè admittantur. Quæ militum præsidia serenissima Regina continuabit, donec eo modo quadraginta millia coronatorum aureorum expendantur, nisi interea temporis, concordia facta fuerit inter dictum principem & suos adversarios. In cujus pecuniæ expensione illa quidem pecunia computabitur, quæ mandato serenissimæ Reginæ persolvetur capitaneo *du Havre*, ejusve deputato, ab ultimo die mensis superioris augusti, adusque dum prædictum oppidum *du Havre de-Grace*, serenissimæ Angliæ Reginæ, ejusve locumtenenti, prout antea declaratum, est tradatur. Si verò is locumtenens non queat pro commoditate rerum gerendarum præsidium mittere Rothomagum, tum serenissima Regina, vice illius præsidii, curabit & efficiet, ut viginti millia coronatorum principi *de Condé*, ejusve certo deputato in Normandia ad defensionem Rothomagi, vel ad alium usum principis, persolvantur. Et si Regina non expendat summam viginti millium coronatorum in defensione villæ *de Dieppe*, proptereaque sui milites ibi non fuerint recepti à capitaneo & civibus, tunc reliqua pars viginti millium coronatorum non expensa simili modo principi persolvetur, hac quidem ratione, ut illa & ista summa viginti millium coronatorum in summa illorum prædictorum quadraginta millium computentur; & tunc etiam serenissima Regina non tenebitur continuare diutius in oppido *de Dieppe* illud præsidium, quàm per idem præsidium ipsa expenderit viginti millia coronatorum, computandorum etiam in illa pecuniæ summa, quæ prædicta jam ratione persolvenda erit capitaneo *du Havre-de Grace*, ab ultima die mensis superioris augusti.

Provisum etiam est atque conclusum, ut illustrissimus princeps *de Condé* curet diligenter atque provideat, ut milites serenissimæ Reginæ Angliæ, qui mittendi ad suppetias ferendas vel *Dieppe* vel Rothomago, possint sine offensione & molestia ingredi in illa oppida, & istic liberè versari, ingenuèque tractari, prout par est, ut tractentur amici & fautores prædicti illustrissimi principis; &

quo certior atque exploratior ratio habeatur illarum expensarum, serenissima Regina concedit, ut certi ministri illustrissimi principis de die in diem, de eadem expensarum ratione certiores unà reddantur.

Item. Serenissima Regina permittet ut subditi serenissimi Regis Francorum, qui sive in illis oppidis, sive in aliis habitant, bonis suis atque libertate utantur & fruantur, & quòd jus dicatur in illis oppidis per officiarios & præfectos dicti Regis Francorum sòlummodo, quantum ad dicti Regis subditos pertinet. Permittet etiam serenissima Regina, ut in oppido *du Havre-de-Grace* & *Dieppe*, perfugium & receptus pateat illis serenissimi Regis Francorum subditis,qui vel purioris religionis nomine miserè exagitantur, vel suo Regi sub ductu illustrissimi Principis *de Condé* fideliter inserviunt. Hoc interim cautum sit, ut liberum & integrum relinquatur locumtenenti serenissimæ Reginæ,ut possit prohibere eum numerum hominum ab introitu in oppidum *du Havre-de-Grace*, qui suo judicio ulli detrimento securæ custodiæ illius oppidi esse queant.

Item. Serenissima Regina promittit restituere illud oppidum *du Havre-de-Grace*, cum omnibus adjacentibus, sine avectione alicujus apparatus bellici illic reperti, aut repetitione expensarum quæ fient pro reparatione dictæ villæ, cæteraque loca illic per suos possessa, in manus serenissimi Regis Francorum, quamprimùm labore & opera illustrissimi principis *de Condé*, oppidum Caletum, unà cum singulis aliis territoriis adjacentibus, in manus serenissimæ Angliæ Reginæ, aut ejus locumtenentis, restituetur, secundum tenorem conventionis illorum fœderum quæ apud *Câteau* juxta Cameracum inter serenissimam Angliæ Reginam,& serenissimum Regem Francorum Henricum secundum, anno 1559. pacta conclusaque,sunt licet de longiore illius oppidi Caleti restituendi tempore in prædictis fœderibus cautum sit; & quamprimùm etiam prædicta summa centum quadraginta millium coronatorum serenissimæ Reginæ, vel ejus deputatis, reddatur absque ullo interesse.

Item. Serenissima Regina non restituet oppidum *du Havre-de Grace*, in manus serenissimi Regis Francorum,nec ab eo Rege Caletum oppidum recipiet, sine expressa consensione illustrissimi principis *de Condé*, vel illorum, qui primas partes in dicta associatione tenebunt; & nisi facta illis nobilibus compensatione bonorum, quibus,propter traditionem dicti oppidi *du Havre de-Grace* in manus serenissimæ Reginæ Angliæ privati sunt.

Item. Locumtenens serenissimæ Reginæ patietur capitaneum *du Havre-de-Grace*, sive ejus deputatos, postquam illud oppidum commissum fuerit protectioni serenissimæ Reginæ,avehere ex eo oppido eas res, quæ meræ merces sunt, & quæ non propriè spectant ad defensionem illius oppidi.

Item. Licitum erit eidem capitaneo, sive ejus deputato abducere, duodecim naves gallicas istinc, quæ jam illic sunt, unà cum armamentis omnibus atque munitionibus, quæ non adhibitæ sunt ad defensionem illius oppidi, sed usurpantur propriè ad alias marinas negociationes.

Ad extremum neque serenissima Regina neque illustrissimus princeps *de Condé* quicquam pacifcentur, transigent, aut facient, quod alterutri parti præjudicio esse queat, absque consensu partis cui præjudicabitur.

Ad harum rerum certissimam confirmationem, serenissima Angliæ Regina

& suam manum, & magnum Angliæ sigillum huic scripto apposuit. Datum apud Regiam de Hamptoncourt, 20. mensis septembris 1562. Signé, Elisabet. Et scellé sur le repli, en lacs ou cordons de soie blanche & noire, du grand scel d'Angleterre sur cire verte.

TRAITE' DE PAIX, DE CONFEDERATION, ET D'ALLIANCE entre le Roi Charles IX. & Elisabet Reine d'Angleterre. A Troies le 11. Avril 1564.

Angleterre. 1564. 11. avril.

ELISABETH, Dei gratiâ Angliæ, Franciæ & Hiberniæ Regina, Fidei defensor, &c. universis & singulis ad quorum notitiam hæ præsentes litteræ pervenerint, salutem. Cùm tractatus quidam ad pristinam amicitiam, pacem, & concordiam bello nuper interruptam feliciter reconciliandam & resarciendam, inter oratores, commissarios, deputatos & legatos nostros, ac illustrissimi & serenissimi principis Caroli, Francorum Regis Christianissimi, ejus nominis noni, fratris, & consanguinei nostri carissimi, virtute & autoritate litterarum ac commissionum à nobis, & à dicto fratre nostro respectivè concessarum, nuper conventus, concordatus, & conclusus fuerit, videlicet undecima die præsentis mensis aprilis, apud civitatem Trecensem, sicut in litteris scriptis & actis oratorum, commissariorum, deputatorum, & legatorum prædictorum desuper confectis, subscriptis, & sigillis obsignatis, pleniùs apparet & continetur, quorum tenor sequitur, & est talis.

UNIVERSIS & singulis, ad quorum notitiam præsentes pervenerint, salutem. Cùm Christianissimus Francorum Rex Carolus, ejus nominis nonus, & serenissima Angliæ Regina Elisabeth, pro sua christiana pietate & caritate, ac regia animi magnitudine & sinceritate, pristinam amicitiam, pacem & concordiam, bello interruptam, reconciliare & resarcire cuperent, ad Dei optimi maximi honorem & gloriam, totius Reipublicæ Christianæ beneficium, necnon & suorum regnorum ac subditorum communem salutem, commodum, & utilitatem, præfati Rex & Regina commiserunt & delegarunt, videlicet Christianissimus Rex pro suo parte, reverendum in Christo Patrem Joannem de Morvilliers, Episcopum Aurelianensem, in suo sanctiori consilio consiliarium; & nobilem ac egregium virum Jacobum Bourdin, Equitem, dominum à Villanis, etiam in suo sanctiori consilio consiliarium, & status Regis regnique secretarium; & serenissima Regina Angliæ, pro se suoque nomine generosos, & insignes viros dominum Nicolaum Throxmorton, Equitem, unum generosum privatæ suæ cameræ, ac suum consiliarium; & Thomam Smyth, etiam Equitem, consiliarium, legatum & oratorem suum in Francia residentem. Qui quidem procuratores & legati, virtute mandatorum & commissionum suarum, simul convenerunt, deque componendis controversiis, & eadem pace concilianda & constituenda, multis ac diversis habitis colloquiis egerunt & tractarunt; tandemque Deo optimo maximo autore, pacem, concordiam, & amicitiam perpetuam & inviolabilem, inter Christianissimum

Regem & sereniſſimam Reginam *, conſtituerunt & concordarunt, legibus, conditionibus, pactis & forma, quæ ſequuntur.

Imprimis concordatum & concluſum eſt, quòd inter prædictos Chriſtianiſſimum Francorum Regem, & ſereniſſimam Angliæ Reginam, eorumque hæredes & ſucceſſores, Franciæ videlicet & Angliæ Reges, eorumque ſubditos & vaſſallos quoſcumque, ſucceſſivis futuris temporibus quandocumque exiſtentes, regna, patrias, terras, dominia, civitates, caſtra, territoria, loca & oppida ipſorum, necnon ſubditos, vaſſallos, & confœderatos eorumdem, ſit firma, vera, ſolida, ſincera, perpetua & inviolabilis pax, amicitia, unio, confœderatio, liga, mutua intelligentia, & vera concordia per terram, mare, & omni loco, perpetuis futuris temporibus duratura.

Item. Conventum & concordatum eſt, quòd neuter prædictorum principum, eorumve hæredum & ſucceſſorum, regna, patrias, terras, inſulas, donia, aut loca alia quæcumque in præſenti per eorum alterum poſſeſſa, hoſtiliter invadet, aut à ſuis invadi aut expugnari permittet; ſed expreſsè & cum effectu prohibebit.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd neuter principum prædictorum, hæredum etiam aut ſucceſſorum ſuorum, ſubſidia, auxilia, gentes armorum, aſſiſtentiam, re, verbo, conſilio, aut aſſenſu præſtabit, aut dabit directè, aut indirectè, ſecretè, aut apertè, aut quocumque colore quæſito, cuicumque alii principi, cujuſcumque gradus, ſtatus, aut conditionis exiſtat, ſeu quocumque conſanguinitatis aut affinitatis vinculo connectatur, aut quacumque dignitate præfulgeat; vel cuicumque genti, populo, aut nationi, alterum prædictorum principum, ejuſve regnum, terras, inſulas, patrias, aut dominia nunc ab eorum alterutro poſſeſſa, invadenti, aut invadere volenti aut molienti.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd ſi aliquid contra vires & effectus præſentis tractatus pacis & amicitiæ, terra, marive, aut in aquis dulcibus, per aliquem ſubditum, vaſſallum, aut alligatum alterius dictorum principum, fuerit attentatum, actum, aut geſtum, nihilominus hæc pax ſive amicitia in ſuis viribus permanebit, & pro ipſis attentatis ſolummodò punientur attentantes & damnificantes, & non alii.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quamdiu hæc pax & amicitia integra inviolataque permanebit, omnes & ſinguli utriuſque præfati regni, omniumque terrarum & dominiorum, quæ nunc ab utrolibet prædictorum regum poſſidentur, aut impoſterum poſſidebuntur, incolæ, quacumque dignitate, quocumque ſtatu & conditione extiterint, poterunt ſeſe mutuis officiis amicitiæ proſequi & excipere, liberè, tutò, ſecurè, ultra, citraque, terra, marique, ac fluminibus, commeare, navigare, inter ſe contrahere, emere, vendere, illicque quamdiù velint morari, vel hinc inde (quando viſum fuerit) recedere & abire. Et quæ comparaverint, emerint, arte, opera, induſtria, laboreve, aut quocumque alio juſto modo quæſierint, ad ſuos vel exteros, quocumque locorum libuerit, ſine ullo impedimento, offenſa, arreſtatione, ſeu cohibitione, ſalvo conductu, licentia, aut ſpeciali permiſſione, invehere & tranſportare.

Item. Conventum etiam eſt pro libero intercuſu mercium & mercatorum utriuſque principis, quòd durante pace prædicta, nulla navis armata, & ad bellum ſeu guerram parata & inſtructa, egredietur, ſeu egredi permittetur portus maritimos regnorum Franciæ & Angliæ, niſi priùs ſatiſdederit, aut cautionem qualem poterit præſtiterit in manibus Admiraldi Franciæ, ſeu ejus locumtenentis, vel alterius judicis ordinarii illius loci, quoad naves Franciæ; & Admiraldi Angliæ, ſeu ejus locumtenentis, aut cuſtumariorum prædictorum portuum, quoad naves Angliæ; de non invadendo, moleſtando, deprædando, vel offendendo ſubditos utriuſque principis, aut eorum alterius, nec eorum alligatos, nec eis injuriam aliquam inferendo, ſub pœna publicationis navium, & punitionis corporis, cum reſtitutione omnium bonorum, & damnorum quibuſcumque illatorum.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd neuter principum prædictorum quovis modo receptabit, cuſtodiet, aut retinebit, nec à ſubditis ſuis receptari, cuſtodiri, vel retineri permittet, aliquos rebelles ſive proditores principum prædictorum, aut eorum alterius, aut de crimine læſæ majeſtatis reos; nec hujuſmodi rebellibus ſeu proditoribus, qui in aliquem locum obedientiæ principum prædictorum, ſeu alterius eorum, declinaverint, quoquo modo dabit ſeu præſtabit conſilium, auxilium, favorem, ſubſidium, aut aſſiſtentiam, ſed infra viginti dies, poſtquam per litteras ipſius principum prædictorum, cujus hujuſmodi rebelles ſive proditores extiterint, alter ex principibus hujuſmodi requiſitus fuerit, eos omnes & ſingulos litterarum hujuſmodi requiſitionis latori, aut alii ad hoc in hujuſmodi litteris nominato ſive deputato, bona fide tradet, reſtituet, & deliberabit, tradi, reſtitui & deliberari faciet.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd ex neutrius principum prædictorum Cancellaria, aut alia curia, impoſterum concedentur aliquæ litteræ repreſalium, marcæ, aut contramarcæ, niſi ſuper & contra principales delinquentes, aut eorum bona, eorumve factores; & hoc, in manifeſtæ denegationis juſtitiæ caſu tantùm, de quo per litteras, ſummationis aut requiſitionis, prout de jure requiritur, ſufficienter conſtabit.

Item. Cùm certa & firma ſit mens & intentio utriuſque partis, ut hæc pax & in præſens contracta amicitia, ſtabilis, integra, & inconcuſſa maneat, tam inter dictos principes, quàm inter eorum ſubditos, conventum, concluſum, & ordinatum eſt, ad tollendas omnes & omnimodas controverſiarum occaſiones, quæ hinc inde ex captura ſeu prehenſione navium, armorum, machinarum bellicarum, victualium, mercium, ſeu aliorum bonorum nobilium, antehac perpetrata per ſubditos alterutrius principum, naſci & oriri poſſunt; quòd non licebit alicui prædictorum principum adversùs invicem, neque alicui ſubditorum alterutrius eorum, contra alterum, petere aliquid, ſeu exigere, lege agere, litem ſeu actionem movere, aut intentare, nomine, ratione, occaſione, ſive prætentione capturæ, prehenſionis, di eptionis, detentionis, ſive ſpoliationis navium, armorum, machinarum bellicarum, mercium, annonæ, victualium, & aliorum bonorum nobilium quorumcumque, à primo die menſis ſeptembris, anni milleſimi quingenteſimi ſexageſimi ſecundi, uſque ad diem publicationis præſentis pacis; ſed quòd omnes hujuſmodi querelæ, petitiones, lites & actiones

ceſſent,

ceſſent, ſopiantur, oblivioni mandentur, & pro extinctis cenſeantur & habeantur.

Et quantum attinet ad Francos & Anglos hinc & inde captivos detentos, conventum & concordatum eſt, quòd opera & miniſterio oratorum & ambaſſiatorum reſpectivè reſidentium, tam in aula Chriſtianiſſimi Regis, quàm ſereniſſimæ Reginæ Angliæ, de liberatione prædictorum captivorum cum ſupra dictis principibus tractabitur amicè, benevolè, & ut æquum & dignum eſt magnitudine & excellentia prædictorum principum, quoque magis eorum amicitia corroboretur; idque fiet intra duos menſes à data præſentis tractatus.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd omnia & ſingula jura, actiones, petitiones, prætentiones & demandæ, quas tam dictus Chriſtianiſſimus Rex, quàm præfata ſereniſſima Regina Angliæ, aut eorum hæredes & ſucceſſores, quacumque de cauſa, ſive occaſione, invicem contra ipſorum aliquem reſpectivè habent aut habere prætendunt, remanebunt eis ſalvæ & integræ, & pari modo exceptiones & defenſiones eorum hinc inde eis reſervabuntur.

Item. Comprehenduntur in hoc tractatu pacis ex parte dicti Regis Chriſtianiſſimi, Ferdinandus Romanorum Imperator, & Sacrum Romanum Imperium; Philippus Catolicus Hiſpaniarum Rex; necnon Regina & Regnum Scotiæ, ſecundùm antiquas confœderationes, & perpetua amicitiæ jura, quæ ſunt inter Reges Franciæ & Scotiæ, eorum regna & ſubditos. Comprehenduntur etiam Reges Daciæ & Sueciæ. Et ex parte ſereniſſimæ Reginæ Angliæ, Ferdinandus Romanorum Imperator ſemper auguſtus, & Philippus Hiſpaniarum Rex Catolicus, juxta vim & effectum tractatuum inter eoſdem Reginam & Regem, & eorum regna, terras, patrias, & dominia, antehac factorum; necnon ſereniſſima domina Maria Regina & regnum Scotiæ; Maximilianus Romanorum Rex, & Philbertus, Dux Sabaudiæ.

Item. Conventum, concordatum, & concluſum eſt, quòd uterque principum prædictorum publicari & notificari reſpectivè faciet dictam pacem, confœderationem, & concordiam, Lutetiæ & Londini, intra duodecim dies à data præſentis tractatus, & in portubus, & aliis locis inſignioribus regnorum Franciæ & Angliæ, quàm citiſſimè fieri poterit.

Et ne quid ab illa duodecima die hoſtiliter committatur, terra, aut mari, quod damnum afferat dictis principibus, aut eorum ſubditis, concordatum & concluſum eſt, quòd omnes capturæ perſonarum quarumcumque, bonorum & navium, quæ poſt illum duodecimum diem fient hinc & indè, nullæ ſint & invalidæ, & deprædationes quæcumque ab illo tempore factæ, damnaque illata à ſubditis alterutrius principum prædictorum, reſtituantur, & ad ipſam reſtitutionem condemnentur & cogantur captores, eorumque complices, per detentionem perſonarum & bonorum, donec ſatisfecerint.

Item. Conventum & concluſum eſt, quòd dicti Chriſtianiſſimus Francorum Rex & ſereniſſima Regina Angliæ omnia & ſingula capitula in præſenti tractatu conventa, per litteras patentes, manibus ſuis ſubſcriptas, & magno ſigillo ſuo ſigillatas, ratificabunt, autoriſabunt, & confirmabunt; ipſaſque litteras ratificationis in ſufficienti, valida, & efficaci forma conceptas & confectas, infra viginti dies poſt datam præſentium tradent, tradive facient bona fide, realiter & cum effectu: videlicet Rex Chriſtianiſſimus, in manus oratoris

prædictæ sereniſſimæ Reginæ, in Gallia apud Suam Majeſtatem Chriſtianiſſimam reſidentis; & sereniſsima Regina Angliæ, in manus ooratoris dicti Chriſtianiſſimi Regis, in Anglia apud Suam Majeſtatem ſereniſſimam reſidentis; atque etiam omnia & ſingula præmiſſa uterque eorum fideliter obſervabit, ſeque ſic ea obſervaturum, cùm per oratorem, vel oratores, utrinque reſpectivè miſſum, vel miſſos, ſufficiens ad id mandatum habentem, vel habentes, fuerit requiſitus, tactis ſacroſanctis evangeliis, in ejus vel eorum præſentia jurabit.

IN quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem & teſtimonium, nos oratores, commiſſarii, & negotiorum geſtores ſuprà nominati, hunc tractatum manu noſtra ſubſcriptum, ſigillorum noſtrorum appoſitione muniri & roborari fecimus. Actum Trecis, die undecima menſis aprilis, anno Domini 1564. poſt Paſcha.

NOS tractatum prædictum cum omnibus & ſingulis in eodem conventis, rata, firma, & grata habentes, ea omnia & ſingula, pro nobis, hæredibus, & ſucceſſoribus noſtris, quatenus nos, hæredes, ſucceſſores noſtros, regna, patrias, dominia, vel ſubditos noſtros concernunt, ſeu tangunt, aut concernere vel tangere poterunt, acceptamus, ratificamus, autoriſamus, & confirmamus, ac inviolabiliter ea omnia & ſingula tenere, obſervare, tenerique, & obſervari facere promittimus. In quorum omnium & ſingulorum præmiſſorum fidem, & teſtimonium, his præſentibus manu noſtra propria ſubſcriptis magnum ſigillum noſtrum Angliæ apponi fecimus. Datum apud Richemond, 27. die menſis aprilis, anno Domini 1564. regnique noſtri 6. Signatum, ELISABET.

Regiſtrata in Camera Rationum Regiarum, decima quinta maii, anno Domini 1564. FORMAGET.

CONTRAT DE MARIAGE DU ROI CHARLES IX. avec la Princeſſe Eliſabet d'Autriche, fille de l'Empereur Maximilien II. A Madrid le 14. janvier 1570.

Autriche. 1570. 14. *janvier.*

AU nom de Dieu ſoit. Sachent tous, qui cet inſtrument & traité de capitulation verront, Que en la ville de Madrid, dioceſe & archevêché de Tolede, où à preſent eſt & reſide la Cour du ſereniſſime, tres-haut, & tres-puiſſant ſeigneur, Don Filippe II. de ce nom, Roi Catolique d'Eſpagne, de Naples, de Sicile, de Jéruſalem, &c. ſamedi quatorzieme jour du mois de janvier, de l'an de la nativité de Nôtre-Seigneur Jeſus-Chriſt mille cinq-cens ſeptante: Pardevant moi Gabriel de Zayas, Secretaire d'Etat de Sa Majeſté Catolique, & ſon greffier & notaire public, en preſence de illuſtre & reverendiſſime ſeigneur, Don Diego de Eſpinoſa, Cardinal-Prêtre de la Sainte Egliſe de Rome, du titre de Saint-Etienne *in Celio Monte*, Evêque de Siguença, Preſident du Conſeil Roial, & contre l'heretique pravité & apoſtaſie Inquiſiteur

Item. Est convenu, arêté, & conclu, que s'il y a aucuns gens de guerre, ou garnisons envoiez en Ecosse par l'un ou l'autre desd. Princes, ou si aucuns lieux & forteresses sont par eux tenus en Ecosse, lesd. Princes revoqueront lesd. gens de guerre & garnisons, & laisseront lesdits lieux & châteaux en la puissance des Ecossois naturels, dans quarante jours, à compter de la date des presentes.

Il est convenu, acordé, & conclu, que ce present traité d'alliance aura son sens & intelligence, que montre & signifie la proprieté & vertu des mots, & ne recevra aucune interpretation, qui puisse empêcher sa force, forme, & effet, exprimez par ouvertes & simples paroles; mais toute subtile dispute ôtée, laquelle a acoûtumé de renverser la vraie & saine intention des contractans, ce qui est contenu, & exprimé de bonne foi par ces presentes conventions & capitulations, sera entierement & sainement acompli & observé.

Lesquels pactes & articles ci-dessus contenus, & chacun d'iceux, ont été traitez, acordez, passez, & stipulez reciproquement entre nous susdits deputez & ambassadeurs, és noms que dessus, & en vertu de nos pouvoirs & commissions: Et nous deputez du Roi T. C. avons promis, que ledit Roi, nôtre souverain, s'obligera de les garder & observer, en touchant les saints evangiles, lors & quand il en sera dûëment requis par l'Ambassadeur, ou Ambassadeurs, pourvû ou pourvûs de mandement suffisant pour ce; & en outre, qu'il ratifiera, autorisera, & confirmera tous & chacuns les articles contenus au present traité, par lettres patentes signées de sa main, & scellées de son grand sceau; lesquelles lettres de ratification en forme suffisante & valable, ledit Roi T. C. baillera, & délivrera de bonne foi, réellement & effectuellement, dedans trois mois à l'Ambassadeur ou Ambassadeurs de ladite serenissime Reine, qui sera, ou seront pour ce regard garnis de suffisans pouvoirs. Et semblablement nous susdits Ambassadeurs de de ladite serenissime Reine, avons promis, que tout ce que par cet article ledit Roi T. C. est tenu de faire & acomplir, ladite serenissime Reine, nôtre souveraine, fera acomplira le même dedans le même tems, & en même forme & maniere.

Contrat de mariage de Madame Marguerite, fille du Roi Roi Henri II. avec Henri, Roi de Navarre, depuis Roi de France IV. du nom. A Paris le 17. aoust 1572.

Navarre. Mariage. 1572. 17. aoust.

FURENT presens & comparurent en leurs personnes, Tres-haut, tres-excellent, & tres-puissant Prince, Charles, par la grace de Dieu Roi de France; & Tres-haute, tres-excellente & Tres-puissante Princesse Caterine, par la même grace Reine de France, mere dudit seigneur Roi, en leurs noms, & comme stipulans en cette partie pour tres haute & puissante Princesse, Madame Marguerite de France, sœur dudit seigneur Roi, & fille de ladite Dame Reine, aussi presente, d'une part; & tres-haut & tres-puissant Prince, Henri, par la grace de Dieu Roi de Navarre, seigneur souverain de Bearn, Pair de France, Duc de Vendôme, d'Albret, de Beaumont, de Gandie, de Montblanc, & de Pegnafiel; Comte de Foix, d'Armaignac, de Marle, Bigorre, & de Rodez; Vicomte de Limoges, de Marsan, Lautrec; Gouverneur pour le Roi, & son Lieutenant general, & Admiral en Guienne; assisté de Monseigneur illustrissime & reverendissime Prince Charles, Cardinal de Bourbon, son oncle paternel, d'autre part: Lesquelles parties, de leur bon gré, ont confessé & confessent en la presence de tres-haute, tres-excellente & tres-puissante Princesse, la Reine Elisabet, épouse & compagne dudit seigneur Roi; de tres-hauts & tres-puissans Princes, Messeigneurs les Princes de Condé, Duc de Montpensier, & Prince Daufin, Princes du sang; de tres hauts & puissans Princes, Messeigneurs les Ducs de Guise, de Nevers, & d'Aumale; de Messieurs les Ducs de Montrency, Damville, de Cossé, de Tavanne, Marquis de Villars, Maréchaux; de Chastillon, Admiral de France; du sieur de Biron, Grand-Maître de l'Artillerie; de tres-hautes & tres-puissantes Princesses, Madame la Duchesse de Lorraine, sœur du Roi; Madame la Duchesse de Ferrare, tante dudit seigneur; & Madame Caterine, sœur dudit seigneur Roi de Navarre; Mesdames les Princesse de Condé, Duchesse de Montpensier, Princesses Daufine, & de la Roche-Sur Yon, Duchesses de Guise & de Nevers, & autres Princes & Princesses, Seigneurs & Dames; à quoi aussi assisterent les Gens du Conseil dudit seigneur Roi de Navarre: auroient fait & font entre elles les traité, accord & convenances ci-aprés declarées pour raison du mariage, qui au plaisir de Dieu sera de brief fait & solennisé en Sainte Eglise, entre ledit seigneur Roi de Navarre & madite Dame Marguerite de France. Duquel mariage les articles & convenances ont été ci-devant faits & passez en la presence de feu tres-haute & tres-excellente Princesse la Reine de Navarre, mere d'icelui seigneur Roi de Navarre, & par elle signez; & suivant iceux a été accordé & arresté ce qui s'ensuit.

C'est à savoir, que lesdits Seigneur Roi, & Reine de France, sa mere, ont promis & promettent donner & bailler, & de present donnent & baillent en nom & loi de mariage ladite Dame Marguerite, leur sœur & fille, à ce presente, de son bon vouloir, accord, & consentement, audit seigneur Roi de

Navarre, qui a promis & promet de la prendre à femme & épouse. Comme semblablement ladite Dame Marguerite, du consentement & autorité que dessus, a promis & promet de prendre, & dés à present a pris & prend ledit seigneur Roi de Navarre, pour son mari & époux. En faveur & contemplation duquel mariage, & pour à icelui parvenir, ledit seigneur Roi a promis & promet bailler & delivrer en dot à madite Dame sa sœur la somme de trois-cens mille écus d'or sol valant au prix, que de present ils ont cours en France, suivant l'ordonnance du Roi, qui est à raison de cinquante-quatre sols l'écu, la somme de huit-cens dix mille livres tournois, & ce pour tous droits successifs, paternels & maternels, échûs & à échoir; moiennant laquelle somme madite Dame ne poura avoir, pretendre, ou demander autre chose quelconque és biens, hoirie, ou succession du feu Roi Henri, son pere, ni à l'avenir à ceux de la Reine, sa mere; à quoi dés maintenant elle a renoncé & renonce au profit dudit seigneur Roi, & de ses successeurs aians cause: promettant de faire semblable renonciation & quittance en bonne & valable forme, dés le lendemain de la solennisation & consommation du mariage; à quoi faire ledit seigneur Roi de Navarre serr tenu l'autoriser. Pareilles renonciations & autorisations seront faites par lesdits conjoints, si-tôt que madite Dame & ledit seigneur Roi de Navarre seront parvenus en âge de vint-cinq ans, & auront icelui accompli. Et pour ce que les grans & urgens affaires dudit seigneur Roi, l'incommodité du tems & les dépenses qu'il lui convient suporter, ne lui peuvent permettre, de lui faire delivrer en argent comptant ladite somme de trois-cens mille écus, comme il desireroit bien le pouvoir commodement faire, ledit seigneur fera emploier, mettre & assigner ladite somme de trois-cens mille écus en constitution de rente au denier douze, sur l'Hôtel de ville de Paris, & en sera créé & constitué rente, valant à la raison que dessus, la somme de soixante-sept mille sept-cens livres tournois par chacun an; des revenus & arrerages de laquelle rente ladite Dame joüira par ses mains, pour la dépense & entretenement ordinaire de sa maison: desquels trois-cens mille écus les deux-cens lui sortiront nature de propre à ladite Dame, ses successeurs & aians cause; & les autres cent mille écus demeureront en nature de meubles, & tourneront au profit de la communauté d'entre lesdits époux. Et sera ladite rente ainsi constituée sur ledit Hôtel de ville dedans le jour des épousailles, en la même forme & maniere que les autres constitutions, qui ont eté faites par ci-devant, & avec les assignations de certain fonds de revenu annuel, & obligation subsidiaire des recettes generales dudit seigneur, même de celles de Guienne, Poitou, & Auvergne, dont il obligera specialement le revenu, & generalement tous & chacuns ses autres biens presens & à venir, pour la seureté & paiement de ladite rente & principal d'icelle. Lesdits Roi de Navarre & madite Dame Marguerite dés le jour qu'ils seront épousez, seront uns & communs en tous biens meubles & conquests immeubles faits durant & constant ledit mariage. Et pour la singuliere amour, que ladite Dame Reine porte à madite Dame sa fille, elle a promis de lui donner la somme de deux-cens mille livres tournois, laquelle sera pareillement emploiée en rente sur l'Hôtel de la ville de Paris, pour être propre à ladite Dame, ses successeurs, & aians cause, de laquelle elle joüira par ses mains pour l'entre-

tenement de son état ; & peur le paiement & seureté, tant du principal de la dite somme de deux-cens mille livres, que de la rente d'icelle, ladite Dame Reine obligera & oblige dés à present tous & chacuns ses biens ; & mesdits seigneurs Ducs d'Anjou & d'Alençon promettent aussi bailler à madite Dame leur sœur, chacun, la somme de vint-cinq mille livres, & faisant ensemble la somme de cinquante mille livres, qui sera emploiée en rente & revenu annuel, qui demeurera propre à ladite Dame & aux siens. Semblablement mesdits seigneurs Ducs d'Anjou & d'Alençon, pour le paiement & seureté, tant du principal de ladite somme de cinquante mille livres, que de la rente d'icelle, chacun particulierement, pour la somme de vint-cinq mille livres, obligerent & obligent dés à present tous & chacuns les biens.

Et pareillement est convenu & accordé, que en cas de dissolution dudit mariage par le trepas dudit seigneur Roi de Navarre, ladite Dame survivant, soit qu'il y ait enfans, ou non, il sera en son choix & option de se tenir à sa communauté, ou de renoncer à icelle. Et en cas de renonciation, elle demeurera franche & quitte de toutes dettes & hipoteques de ladite communauté, encore qu'elle se fût obligée durant ledit mariage. Et poura neanmoins ladite Dame reprendre deux cens-cinquante mille écus, desdits trois-cens mille écus à elle donnez pour sondit dot, par ledit seigneur Roi, avec lesdits deux-cens mille livres tournois à elle donnez par la Reine sa mere ; & les cinquante mille livres tournois, aussi à elle donnez par Messeigneurs ses freres, & tous les autres biens, qui lui pouront étre échûs & avenus durant le mariage par succession, donation, ou autrement : & reprendra particulierement son doüaire, & tous ses habillemens, bagues, & joiaux, & vaisselle d'argent servans & destinez à sa personne & à son usage ordinaire, à quelque somme qu'ils se puissent monter ; ensemble les bagues & joiaux, qui lui auront été donnez par ledit seigneur Roi de Navarre son mari. Lesquels pour obvier à toute doute à l'avenir, seront mis par inventaire ; & avenant le cas, que ladite Dame decede avant ledit seigneur Roi de Navarre son mari ; & que dudit mariage n'y eût enfans, les successeurs & aians cause de ladite Dame, auront & recouvriront toutes les bagues & joiaux par elle apportez, & contenus en l'inventaire, qui en aura été fait avec ledit seigneur Roi de Navarre ; pourvû toutefois qu'elle n'en eût autrement disposé ; aussi les deux-cens mille écus à elle constituez en dot, & qui doivent demeurer propres à elle & aux siens ; ensemble les deux-cens mille livres à elle données par la Reine sa mere ; & les cinquante mille livres aussi à elle données par Messeigneurs ses freres ; & outre ce, tous les autres biens immeubles, qui seront avenus & échûs à ladite Dame par succession.

Est aussi convenu & accordé, que audit cas que ladite Dame decede avant ledit seigneur Roi de Navarre, son mari, & de leur mariage y eût enfans, le gouvernement & administration des biens delaissez par ladite Dame demeurera audit seigneur Roi de Navarre jusqu'à ce qu'ils soient en âge ; savoir les mâles de dix-huit ans, & les femelles de quinze ans ; sans qu'il soit tenu de rendre compte ; pourvû toutefois qu'il entretienne lesdits enfans selon leur qualité, & qu'il suporte les charges de la maison, & satisfasse à icelles. Semblablement, au cas que ledit seigneur Roi de Navarre predecedât ladite Dame, & qu'il y

eût enfans de leur mariage, elle aura l'administration & gouvernement de leurs personnes, & biens, meubles & immeubles, tant qu'elle demeurera en viduité, jusqu'à ce que lesdits enfans soient parvenus en âge, les fils à dix-huit ans, & les filles à quinze ans; sans que ladite Dame soit tenuë d'en rendre compte, ni paier aucun reliqua; pourvû aussi qu'elle entretienne & nourrisse lesdits enfans, qu'elle soutienne & garde les droits, & satisfasse aux autres charges de la maison. Et a ledit seigneur Roi de Navarre doüé & douë ladite Dame son épouse de la somme de quarante mille livres tournois de rente & revenu annuel, pour en joüir par elle sa vie durant, lors que doüaire aura lieu; & ce sur le duché de Venomois, ses apartenances & dependances. Et où se trouveroit ledit duché ne valoir de revenu annuel ladite somme, sera fait suplément jusqu'à concurrence de ladite somme de quarante mille livres, sur le duché de Beaumont, & autres terres & seigneuries, plus commodes à ladite Dame, à son choix & option; laquelle audit cas pourvoira & nommera à tous offices & benefices d'icelles seigneuries, qui lui seront baillées en assignation de sondit doüaire, & aura en icelles tout pouvoir & jurisdiction, avec les ville & château de Vendôme pour son habitation, qu'on lui meublera de tous meubles, ornemens, & ustanciles jusqu'à la somme de trente mille livres; sans que ladite ville & château ainsi meublez que dit est, soit comptée ni vienne en diminution du revenu dudit douaire; ni que pareillement la faculté de pourvoir ausdits offices, lui soit en rien comptée.

Item. Pour ce que par lesdits articles ainsi accordez avec ladite deffunte Reine de Navarre, étoit remis à son bon vouloir, & dudit seigneur époux, de donner à madite Dame en faveur de mariage des bagues & joiaux de telle qualité, & pour le prix qu'il lui plairoit, & que ladite Dame est decedée sans en faire declaration: A été accordé, que ledit seigneur Roi de Navarre donnera à madite Dame en faveur de mariage, pour trente mille écus de bagues & joiaux, & outre ce l'anneau des épousailles, ou est enchassé un diamant de la valeur & estimation de dix mille écus; lesquelles bagues ainsi données par ledit seigneur Roi de Navarre en faveur dudit dudit mariage, seront comme dit est, mises par inventaire; & pour ce qu'à present étant ladite Reine de Navarre decedée, tout le bien paternel & maternel est demeuré és mains dudit seigneur Roi de France,

A été accordé, que pour donner à ladite Dame meilleur moien de maintenir son état, selon qu'il est convenable à sa grandeur & dignité, ledit seigneur Roi de Navarre lui delaissera & delaisse dés à present la joüissance libre des fruits, profits, & revenu du comté de Marle & châtellenie de la Fere, châtellenie de Han, Salny, Somme, Bohaim, Beaurenoir, & generalement de toutes les autres terres & seigneuries, qu'il a en Picardie, avec la disposition des offices & benefices, & de toutes choses dependantes desdites terres & seigneuries, sans en rien reserver, pour d'icelles joüir par ladite Dame durant & constant ledit mariage par ses mains, & par ses officiers: & où aucunes desdites terres & seigneuries, seroient baillées en partage par ledit seigneur Roi de Navarre à madite Dame Caterine sa sœur, icelui seigneur Roi sera

tenu d'en laisser d'autres à madite Dame son épouse,de pareil revenu, valeur, & estimation, pour en joüir, ainsi que dessus est dit; dont ledit seigneur Roi frere de ladite Dame, & ladite Reine sa mere, seront premierement avertis.

Item. Est accordé en faveur & contemplation dudit mariage, que le premier fils descendant dudit seigneur Roi de Navarre & de madite Dame, sera heritier universel dudit seigneur Roi de Navarre; & s'il y a plusieurs enfans, les autres auront leur legitime aux biens étans és pais de droit écrit; & pour le regard de ceux, qui sont és pais coûtumiers, partageront comme puisnez, selon les coûtumes des lieux. Et au cas que le premier fils ainsi declaré heritier universel mourût sans enfans, ledit droit d'heritier universel sera devolu à l'autre fils aîné d'âge procréé dudit mariage; & ainsi consecutivement de fils en fils habile à succeder; & en deffaut de mâle, à la fille aînée dudit mariage, & ainsi consecutivement de fille en fille, comme est dit des mâles. Et avenant, que ledit seigneur Roi de Navarre survêquit ladite Dame, & convolât en secondes noces, n'aiant enfans mâles du premier mariage, mais seulement des filles, & qu'il y eût des enfans mâles dudit second mariage; & en ce cas la seigneurie de Bearn sera & apartiendra apré le decés dudit seigneur Roi de Navarre à la fille aînée du mariage de lui & de ladite Dame, suivant le contenu des fors & coûtumes de Bearn, & sans prejudice de la legitime de ladite fille aînée, és biens dudit seigneur Roi de Navarre, situez & assis és pais de droit écrit, & de telle part & portion qui lui poura apartenir és biens assis és pais, selon les coûtumes des lieux. Aussi au cas que ledit seigneur Roi de Navarre decede le premier, & qu'il y ait enfans de leur mariage, & que lad. Dame convole en secondes noces, dont elle ait pareillement enfans; neanmoins les enfans issus du mariage dudit seigneur Roi & d'elle, soit mâles ou femelles, ou les descendans d'eux, succederont & seront heritiers de la moitié de tous les biens, tant meubles qu'immeubles, presens & à venir, de ladite Dame, de quelque part qu'ils soient avenus & échûs; ledit seigneur Cardinal de Bourbon en faveur & contemplation dudit mariage, & pour l'affection qu'il porte audit seigneur Roi de Navarre son neveu, a confirmé & confirme à son profit les donations & renonciations aux successions, tant paternelles, que maternelles, ci devant par lui faites en faveur dudit deffunt Roi de Navarre son frere. Et outre a donné & quitté audit seigneur Roi ce qui lui est dû de reste de la somme de cent mille livres, pour la transaction faite & passée à Paris & par laquelle il a été accordé entre la feuë Reine de Navarre, mere dudit seigneur Roi, & ledit seigneur Cardinal de Bourbon, pour la succession de la Maison d'Alençon, & specialement pour les terres de Châteauneuf en Thimerais.

Car ainsi a été le tout dit,convenu,& expressément accordé en faveur dudit mariage, qui autrement n'eût été fait, nonobstant uz, stile, & autres choses à ce contraires, à quoi lesdites parties ont dérogé & dérogent pour ce regard. Lesquels presens traité, dons, doüaire, promesses, convenances, & toutes & chacunes les autres choses susdites, & chacune d'elles endroit soi, promettent & jurent par la foi & serment de leurs corps, pour ce par elles & chacune d'elles mis & baillez corporellement en nôtre main, avoir & tenir pour agreables,

fermes, & stables à toûjours, sans jamais par elles, aucune d'elles, ou par autres, aucunement, y contrevenir, ains rendre, paier, & bailler chacune d'elles à l'autre à pur, & sans plaids & procés, tous coûts, frais, dommages, & interests, qui faits, eûs, souferts, & soûtenus, seront par l'une d'elles, au défaut, & par le fait & coulpe de l'autre, par défaut des choses susd. ou d'aucunes d'icelles non faites, tenuës, entretenuës, & non dûëment acomplies par la maniere que dessus, & en ce pourchassant & requerant, sous les obligations & hipoteques de tous & chacuns leurs biens, & ceux de leurs hoirs, & aians cause, meubles & immeubles, presens & à venir, que lesdites parties, & chacune d'elles endroit soi, en ont soumis & soumettent pour ce du tout à la justice, correction & contraintes de toutes jurisdictions, où trouvez seront, sans que la speciale & generale déroge à l'autre: & renoncent en ce faisant à tous reliefs, repits, & toutes autres choses generalement quelconques à ce contraires, & au droit disant, generale renonciation non valoir. En têmoin dequoi, nous notaires, & secretaires dudit Seigneur, de la Maison & Couronne de France, ses Conseillers & Secretaires d'Etat & des Finances, avons le present contrat, qui fut fait & passé, & lû en la presence de leurs Majestez, & des Princes & Seigneurs dessus nommez, au château du Louvre en la ville de Paris, reçû & signé par commandement de Sadite Majesté, le 17. jour d'aoust 1572. Ainsi signé, DE NEUFVILLE, & BRULART.

Registré en la Chambre des Comptes du Roi nôtre Sire, en vertu des lettres patentes de Sa Majesté, du 23. juillet dernier, le setieme jour d'aoust 1576. Signé, DE LA FONTAINE

HARANGUE DE JEAN DE MONTLUC, EVESQUE de Valence, faite en 1573 au Kolo, pour inviter la Noblesse Polonoise à élire le Duc d'Anjou Roi de Pologne.

SI quanta terrarum interest, inter nos Gallos, vestramque gentem, Poloni, tanta foret amicitiæ separatio, numquam Rex Christianissimus, & vobis dolentibus post obitum Sigismundi Augusti Regis vestri condoleret, & in tam arduo negotio vestro, cùm unum quæritatis, qui omnibus rectè imperet, paria vestra vota huic reipublicæ obtulisset. Verùm cum de vestra gente semper Rex noster cogitaret, quod ea sola è tantis provinciis singulari Dei beneficio relicta sit, quæ ad sustinendos pariter & retundendos ferocissimarum gentium impetus, ad reliquias Christiani orbis conservandas, velut arx quædam & munitissimum propugnaculum haberetur, atque ideo omnes Christianos Principes vobis amicos esse debere prudentissime judicaret; & quia sic judicavit, nulli unquam primas in eo concedere voluit. Nec alia de causa ad vos missi sumus oratores, quàm ut veterem amicitiam, quæ Gallis intercessit vobiscum, colligaret Christianissimus Rex; aut si ita vobis videretur, novo quodam vinculo eam sibi jungere ac stabilire posset. Hoc quoque scire vos cupit, ut si quid interregni hujus tempore, aut periculi, aut incommodi vobis impenderit, aut ad illud effugiendum amicorum operâ vobis opus esse judicaveritis, quidquid opum viriumve per se, aut per amicos habet, quidquid Gallici nominis

Pologne. 1573.

valere potest autoritas, eá vestra esse omnia intelligatis. Postremò, si in ea deliberatione, quam de rege habituri estis, exterorum Principum, (nobis ita statuentibus) mentionem fieri contingat, fratrem Christianissimum HENRICUM ANDIUM, Borboniorum, & Alvernorum Ducem, inter purpuræ competitores, ut admittatis, vehementer rogat. Hæc sunt legationis nostræ cupita, in quibus ego exorandis, non dolo, non insidiis, aut secretis internuntiis, non fictis verbis, ad tempus tantum accommodatis, non ambitiosis precibus, non sparsis famosis libellis contra competitores alios, non inanibus promissis, quę præstitu admodum sunt difficilia, aut omnino impossibilia. Sed Gallus homo cùm sim, & ideo simplex & candidus, verè, sincerè, & candidè vobiscum agere institui. Et quemadmodum prudentes patresfamilias, de facultatibus illius, cui filia nuptui est danda, agitur, primùm de animi & corporis dotibus, postremò de bonis fortunæ, accuratè inquirere solent; ita ego primùm de illustrissimi Ducis origine, nobilitate, ætate, moribus, de ingenii dexteritate, atque in rebus gerendis exercitatione, & in re militari peritiá; deinde quæ vos ab eo, ad res vestras constituendas, commoda sperare possitis, quàm paucis potero complectar. Multa ego in rebus vestris pręcipua, summa cum admiratione observare soleo, quibus quidem effectum esse existimo, quòd vos ferè soli, Regis eligendi facultatem, & cætera libertatis ornamenta ad hanc usque diem constanter retinuistis; cæteræ autem gentes, aut saltem aliquæ, quæ & ipsæ liberæ, & sui quoque juris fuerant, libertatibus suis nunc exutæ, humi prostratæ jacent, & tanquam cadavera extinctæ libertatis, à prętereuntibus, non sine stupore spectari solent. Illud primum est, quod Comitia vestra numerosissima, ad quæ tanta Nobilium multitudo confluere solet, à peste illa, id est, à largitionibus, & corruptela, quæ Romana comitia infecerant, fuere semper ac sunt alienissima, atque inde magnam vestro nomini, integritatis, ac erga patriam fidei gloriam comparastis. Altero loco concordia, & animorum vestrorum societas constitui debet, quæ res vestras ad id quod optabatur felicissimè perduxit. At illud summum, quod ego mirari soleo. Cum majorum vestrorum suffragiis reges illi electi fuère, qui cum potentissimis regni hostibus bella diutissimè gesserunt, qui irrumpentem in Poloniam Barbarorum colluviem armis suis represserunt, & provincias ademptas regno vestro adjunxerunt. Germanos pręterea, Ungaros, Boemos, Tartaros, Moscovitas, (populos certè ferocissimos,) toties fugatos, atque castris exutos, ad proprias sedes redire coëgerunt, hoc verò aliud quid est, aut dici debet, quam vestra in regibus eligendis felicitas? Et eamdem vestro officio nunc adfuturam precamur ex animo. Id autem est, quod in tanta competitorum ubertate, quem principem sumere debeatis, vix sine labore & animi molestia statuere poteritis. Dum enim ad purpuram contenditur, quique probos se venditant, aut rectos, pari ambitu sua, quæ cum virtute conjuncta in conspectu populi sisti, ac minima vitia tegi desiderant, ut in ea falsa multorum probitate, plerumque optimo regnum dari videatur, cùm datum fuerit secus accidat; gentis tamen claritas, generis splendor, non immatura annis ætas, morum non ficta probitas in republica administranda exercitatio, & rei militaris usus atque felicitas, in eo semper quærebantur, ad quem principatus deferri deberet. Hæc qualiter se habeant in Duce Andium, videte. Is è Valesiorum magna susceptus domo

domo, quæ à sexcentis annis, continua regum successione, Galliam sub sceptris habuit, & nunc feliciter tenet, quæ non apud vicinas gentes tantùm laureas sibi parare voluit, sed extra Europam velut domo egressa, Africam Ægiptum, Palestinam, Syriam victoriis oberrando, orbis triumphos egit. Cùm verò de Valesiis me loquentem auditis, eos natione Gallos esse, aut jam scitis, aut facile conjecturamini. Cui genti nullæ unquam vobiscum intercessere inimicitiæ, nullæ simultates, aut controversiæ, tum quia propter magnam morum similitudinem, magna inter Nos Gallos, & Vos Polonos fuit animorum conjunctio; tum quia à vobis longiùs dissiti, remotiùs à causis injuriarum absfuimus. Accidit verò, ut quorum collimitanea imperia certi termini, eorum & amicitias separent. Magnum credite mihi momentum est, ad bene habendam rempublicam, ex amica gente (datur enim sępe populi in alium populum natale odium) Reges sumere, qui ut amici vos regant, non ut hostes: proclive autem est eos semper fore amicos credere, qui nusquam antea fuère inimici, qui verò dissimulata suæ gentis odia & vindictam ad principatum ferunt, ii Tarquiniorum filii sunt futuri. Nec satis quidem fatear in amica gente Principes quærere, ni qui quæritur prudens sit aut rectus, æquè enim ut hostis rempublicam evertit, qui ejus leges & libertatem destructum it, ac ille qui prudenter tueri ignorat quæ ad universorum salutem. Nec mihi quoque sufficit dicere, Henricum Andium Ducem, natione, vobis amica, Gallum esse, ni edoceam qualis ipse sit, & faciam sanè. Non improbo consilium vestrum Poloni, qui in eligendis Principibus vestris ætatis potiorem rationem habetis; scitis quàm periculosum accidat reipublicæ, eum regem habere, qui & rectore ipse eget, & cùm consulitur, ob fluxam ætatem, nec humanis casibus diutius probatam, proba seligere ignorat. Henricus autem annos tres & viginti natus, sceptrorum capax est. Ni tam bona ætas regno sufficit, illud sufficiet, cum judicio prætergressus est ætatem. Non ego figmenta ducam ob oculos, non de hoc Principe bona loquar, ut cum illis calumniatoribus contendam, qui lingua & calamo venali bonum principem nuper insectati sunt; sinam mordaces linguas & calamos libere loqui, & in laude Henrici reputabo; desideratur ad majorem perfectionem virtutis, adversarium habere, ut æquè virtus sit calumniatores modestè tulisse, ac alia rectè fecisse. Loquar ergo ideo, ne quæ in alto conspici digna, ea in obscuro ignorantiæ lateant. Dux Andium in reipublicæ administratione à pueritia educatus, Consilio fratris angustiori semper interfuit, in quo de pace, de bello, de fæderibus, de peditatu, equitatu, stipendiis militum, de arcibus muniendis, & aliis publicis negotiis agitur. In his prima juventa Henrici versata est; regni totius postea, sic judicante Rege fratre, abhinc quinquennium, curam suscepit, adhibitis tamen prudentioribus consiliariis, quos sibi dari voluit, ne aut superbus videretur, aut pervicax, qui consilium sibi dari nollet; aut insolens, si per se omnia ageret; tum ille didicit momenta temporum reipublicæ notare, animos vulgi noscere, delictis pœnas statuere, Virtuti justa dare præmia. Verùm à vobis, velut à martia gente, expectari video, ut de prudentia rei militaris loquar; nam vestra res semper armis stetit, & potissimam regum virtutem ducitis scientiam bellandi. Scitote quæso, eum vos habituros principem, si forte habere vultis, qui adolescentiam totam in castris egit, qui ad famem,

ſitim, vigilias, algores, imbres, calores, ad injurias cœli tolerandas callum obduxit; cum dico eſſe, qui præſtantiſſimorum ducum, quos ſecum habuit, conſiliis & conſuetudine, ex uſu præterea & exercitatione didicit caſtra metari, vallum ducere, urbes obſidere, capere & retinere, ſigna cum hoſte conferre, repentinos impetus intrepidè retundere, vincere, & victoriâ uti. Quod optabam jam aſſecutus ſum, principem vobis indicavi, qui regias dotes complexus eſt. Linguæ tamen veſtræ ignorantiam, velut certum impedimentum, nonnulli objiciunt: credite mihi Gallicam gentem, ut moribus veſtris coæqualem, ſic linguæ perquàm capacem. Utique ſcitis Gallum fuiſſe, qui triennium apud vos verſatus, ſermonem Polonum grammaticis legibus primus ſubdidit; ſufficient huic bono Principi, non anni ſed menſes, quantum ad ſubditorum querelas intelligendas, & negotia publica tractanda opus habebit. Expedita alicujus linguæ notitia Epiſcopis, concionatoribus, oratoribus, cauſidicis, maximùm neceſſaria eſt, verùm principibus non adeo; capite hi, non lingua, populos regunt. Sed eſt hoc tamen in principe aliquid impedimenti. Utique Reges veſtri non ſoli, ſed veſtro conſilio adjuti, in Senatu de rebus ſtatuunt; vos autem latinè, italicè, imo etiam gallicè loqui conſueſtis; quibus linguis Dux Henricus tantiſper vobiſcum utetur, dum linguæ Polonæ uſum aſſequatur.

Ut jam de commodis loquar, illud primum & maximum occurrit, nihil veſtram rempub. accepturam incommodi, Henrico Rege. Hoc certè aliquid eſt? Imo verò permagni momenti eſſe vos ipſi judicabitis. Fieri enim poſſet, ut aliquis Princeps, prudens aliàs & bonus, periclitari tamen veſtrum regnum ſinat, præſertim is, cui cum principibus potentiſſimis inimicitiæ, & de finibus antiquæ controverſiæ intercedunt. Talis certè ſi Rex veſter crearetur, vires veſtras ad ſua, & quæ ſunt ſuorum, tuenda converteret; ille certè, qui amici veſtri antea fuerant, hoſtes ut eſſent infenſiſſimi, efficeret; ille vos, qui in pace & otio ſub alio Rege vivere potuiſſetis, in moleſtias & pericula conjiceret. Verùm huic Principi de quo loquor, nullæ extant cum alio principe inimicitiæ, nullæ de provinciarum finibus, veluti Imperator Romanorum reſpectu Hungariæ, cum Turca in quæſtione eſt, controverſiæ; ut quidquid, aut hoc regnum habet potentiæ, aut ipſius Duci ineſt virium, totum ſtare debeat pro commodis & incolumitate veſtra. Minimum præterea ſperare vos utilia velim, Poloni, ab eo principe, cui, quia vicinus vobis & potens, quia ſuarum terrarum vires ad vos tuendos facilius è vicinia educere poſſet, purpuram ideo offeratis veſtram. Specioſa hæc ſunt magis quàm utilia, & ſperari poſſunt, non obtineri. Scilicet eæ vires pro vobis, non contra vos futuræ, ut defendant libertatem, non ut opprimant? Cuique dominanti natale eſt velle abſolutum fieri, vos autem liberi ſub principibus eſſe cupitis; & quia veſtriſmet viribus cogi non poteſtis, commodiſſima foret principi ad vos opprimendos, hæreditaria in proximo potentia; ſic qui liberos vos acciperet ſub regimen, ſervis imperaret victor. Magis certè perſuaſum eſto, prudentes, fortes, juſtos principes, quàm potentes quærere; utique tot ſeculis, nullis fœderibus freti aut vicinorum ſubſidiis adjuti, domeſticis viribus hoſtium potentiam infregiſtis, ex parva republica maximam effeciſtis. Dux quidem Andium, & ſua potentia magnus eſt, & Regis fratris amicitia potens; verùm quia hæc à vobis diſſita, tot terræ, montes, tot fluvii in-

terjacent, ideoque, si illud suspicamini, minimùm sunt nocitura. Neque taliter tamen mea verba notate, ut minimum præsidii ab illis terris sperare possitis, quas dico longius à vobis dissitas, imò verò maximum. Quantum creditis vobis commodi affuturum, cùm omnes annui proventus in hoc regnum importabuntur, nec aliter vobis eventurum est, quàm si novas aurifodinas benignior tellus vobis aperiret? Hinc ille, privato sat dives ære, regni hujus proventus, quos regiæ mensæ vocatis, militi scribendo asservabit. De dignitatibus autem & præfecturis, tum aliis præmiis, quæ prudens respublica benemeritis civibus paravit, quieto & securo animo vos esse oportet. Habet Henricus octo provincias hæreditario jure acquisitas, ubi Episcopatus sunt IX. Abbatiæ circiter CC. Prioratus circa mille. Item præfecturæ, magistratus quamplurimi, hæc ille præmia suæ gentis hominibus abundè distribuet, vestra vobis asservabit, cùm & mos patriæ, & leges non aliter velint. Dictat enim lex vestra: *Ne ulli honores reipublicæ & præmia ad extraneos deferantur, præterquam ad eos, qui è Polonis orti nobilibus.*

Classem præterea validam suis sumptibus instruet, quæ viribus ad hæc vestrorum Cosacorum freta, dominium Sinus Baltici facilè tuebitur. Item Cracoviensem Academiam proventu & doctoribus reficiet, ut pars juventutis vestræ, artium studiis; pars altera omnium armorum genere instruatur: quo in loco, aut in Gallia, si ita vobis videbitur, centum è vestra juventute nobiles suis sumptibus erudiendos curabit. Insuper, si ad bellum propulsandum peditatu opus habebitis, sclopetariorum quatuor millia è Vasconum gente, ad vos per naves transmittet, & suis sumptibus toto bello sustentabit. Quanti verò æstimabitur regni Galliæ perpetuum & inviolabile vobiscum fœdus, Gallici præterea populi societatem, unde mercatores gallicas merces, quibus care e non potestis, ad vos deferent; vestri item, reciproco commercio, ea quibus maximè abundatis, summo utriusque gentis commodo in Galliam exportabunt.

De privilegiis & immunitatibus vestris ut loquar, non est meum, vestra hæc sunt, non nostra; quale regnum & rempub. electo tradideritis, talem recturus & habiturus est. Hęc quæ à me dicta sunt, longiori sermone opus haberent, verùm ut breviùs agam, si Ducis Andium vobis grata fuerit persona, aut per litteras, aut per delegatos vestros, cum eo accuratius agemus; interim, si de fide nostra, de quo aimus, dubitatur, nos legatorum personâ depositâ, in arce custodiri non abnuimus. Itaque tu, magne Senatus, vosque liberi Equites, quod faustum felixque sit reipublicę vestræ, Henricus, Andium, Borboniorum, & Alvernorum Dux, à Rege Christianissimo vobis offertur per nos legatos. Hunc ad rempublicam administrandam institutum & paratum, tanquam vobis natum, in filium assumite. Non ille certè est uti alii, qui solo oratorum aspectu regnum obtinere sperant, sed uti omnia sua vobis offert, sic, si in Regem eligatur, consilia sua omnia ad regendam hanc rempublicam adhibebit, ne vos facti unquam pœniteat.

Articles & conditions acceptées par les Ambaſſadeurs du Roi Charles IX. & de Henri, Duc d'Anjou, avant que le Kolo procedât à l'élection dudit Duc.

Pologne. 1573.

1. FOedus perpetuum inter Galliæ & Poloniæ regna, atque eorum provincias omnes, homineſque in eis degentes, conſtare debet.

2. Si quiſpiam hoſtium hoc regnum Poloniæ magnâ aliquâ vi adoriri vellet, Rex Chriſtianiſſimus peditatu, aut, ſi ita Statibus videbitur, pecuniis rempublicam juvabit. Quemadmodum etiam viciſſim Galli, ſi Polonico equitatu egeant, à Polonis adjuvabuntur.

3. In uſum belli contra Moſcorum Principem, quatuor millia Vaſconum peditum, quibus ſtipendia in ſex menſes Chriſtianiſſimus Rex perſolvere debebit, cùm Statibus videbitur, in Poloniam tranſmittet. Quamprimum Rex electus in regnum venerit, claſſem ſuo ſumptu inſtruet, ad tuendum dominium Maris Baltici, tum ad impediendam Narvicam navigationem; ſeu etiam ad illum portum regno acquirendum ea claſſi utetur.

4. Emporium nobile in portu aliquo Gallico mercatoribus & mercimoniis Polonicis aptum ſereniſſimus Rex inſtituere curabit, ſimiliter & commerciorum mutuum uſum ordinabit.

5. Singulis annis, quoad vivet electus Rex Poloniæ, ex reditibus ſuarum provinciarum C D L. millia florenorum in regnum hoc importabit.

6. Debita per Sigiſmundum Auguſtum piæ memoriæ facta, aut etiam à morte illius, uſque ad adventum ipſius ſereniſſimi electi Regis, reipublicæ cauſa contracta, Rex perſoluturus eſt ſuo ære.

7. Academiam Cracovienſem reſtaurabit, & proventu ditabit.

8. Centum juvenes nobiles, vel in eadem Cracovienſi Academia, vel Pariſiis, prout reſpublica judicaverit, in re literaria ſuo ſumptu erudiendos curabit.

9. Nullos privatos homines ſecum in Poloniam ad inhabitandum adducet, præter paucos, quorum opera in miniſterio domeſtico uti poſſit.

10. Hæc & alia omnia, quæ Legati in ſua oratione, nomine ſereniſſimorum principum ſuorum, reipublicæ obtulerunt, ad effectum deducentur. Item omnia jura, privilegia, libertates, prærogativas, unicuique ſtatui & homini, incolis Regni, magnique Ducatus Lituaniæ, & omnium provinciarum illis adjunctarum, ſive generaliter omnibus, ſive ſpecialiter ſingulis, per ſereniſſimos Reges, & alios Principes anteceſſores conceſſas, vel quovis alio nomine quæſitas, ac diuturno uſu approbatas, ſive etiam nunc circa electionem Regis, ex unanimi & concordi omnium Ordinum aſſenſu ſancitas, integrè & inviolabiliter ſervabit, juramento corporali juxta ſibi traditam formam, ante inaugurationem ſive coronationem ſui, confirmabit, & literis neceſſariis muniet.

Confirmation & ratification faite par Henri, élû Roi de Pologne, des articles accordez entre les Ambassadeurs du Roi Charles IX. & les Etats de Pologne avant son élection. A Paris dans l'Eglise de Nôtre-Dame, le 10. septembre 1573.

HENRICUS, Dei gratiâ electus Rex Poloniæ, magnus Dux Lithuaniæ, &c. necnon Borboniorum, Andium, Alvernorum Dux, Comes Marchiæ, Foresti, Quercii, Roverii, Monforti. Significamus hisce litteris nostris, quorum interest universis, quòd post mortem olim serenissimi principis domini Sigismundi Augusti, Regis Poloniæ, & magni Ducis Lithuaniæ, serenissimus princeps dominus Carolus, Dei gratiâ Francorum Rex Christianissimus, atque frater noster, nosque unà cum Majestate ipsius, miseramus ad Ordines & status regni Poloniæ, reverendissimos & magnificos viros, Joannem Montlucium, Episcopum Valentiæ, consiliarium Consilii secretioris Franciæ; Ægidium Noallium, Abbatem Insulæ, libellorum supplicum in regno Franciæ Magistrum; & Guidonem Sangelasium Lansacum, Camerarium Christianissimi Regis fratris nostri, & Ordinis ejusdem equitem, & Senescallum Aginennsem, oratores & commissarios utriusque nostrûm, ut de nobis in locum præfati domini Sigismundi Augusti, Regis & magni Ducis, sufficiendis, atque in Regem assumendis agerent, divinique numinis instinctu in comitiis electionis regiis sub VVarsavia habitis, Ordines regni Poloniæ ac magni Ducatus Lithuaniæ, nos Regem creasse, conditionibus & articulis inter eos Ordines ac oratores nostros ibidem conclusis intervenientibus, quorum quidem tenor de verbo ad verbum sequitur, & est talis. *Pologne. 1573. 10. septembre.*

Articuli pactorum conventorum inter illustrissimum & amplissimum Senatum ac Ordines regni ab una; & oratores Christianissimi Galliarum Regis, & serenissimi electi Regis, ab altera partium, &c.

Quos articulos præinsertos servare ac adimplere volentes, postquam recitatos coram nobis sigillatim expendimus & consideravimus, eos ratos & gratos habentes, approbavimus, confirmavimusque, approbamus & confirmamus hisce litteris nostris, & ita denuò quoque illorum ut hæredes successoresque nostros non minus quàm nos obligent; promittentes bona fide, existimationisque nostræ periculo, & pignore omnium nostrorum bonorum mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, quæcumque ad nostros hæredes & successores perveniant, ac sub juramento à nobis in manibus oratorum dicti regni Poloniæ præstito, nos fratremque nostrum ac hæredes nostros omnes conditiones & articulos prædictos inviolabiliter observaturos & adimpleturos, sine exceptione, nec unquam iis directè vel indirectè contraventuros, & ratos regni Galliæ Parlamentis, officiariis, & cæteris quorum interest, effecturos & præstituros. Præterea verò, quod ad priorem articulum attinet, ita cum Christianissimo Rege fratre nostro declaramus, quod Ordinibus universis regni Poloniæ fœdus cum regno Galliæ cæteris de rebus, quæ in articulis supra scriptis non sunt expressæ, quibus quidem utriusque regno opus esse possit, concludi nequeant, Christianissimus Rex frater noster oratoribus suis, quos mittet in Po-

loniam, coronationi nostræ adfuturis, plenam facultatem conjunctim, ac cuilibet illorum in solidum dabit, fœderis hujus cum Ordinibus regni Poloniæ ac magni Ducatus Lithuaniæ sanciendi, adjectis conditionibus & articulis pro utilitate Galliæ & Poloniæ, de quorum prout inter eosdem Ordines regni Poloniæ & catus Lithuaniæ, ac oratores Christianissimi Regis fratris nostri convenict, amplificandis, ratis tamen manentibus conditionibus in articulis supra scriptis expressis, etiam si contigerit nihil amplius à Christianissimi Regis oratoribus cum Ordinibus regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ in comitiis coronationis nostræ sanciri & concludi.

Ac item ejusdem articuli partem, qua Christianissimus Rex obligatus, ut si aliquando quipiam hostium regnum Poloniæ & magnum Ducatum Lithuaniæ, dominiaque his adjuncta, justo exercitu adoriri vellet, nisi admonitus amicè à Christianissimo Rege ab incepto desistat, regnum Poloniæ & magnum Ducatum Lithuaniæ peditatu Vasconico, vel equitatu germanico, vel pecuniis, prout Ordinibus dictis uideretur, juvet: ita cum dicto Rege interpretamur, ut omnes quicumque regnum invaderent, nullis exceptis, prætextu cujusvis prioris vel posterioris necessitudinis & pactionis, hostes Polonorum nominare, nos profiteamur, adversùsque eos, nisi admoniti priùs à Christianissimo Rege ab incepto desistant, auxilium illud Christianissimum Regem fratrem nostrum laturum, ut supra scriptum est, polliceamur.

Item. Quoad articulum de quatuor millibus Vasconum Statibus ac Ordinibus regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, in usum belli adversùs Moschorum principes à Rege Christianissimo fratre nostro promissis, ita ut iisdem in sex menses stipendia persolvat, pertinet, pollicemur fratrem nostrum, cùm Status regni nobis significabunt, ut hæc quatuor millia Vasconum transmittantur, illa quamprimùm transmissurum cum effectu, ita ut his non Status regni Poloniæ, sed Christianissimus Rex frater noster transitum præstet ad id quo fines regni Poloniæ, vel magni Ducatus Lithuaniæ attigerint, in sex menses stipendia persolvet. Et cum oratores Christianissimi fratris, nostri ac nostri, in comitiis electionis spem statibus Poloniæ fecerint, si Vasconum opera post sex menses fuerit necessaria, fratrem nostrum stipendia iisdem Vasconibus in sex alios menses in gratiam nostram soluturum, prædictus Christianissimus frater noster pro suo erga nos amore, ita ut spem fecerunt oratores dicti, in alios ses menses quatuor millibus Vasconum peditum, si illorum opera regno Poloniæ fuerit necessaria, stipendia se daturum & numeraturum promisit.

Articulum item de classe ita declaramus, quod nos extrahemus, armabimus, & alemus classem sumptibus nostris gallicis, quæ sufficiat ad dominium maris littorum regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, provinciarumque his adjunctarum, pro utilitate ejusdem regni, secundùm jura, privilegia, ac leges regni tuendum, & ad tollendas navigationes, quæ regno Poloniæ & magno Ducatui Lithuaniæ, & partibus eorumdem damnum & incommodum afferent.

Quod verò iidem oratores in comitiis electionis nostræ receperint, curatores esse, ut primo quoque in portu aliquo Galliæ mercatoribus & mercimoniis Polonicis recipiendis, emporium aliquod nobile instituatur, dabit frater noster Christianissimus Rex, datque plenam facultatem oratoribus, quos ad comitia

coronationis nostræ mittet, conjunctim ac cuilibet illorum in solidum, de hoc emporio cum Ordinibus ac statibus regni constituendi, libertate commeandi, & quævis commercia faciendi, regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ, dominiorumque eis annexorum, hominibus in Galliam, ac etiam in terras novas, eo jure eaque libertate, qua galli utuntur, oratoribus Christianissimi fratris nostri, & nostris, in comitiis electionis nostræ, nomine fratris nostri jam promissa & ab eo confirmata salva manent. Item, cùm singulis annis, quoad vivemus, & in Polonia regnabimus, ex pactione cum Ordinibus, ab oratoribus Christianissimi fratris nostri, ac nostris, in comitiis electionis facta, inferri debeant ex Gallia in regnum Poloniæ quadraginta quinquaginta millia florenorum; pollicemur cum Christianissimo fratre nostro, quòd ea pecuniæ summa singulis annis inferetur in regnum Poloniæ, sine ulla excusatione, aut cujusvis impedimenti prætextu; ita ut ultimo anni mense, incipiendo annum à coronatione nostra, eam summam illatam in regnum Poloniæ Ordinibus demonstremus. Cæterùm hac de re & reliquis rebus, quæcumque ad executionem istius articuli pertinere possint, ad colloquium nostrum cum Ordinibus regni, in comitiis coronationis nostræ agetur, quemadmodum à nobis cum oratoribus ad nos ab Ordinibus missis, à quibus ad definienda omnia, quæ ad executionem hujus articuli spectarent diligenter rogati sumus, conclusum est. Eam vero pecuniam ex Gallia illatam, ut supra scriptum est, in usus Reipublicæ arbitrio nostro impendemus; pecuniam verò, qua opus fuerit, ubi primùm in Poloniam pervenerimus, nos apportabimus nobiscum, & temporibus in comitiis electionis pactis & assignatis, omnia debita regni, quæ in oratione oratorum Christianissimi fratris nostri, & nostrorum, initio conventus electionis habita, nominantur, & nobis à senatu regni, cujus hac de re relationi, utrum justa sint necne, stabimus, indicabuntur, nos exsoluturos pollicemur.

Quæ verò de Schola Cracoviensi, & centum filiis à nobis educandis, nostro nomine Ordinibus & statibus regni Poloniæ promissa sunt, ea nos ratione ac modo, qui à nobis cum Ordinibus in comitiis coronationis nostræ constituetur, adimpleturos, & ad extrema vitæ nostræ tempora præstituros pollicemur. Quos quidem posteriores articulos, seu eorum declarationes ac conditiones, ac omnia & singula in iis expressa, haud secùs quàm superiores, eademque fide ac obligatione qua supra Christianissimum fratrem nostrum, ac nos hæredesque utriusque nostrum. conjunctim & separatim inviolabiliter adimpleturos & Galliæ Parlamentis, officiariis, & cæteris, quorum interest, ratos reddituros ac effecturos, cæteris excusationibus & exceptionibus juris vel facti semotis, pollicemur ac spondemus, superioribus tamen articulis nihil derogando. Promittimus insuper, quòd postquam (Deo favente) in regnum Poloniæ venerimus & coronati fuerimus, eosdem articulos eo usque declarationes, sub sigillo regni Poloniæ, si id à nobis Ordines regni requirant, illis tradêmus. In cujus rei testimonium, has litteras manu propria subscripsimus, & sigillo, quo utimur in Gallia, obsignari jussimus. Datum Lutetiæ Parisiorum, in Ecclesia Cathedrali divæ Mariæ, die decima mensis septembris, anno Domini 1573. HENRICUS, electus Rex Poloniæ, per Regem electum, BRULART.

Serment fait par le Roi Charles IX. d'observer les articles accordez entre ses Ambassadeurs & les Etats de Pologne. A Paris dans l'Eglise Catedrale de Nôtre Dame, le 10 septembre 1573.

Pologne. 1573. 10. *septembre.*

